INCVNABVLA
F min. 2245

Dies Referendi	Dies Referendi expediti	Extractus Exhibiti.	A	C

Ynem. 2245.

XXV. Б. 10.

НСХ-12243

T. V 87.

Quisihag in Proheme Sexti libri
Crodens et credens hoc dubius ex quibus aduersum soladum duos esse reprimantur

OVIDIVS DE TRISTIBVS CVM COMMENTO.

BIBLIOTHECA
VNIV. IAGELL.
CRACOVIENSIS

M C.

Quidius cū Comento Flauii 12.249

I. V. 87. ℓ

BARTHOLOMAEVS MERVLA GENEROSO AC DOCTO ADVLESCENTI MARCO CLARISSIMI EQVITIS: SENATORIS AMPLISSIMI: AC REGINAE CYPRI FRATRIS GEORGII CORNELII FILIO. SALVTEM.

POETICAM facultatem quàm primam quandam philoſophiam fuiſſe legimus: ſunt qui hoc noſtro æuo tanq̃ rem exilem: aridam: conſciſſam: minutam: & abiectam aſperneñ: cenſeantq; non modo non legendos poetas eſſe: ſed ne attingendos quidẽ: quum præſertim ad ſolutæ orationis huberius (ut dicitur) filum deducendum eos dicant nihil omnino nobis conducere: neq; aliud legentibus q̃ meram uoluptatem afferre. Quorum ſententiã falſam eſſe ſemper arbitrati ſumus. Poetica enim diſciplina ea complectitur quæ ad bellum pertinent: quæ ad conſuetudines bonorum inuicem & malorum priuatorum atq; opificum, necnon de deo atq; inferis elegantiſſime tractat ut Plato non minus ſcite q̃ uere exiſtimauit. Ea nos ab ineunte ætate ad uiuendi rationes adducit: ea mores: ea affectiones docet: ea etiam res gerendas cum iucunditate præcipit. Vnde nõ immerito ingenioſiſſimæ illæ græciæ ciuitates liberos proprios in ea erudiendos non nudæ uoluptatis: ſed caſtæ moderationis gratia optimis præceptoribus tradiderunt. Summos quoq; oratores ueterũ poemata uel ad fidem cauſarum: uel ad ornamentum eloquentiæ aſſumpſiſſe legimus. Nam præcipuè quidem quum apud alios: tum apud Ciceronem uidemus Actii. Pacuuii. Lucilii. Terentii. Cecilii: & aliorũ inſeri uerſus ſumma gratia & iucunditate. Adde q; oratori a poetis in rebus ſpiritus: in uerbis ſublimitas: in affectibus motus omnis: & in perſonis decor petitur. Ideo Theophraſtus qui diuinitate loquendi nomen inuenit: non ſine cauſa lectionem poetarum plurimum dixit oratori conferre. Et Marcus Cicero facundiæ litterarumq; latinarum parẽs in eorum lectione requieſcere illum debere exiſtimauit. Quid Ennius? nonne ſanctos appellabat poetas? q; quaſi deorum aliquo dono atq; munere cõmendati nobis eſſe uideantur. Maiores etiam ſolum poetam ipſum ſapientem eſſe aſſeruerunt. Qum igitur eam facultatem tam illuſtrem: tam claram: tam commodam eſſe intelligerem: poetarum aliquẽ uiua (ut aiunt) uoce ſemper enarraui. Nam ex quo tempore a Clariſſimo patre tuo prævius & dux excolendi ingenii datus ſum tibi ac Iacobo fratri excellentis ingenii adoleſcenti: ſumpſi ante omnia ex Platonis & Fabii ſententia parentis animum: curauiq; in primis ut honeſte ad diſciplinam proficiſceremini. Deinde ut pro uirili parte plurimum proficeretis in his ſtudiis noſtris: quæ (ut eſt apud Ciceronem) adoleſcẽtiam agunt: ſenectutem oblectant: ſecundas res ornant: aduerſis perfugium ac ſolatium præbent: delectant domi: nõ impediunt foris: pernoctantur nobiſcum: peregrinantur: ruſticantur. Et quoniam noſtra opera ea eruditiõe ac doctrina polles: ut nunc in patauino gymnaſio Dialecticæ ſtudiis incumbas: nunc a nobis eloquẽtiam hauias: quo qum poſtmodum eam dignitatem aſſecutus fueris: ad quam propediem te peruenturum ſperamus: omnes non plus ornamenti ab ea te accepiſſe: q̃ eidem contuliſſe intelligant: non poſſum ſane non gaudere. Nam (ut eſt apud Senecam) hi qui educauerunt ingenia magnam uoluptatem capiũt ex eorum profectu. Tibi autem uehementer gratulor q; recta ad uirtutem uia contendis: & q̃m clarus ſis ea quæ a græcis Eugenia nuncupaẽ. clariorq; in dies ac nobilior uirtute ipſa. futurus es Corneliæ genti præſidio maximo atq; ſplendori. Perge igitur ut cœpiſti: & (ut facis) ad manſuetiores poetas interdum redeas: ſed in præſentia ad Ouidium de Triſtibus: quod opus elegantiſſimum ſucciſiuis temporibus te hortante interpretati ſumus. Labores autem noſtros tuo nomini q̃ libentiſſime dicamus: ut Dialectices ſalebris & aſpectu horrido fatigatus: quemadmodum alii ad pilam ſe aut ad calculos aut ad teſſeras conferũt: ſic tu tanq̃ feriatus ad carmen poetæ legendum facilius accedas. Inuenies tu quidem opus uaria multipliciq; refertum doctrina: plenum affectibus & miſeratione. Quod autem ad nos attinet in enarrando & corrigendo carmine multum laborauimus. Verum ut mihi id nõ aſſumo: quod Ion apud Platonem: qui gloriaẽ ſe præclariſſima de Homero præ cæteris enarraturum: ut neq; Metrodorus Lampſacenus: neq; Steſimbrotus Thaſius: neq; Glaucon: neq; aliquis unq̃ ueterum tot tanq; præclara Homeri ſenſa quot ille exponere queat: ſic me in hoc poeta enarrando diligenti opera uſum affirmo: nihilq; pro uirili parte prætermiſiſſe: quod ad eius ſenſum eliciendum pertineat. Leuicula quædam etiam attigi: ut & tua cauſa non ita ſubactis ingeniis prodeſſem. Accipies igitur interpretationes noſtras: intelligeſq; me tibi non modo uocé ſed etiam ſcriptis prodeſſe uoluiſſe. Corneliæq; genti & Maximo patri tuo: cuius liberalitati plurimum debeo: necnon Generoſo Franciſco meo: cui ſuperioribus annis in Ouidium de arte amandi enarratiões dicaui: tibiq; in primis ob ingenii ſplendorem: doctrinam: ingenitam manſuetudinem: ſummamq; in me beniuolentiam: qua ſemper a teneris annis ad hoc uſq; tempus Merulam tuum tanq̃ alterum parentem proſecutus es: necnon Iacobo fratri mei & doctiſſimi cuiuſq; q̃ amantiſſimo: me ita addictum eſſe intelliges: ut a uobis ne morte quidẽ ſeparari queam. Valé ſpes & præſidium meum: & in Ouidium de Ponto enarrationes noſtras propediem expectato.

BARTHOLOMAEI MERVLAE IN PRIMVM OVIDII DE TRISTIBVS LIBRVM ENARRATIONES.

PArue (nec inuideo) sine me liber ibis in urbẽ. Per prosopopeiã exul & infœlix poeta librũ admonet, ut e scythia ad urbem profecturus eo habitu accedat quo exules utuntur: mandatq; quid uelit responderi scisitantibus quid ipse agat: simulq; docet quomodo se excuset si forte carmina hæc minora uidebuntur eius ingenio: Postremo iubet ut palatium euitet: unde fulmen emissum in se fuisse cõmemorat. Parue liber. Vel solam hãc elegiam uel certe totũ opus de tristibus: aut (quod magis placet) primũ librũ intellige: Dicit aũt liber a libris: ideſt corticibus arborũ: in quibus ante usũ chartæ scribebat: Docet. n. Plynius prio palmæ foliis scriptitatũ: deiñ quarũdã arborũ libris: postea publica monumenta plumbeis uoluminibus: mox etiam priuata linteis confici cœpta aut cæreis. Nec inuideo: Hoc per parenthesim dictum. Sed incultus: sed uade inornatus. Qualem decet exulis esse. Exules enim præ mœrore lugubri ueste citra ullum ornatum induunt. Est autem ordo: o infœlix habe habitũ huius temporis talem qualem decet habitum exulis esse. Habitum huius temporis: Cultum qualem meum hoc exilii tempus exposcit. Nec te purpureo. Nec purpureo amictu induaris. Vacinia: Vacinia uiolas esse purpurei coloris Seruius scribit: quod etiam Maro designat eo uersu. Alba ligustra cadũt uacinia nigra leguntur. Plynius uero scribit fruticem esse in gallia purpureum idoneum ad tingendum. Eius uerba hæc sunt. Non nisi in aquosis proueniunt salices. Alni. populi. Siler. Liguſtra tesseris utilissima. Item uacinia in aucupiis fata. Galliæ uero etiam purpura tingendi causa ad seruorum uestes. De eo frutice intellexisse Ouidium in Arte amandi eo uersu: Pallida purpureis tingat sua corpora uirgis: in secunda editione nostrarum interpretationum docuimus. Nec uelent te. Nec tegant te. Non est conueniens luctibus. Non conuenit dolori: qui tum uestitu pullo: tum tristi aspectu designandus est. Ille color. Color ille purpureus. Nec titulus minio. Minio enim librorum indices designantur. Scribit Plynius Minium in uoluminum scriptura usurpari: clarioresq; litteras uel in auro: uel in marmore: uel etiam in sepulchris facere. Id autem ab eodem inter pigmenta numeratur: reperiturq; in argentariis metallis: quod inuentum a Callia athenensi anno urbis. ccxlix. initio sperante aurum posse excoqui harena rubente in metallis argenti Theophrastus tradidit. Fuitq; apud romanos olim tantæ religionis: ut Iouis simulacri faciem diebus festis illini solitam: triumphantumq; corpora: sicq; Camillum triumphasse Plynius scribat: cuius temporibus etiam addebatur in unguenta triumphalis cœnæ: & a censoribus in primis Iupiter miniandus locabatur. Nec cædro charta notetur. Cædrus arbor est: quæ cariem uetustatemq; non sentit: nec rimam fissuramq; capit sponte: ex cuius arboris trabibus tectum fuit templum Dianæ Ephesiæ: ut Plynius docet. Idem etiam scribit picem liquidam in Europa e tæda coqui naualibus muniendis multosq; ad alios usus. Lignum eius concisum furnis undiq; igni extra circundato ferro: ut primus sudor aquæ modo fluat in canali: hocq; in Syria Cædrium uocari: cuius tanta uis: ut in ægypto corpora defunctorum eo perfusa seruentur. Et alibi ita scribit. Cædrus magna: quam cædrelatem uocant: dat picem: quæ cædria uocatur dentium doloribus utilissimam. Frangit enim eos: & extrahit: dolores sedat: Cædri succus ex ea quomodo fieret diximus magni ad lumina usus: ni capitis dolorem inferret. Defuncta corpora conseruat: uiuentia corrumpit mira differentia: qum uitam auferat spirantibus: defunctisq; pro uita sit: uestes quoq; corrumpit: & animalia necat. Scribit etiam Vitruuius libro secundo: Libros oleo cædrino unctos: nec tineas: nec cariem timere: quod etiam Plynius docet scribens. Cn. Terentium scribã agrũ suũ in ianiculo repastinantẽ offendisse arcã: in qua Numa qui Romæ regnauit situs fuisset. In eadem etiam libros eius repertos e charta: durasseq; annos. d. xxxv. illæsos a tineis: ꝙ cedrati erant: q̃ uis non desint qui nõ cædratos sed cæratos legant. De Cædro plura legito apud Theophrastum libro tertio. Quod autem libri oleo cædrino ungerentur: docet etiam Martialis eo uersu. Nunq̃ grandia nec modesta poscit: quæ cædro decorata: purpuraq; nigris pagina creuit umbilicis. Persius. Et cædro digna locutus. Et Ouidius libro tertio huius operis. Quod neq; sum flauus cædro: nec pumice leuis: Erubui domino cultior esse meo. Seruius etiam in enarratione eius uersus: Quin etiam ueterum effigies ex ordine auorum Antiqua ex cædro: ita scribit. Cædri lignum nõ consumitur uetustate: & tineæ nescit corruptionem quod ex antiquitate non sentit: & cædria peruncta ligna custodita conseruat.

Liber

Vacinia

Minium

Cædrus

Cædrium

Cædri succus

Libri oleo cædrino ungebant

PVBLII OVIDII NASONIS DE TRISTIBVS. LIBER PRIMVS.

Arue (nec iuideo) sine me liber ibis in urbẽ: Hei mihi quod domino non licet ire tuo: Vade sed incultus qualem decet exulis esse Infœlix habitum temporis huius habe. Nec te purpureo uellet uacinia succo, Non est conueniens luctibus ille color. Nec titulus minio; nec cædro charta notetur;

Candida cornua. Cornua appellat superiorem & inferiorem chartæ partem. Frontem uero ipsam paginam. Tibullus. Atq; inter geminas pingantur cornua frontes. Nigra fronte. Frontem nigram appellat se exulem & in luctu esse designans. Geminæ frontes. Paginæ partes utrinq; prominentes. Quomodo autem libros ornarēt maiores. Docet Tibullus his uersibus. Lutea sed niueum inuoluat membrana libellum. Pumicet & canas tondeat ante comas. Sūmaq; prætexat tenuis fastigia chartæ Indicet ut nomē littera facta tuum. Et Martialis. Cædro nunc licet ambules perunctus. Et frontis gemino decens honore. Pictis luxurieris umbilicis Et te purpura delicata uelet. Et cocco rubeat superbus index. Fragili pumice. Pumicem fragilem appellat Ouidius. Catullus uero aridum. Erant autem pumices in usu poliendorum librorum gratia. Martialis. Nondum muricē cultus asperoq; morsu Pumicis aridi politus Artanum ꝓperas sequi libelle. De his ita scribit Plynius libro trigesimo sexto. Sed & his pumices qui sunt in usu corporum leuigandorum fœminis iam quidem & uiris atq; (ut ait Catullus) libris: Laudatissimi sūt in Melo: Scyro: & Aeoliis insulis. Probatio in candore: & in minimo pondere: & ut q̄ maximē spongiosi aridiq; sint ac teri faciles Vnde Ouidius non immerito fragilem appellauit. Vtilissima fiunt ex pumice dentifricia. Theophrast⁹ autor est potores in certamine bibendi præsumere farinam eius: sed nisi uniuerso potu impleantur periditari: tā tamq; refrigerandi naturam esse: ut musta feruere desinant pumice addito. Vt uideare hirsutus. Causam assignat cur nolit librum poliri pumice: ut scilicet uideatur incultus & impexus: ut decet exulis fortunā.

Librorū ornamēta

Pumices

Hæc instrumenta. Hæc ornamenta prædicta. Fœlices libellos. Fœlicium poemata.

Fortunæ meæ. Mei exilii. Liturarum. Macularum. Dicuntur autem lituræ a lino uerbo: quod proprie est aliquid leuiter induco: quasi lineam duco: unde lituram dicim⁹ eam: quæ super inducto atramento: aut alio liquore scripturam aliquam picturam ue delet. Hinc etiam fit illino: relino: & oblino ut Priscianus docet. Ouidius. Quascunq; aspicies lachrymæ fecere lituras. Contingam certe. Ordo est. Contingam certe illa loca eo pede quo licet. i. carmine meo quo solo modo possū Romā accedā. Vt in populo. Vt solet in magna multitudine aliquis esse non īmemor. Dei. Augusti Cæsaris uel Iouis. Atq; ita tu tacitus. Ordo ē. Atq; ita tu Tacit⁹ caue ne forte loquare opus eē legendū qđ nō est q̄rēti plura. Nō desūt q ita legāt. Atq; ita te tacit⁹ q̄renti plura legēdū Ne q̄ nō opus est forte loquare caue: ut sit ordo. Atq; ita tacit⁹ caue loquare q̄renti plura te legēdū: ne forte loquare ea quæ nō est opus loq. Quod nō est. Subaudi legēdū. Innuit aūt tres de arte amādi libros. Quærēti plura. Aliquo plura īterrogāte: uel loquare q̄rēti plura. Ouidius libro. i. de arte amādi. Ne dubites illi uerba secūda loq. Protin⁹ admonit⁹. Rōnē assignat: cur nolit de se legēdo ullā mētionē fieri. Repetet. In memoriā reducet. Mea carmina. Meos libros amatorios. Legit⁹ ēt mea crimina: hoc est meas criminatōes & cās ob quas me dānauit Augusti⁹. Et pagar public⁹ reus. Et nō tm̄ a Cæsare: sed ēt ab oībus cōdēnabor: & pœna alia afficiar a populo. Agere. n. reū: est reū accusare. Ouidius libro. ii. de arte amādi. Vicim⁹ & falsi criminis acta rea est. Peragēre uero reū: est reū cōdēnare. Reus uero (ut libro. ii. de oratore docet Cicero) est nō is modo qui arguit⁹: sed oēs quoq; de re disceptatur: sic enim olim loquebant⁹. Causa non bona. Causa iniqua. Erit maior patrocinio. Plus poterit defensione tua: quia qum sit iniqua damnabitur. Nec siccis genis. Manantibus lachrymis. ecōtra siccæ genæ dicuntur: qum nullæ profluūt lachrymæ. Martialis. Siccis ipse genis flentes hortatur amicos. Lenito Cæsare. Placato Augusto. Ablataq; principis ira. Verecunde poeta reditum precatur.

Agere reū
Peragere reum
Reus

Candida nec nigra cornua fronte geras,
Nec fragili geminæ poliantur pumice frontes:
Hirsutus passis ut uideare comis.
Fœlices ornent hæc instrumenta libellos
Fortunæ memorem te decet esse meæ.
Neue liturarum pudeat: qui uiderit illas
De lachrymis factas sentiat esse meis.
Vade libet: uerbisq; meis loca grata saluta.
Contingam certe quo libet illa pede.
Si quis (ut in populo) nostri non immemor: illi
Si quis qui quid agam forte requiret erit:
Viuere me dicas: saluum tamen esse negabis.
Id quoq; quod uiuam munus habere dei.
Atq; ita te tacitus quærenti plura legendum
Ne quod opus non est forte loquare: caue:
Protinus admonitus repetet mea crimina lector:
Et peragar populi publicus ore reus.
Tu caue defendas: quanuis mordebere dictis:
Causa patrocinio non bona maior erit.
Inuenies aliquem qui me suspiret ademptum:
Carmina nec siccis perleget ista genis.
Et tacitus secūm ne quis malus audiat optet:
Sit mea lenito cæsare pœna leuis.
Nos quoq; quisqs erit: ne sit miser ipse precamur
Placatos miles quī uolet esse deos.
Quæq; uolet rata sint: ablataq; principis ira
Sedibus in patriis det mihi posse mori.

Ingeniiq; minor. Et fortaſſe diceris minimẽ rñdere uiribus mei ingenii: ſed eſſe eo minor. Vt petagas mãdata. Carmẽ excuſat poeta oñdẽs ſe in luctu nõ poſſe optimos uerſus facere. Vt res. Vt cãs: cõtrouerſias. Rẽ aũt hic appellat Ouidius: quã Rhetores Negociũ noĩant. In cui⁹ geſtione q̃riť Locus: Tp̃s Modus: Occaſio: Facultates. In tpe aũt cõſideraťr occaſio quæ eſt pars tpis hñs in ſe alicuius rei idoneam faciẽdi aut nõ faciẽdi opportũitatẽ. Tut⁹eris. Carebis rep̃henſiõe. Deducta. Cõpoſita. Trãſlatio a lana quæ in tenuitatẽ deduciť. Vergilius. Deductũ dicere carmẽ. Aĩo ſereno. Hilari mẽte. Tpa noſtra. Tpa q̃bus hæc ſcribimus. Sũt nubila. Sũt obſcura: & ideo triſtia. Carmina ſeceſſũ ſcribẽtis. De ſeceſſu & ſilẽtio ſcribẽtis idẽ p̃cipit ẽt Fabius libro. x. his uerbis. Deniq; (ut eſt) potiſſimũ dicá: Secretũ q̃d dictãdo perit atq; libe⁹e arbitris locũ: q̃ altiſſimũ ſilẽtiũ ſcribẽtibus maxime cõuenire nemo dubitauerit. Et paulopoſt hæc ſubiũgit. Demoſthenes meli⁹: qui ſe in loco ex quo nihil perſpici põt recõdebat: ne aliud agere mentẽ cogerẽt oculi. Ideoq; lucubrãtes ſilẽtiũ noctis: & clauſũ cubiculũ: & lumẽ unũ uelut tectos maxĩe teneat. Et ocia. Et mẽtis quietẽ: uacationẽ a labore. Me fera iactat hiems. Erat. n. in Scythica regiõe poeta: q̃ magnis frigoribꝰ uexaťr. Carminibus metꝰ oĩs abeſt. Carmina omni metu uacare debẽt. Sũt q̃ legãt adeſt: ut dicat ſe hoſtili metu detereri a ſcribẽdis carminibus. Ego pditus ẽnſem. Ego infœlix mihi ſp timeo mortẽ ĩminẽtẽ. Scythæ. n. aſſidue nos infeſtant. Cũ uenia. Mihi ignoſcẽdo. Mœonidẽ. Homer⁹e. Cur aũt mœonides dicaťr: abũde diximꝰ in enarratõibꝰ in Ouidiũ de arte amãdi. Securꝰ famæ. Sine cura cõparãdæ laudis. Nõ ita ſe p̃bet. Cãm adducit: cur liber nõ debeat erubeſcere ſi diſplicuerit.

Occaſio

Scribendi locus

Vt peragas mandata liber culpabere forſan:
Ingeniiq; minor laude fetere mei.
Iudicis officium eſt ut res: ita tempora rerum
Q uærere: quæſito tempore tutus eris.
Carmina proueniunt animo deducta ſereno.
Nubila ſunt ſubitis tempora noſtra malis
Carmina ſeceſſum ſcribentis & ocia quærũt:
Me mare, me uẽti, me fera iactat hyems.
Carminibus metus oĩs abeſt. ego pditꝰ enſẽ
Hæſurum iugulo iã puto iamq; meo.
Hæc quoq; quæ facio: iudex mirabiť æquꝰ.
Scriptaq; cum uenia qualiacunq; leget.
Da mihi mœoniden & tot circunſpice caſus.
Ingenium tantis excidet omne malis.
Deniq; ſecurus famæ liber ire memento.
Nec tibi ſit lecto diſplicuiſſe pudor.
Non ita ſe nobis præbet fortuna ſecundam:
Vt tibi ſit ratio laudis habenda tuæ.
Donec eram ſoſpes: tituli tangebar amore:
Q uærendiq; mihi nominis ardor erat.
Carmina nũc ſimulo: ſtudiũq; q̃d obfuit: odi
Sit ſatis ingenio ſit fuga parta meo.
I tamen & pro me tu cui licet aſpice romam:
Dii facerent poſſes nõ meus eſſe liber.
Nec te q̃d uenias maguã peregrinus in urbẽ
Ignotum populo poſſe uenire puta.
Vt titulo careas: ipſo noſcere colore:
Diſſimulare uelis te licet eſſe meum.
Clam tamẽ intrato: ne te mea carmia lædãt
Non ſunt ut quondam plena fauoris erãt.
Si quis erit qui te quod ſis meus: eſſe legendũ
Non putet: e gremio reiiciatq; ſuo.
Inſpice dic titulum: nõ ſum p̃ceptor amoris:
Q uas meruit pœnas: iam dedit illud opꝰ.
Forſitã expectes an in alta palatia miſſum
Scandere te iubeam cæſareamq; domum.
Ignoſcãt auguſta mihi loca diiq; locorum.

Donec erã ſoſpes: Donec nõ erã affectꝰ hac inſigni clade exilii. Amore tituli. Amore indicis alicuiꝰ mei opis. Quærẽdi noĩs. Cõparãdæ famæ. Carmina nũc ſimulo. Inſimulo nũc & accuſo ac criminor carmina: aut fingo hæc eſſe carmina q̃ nõ ſint: quaſi dicat: nõ poſſũ facere optima carmina: & tñ ea in lucẽ emitto tãq; bona. In aliis exẽplaribꝰ ita legiť. Carmina nũc ſi nõ ſtudium q̃ q̃d obfuit odi: ut ſit ordo. Odi q̃d obfuit mihi. i. ĩgeniũ: ſi nõ odi carmĩa & ſtudiũ. Studiũq; q̃d obfuit odi. Amatoriã artẽ deſignat: cuius cã relegatꝰ fuit ab Auguſto. Sit ſatis ĩgenio. Satis ſit q̃ ingenii pœnas dedi: quaſi dicat: nolo ampliꝰ ingenii mei artẽ q̃ ſemel nocuit exercere.

Dii facerẽt poſſes nõ meꝰ eẽ liber. Dii cõcederẽt poſſes eẽ nõ meꝰ liber: qa ſi artẽ poeticã neſcirẽ nõ eiectꝰ fuiſſem in exiliũ. In q̃buſdã exẽplaribus (q̃d magis ẽt placet) ita legiť. Dii facerẽt poſſem nũc meꝰ eẽ liber. Vt titulo careas. Quãuis careas ĩdice q̃ ſolet libris apponi. Ipſo colore. Nigro & lugubri habitu. In alta palatia. Illic n. habitauit Auguſtꝰ Cæſar: unã aũt dictũ ſit palatiũ diximꝰ in enarratõibꝰ in Ouidiũ de arte amãdi. Ignoſcãt auguſta mihi. Dẽt mihi ueniã loca illa q̃ habitat Auguſtꝰ: Auguſtũ aũt ſanctũ & religioſũ ſignificat. Ouidiꝰ in faſtis. Sãcta uocãt auguſta pr̃es: auguſta uocanť tẽpla ſacerdotũ rite dicata manu. Et Trãq̃llus. Poſtea. C. Cæſaris: & deinde Auguſti cognomẽ aſſũpſit. Alteꝛ teſtõ maioris auunculi. Alteꝛ Numacii Plãci ſnĩa: qũ q̃buſdã cẽſentibus Romulũ appellari oportere: quaſi & ipſũ cõditorẽ urbis p̃ualuiſſet: ut Auguſtus potiꝰ uocareť nõ cũ nouo: ſed ẽt ampliore cognomine: q̃ loca quoq; religioſa & in q̃bꝰ augurato q̃d cõſacraťr Auguſta dicanť ab auctu: uel ab auiũ geſtu guſtu ue. ſicut ẽt Enniꝰ

Auguſtũ

docet scribẽs Augusto augurio postq̃ inclyta cõdita Roma est: Põpeius quoq; ita scribit. August⁹ loc⁹ sãctus ab auiũ gestu. i. q ab auibus significat⁹ est sic dictus. Siue ab auiũ gustatu: qa aues pastæ id ratũ fecere. Diiq; loco⁹. Apollinẽ palatinũ: Latonã: Dianã: Iouẽ optimũ Max. Iunonẽ reginã. Mineruã: alios deos deasq;: adde ẽt Augustũ si placet: qui uiuẽs diuinos meruit honores. Fulmẽ. Ira Cæsaris. Ab illa arce. A palatino colle. Esse qdẽ memini. Antea. n. Augusto grat⁹ fuerat poeta. Terret⁹ minimo.

Dii capitolini

Colũbæ

Colũbæ & agnæ exẽplo dicit se eos timere a qbus lædit⁹. Minimo stridore pennæ. Minimo alicuius auis uolatu. Aristoteles libro. ix. aĩaliũ scribit Colũbas unũqdq; accipitrũ gen⁹ cognoscere: atq; qũ accipiter ꝓuolat: si sublimipeta est: manere quo cõstiterint loco. Sed si humipeta q ꝓuolat est nõ manere: sed cõtinuo auolare. Idẽ ẽt scribit eas neq; cõiugiũ iã inde a prĩo ortu initũ deserere nisi cælibes aut uiduas. Peculiare colũbis illud ẽt est: ut in coitu nisi añ mutuo osculent⁹: mas nõ ascẽdat: sed iunior sit an senior interest. Senior. n. coitũ osculo exordit⁹: sequẽtẽ & sine osculo agit. At iunior quoties libet coire: toties osculat⁹. Vñ Cn. Martius poeta colũbaꝝ oscula elegãter ita describit. Sinuq; amicã recipe frigidã caldo
Colũbaꝝ oscula
Colũbati labra cõserẽs labris. Et Ouidi⁹ lib. ii. de arte amãdi. Quæ mõ pugnarũt iũgunt sua rostra colũbæ
Quaꝝ blãditias uerbaq; murmur habet. Est excussa. Est agitata & læsa. Auidi lupi. Lupi ĩsatiabilis. Ouidi⁹ in met. Sic agna lupũ: sic cerua leonẽ. Hostes q̃q; suos. Et libro. v. Vt fugere accipitrẽ pẽna trepidãte colũbæ. Vt solet accipiter trepidas urgere colũbas Vitaret cœlũ phaetõ. Phaeton quoq; si uiueret cœlũ uitaret: ne rursus adiret mortis piculũ. Tãgere nollet equos. Nollet solis prĩs currũ ascẽdere. Quo nil aliud oñdit⁹: nisi is q principatũ accipit atq; eũ dedecorat a quo mun⁹ id accepit nil ali ã efficiẽs ĩ sũma reꝝ ptãte: nisi q & pñtib⁹ & futuris se intẽpantẽ atq; ĩprobũ declarat phaetõtis fatũ ĩplẽs: q (ut in fabulis tradit⁹) ꝑpotẽtẽ & diuinũ solis currũ ꝑter sortẽ cõscẽdit: qũ idone⁹ auriga nõ ẽt. Autor Dion de regno. Phaetõ aũt sine diphthõgo ĩ prĩcipio ꝓfert⁹: easdẽ. n. lras ueris lris enũciãs licet ꝑ cõplexionẽ P. Varro ita scripserit. Qum te flagrãti deiectũ fulmine phæton. Fabius autor. Arma iouis. Augusti iram. Infesto igne. Infesto fulmine & supplicio. Qum tonat. Qum minatur: qum irascitur. Qui cunq; argolica. Græci quoq; qui semel tẽpestatẽ euaserũt apud montẽ Capharea semp loca illa deuitant: quibus exẽplis colligit se quoq; loca unde fulmine prostratus est fugere statuisse. Sane Nauplius Palamedis pater: ut filii necẽ ulciscerẽtur: eleuata facula signũ dedit ex Caphareo Euboiæ ꝓmõtorio græcis naufragio laborãtibus: qui credẽtes ignes indicare portũ tutissimũ inter asperrimos scopulos naufragiũ fecere. Ouidius de remedio amoris. Argolicæ cuperẽt fugisse capharea puppes. Teq; senex luctus ignibus ulte tuos. Solin⁹ scribit Caphareũ ꝓmõtoriũ ꝓminere in Hellespõtũ: ubi post ilii excidiũ argiuã classem uel Mineruæ ira: uel (qã certior prodit historia) sydus arcturi grauib⁹ affecit casibus. A media plebe. A mediocri turba. Dũ petit ĩfirmis. Dædali & Icari fabula nota ẽ Ouidii: Diodori: & Seruii monumẽtis. Icarias noĩe fecit aq̃s. Ouidi⁹ Icariũ mare ab Icaro Dædali filio appellatũ scribit: cui astipulat⁹ Diodor⁹ Scribẽs post Dædalũ fugiẽtẽ Icarũ filiũ: qũ insulã quãdã peteret in mare decidisse: a quo & insula dicta ẽ: & pelagus Icariũ uocatũ: Plyni⁹ & Solin⁹ ab Icaro ĩsula mare noĩatũ scribũt. Ill ã sciẽdũ Maria multis noĩb⁹ appellari Asiaticũ & Phœnicũ a ꝓuinciis dictũ. Ab ĩsulis Carpatiũ: Aegeũ: Icariũ: Balearicũ: Cypriũ. A gẽtib⁹ Ausoniũ: Delmaticũ: Liguslicũ: Tuscũ. Ab oppidis Adriaticũ: Argolicũ: Corithiũ Cyriũ. A casibus hoĩum Mistĩcũ: uel Hellespõticũ. A memoria regis Ioniũ. A bouis aũt rrãsitu Bosphorus põt⁹ appellat⁹. A morib⁹ accolaꝝ Euxin⁹: Axen⁹ antea dict⁹. Ab ordĩe fluẽti ꝓpõtis: Oras aũt extimas ocean⁹ ãplectit⁹ qua littorib⁹ suis Arabic⁹. Persic⁹. Indic⁹. Eous. Syric⁹. Hyrcan⁹. Caspi⁹. Scythic⁹. Germanic⁹. Gallic⁹. Atlantic⁹. Libyc⁹. Aegyptius dr. Remis utaris an aura. Tuo an alieno auxilio: uel odio: an furore: aut (qd magis placet) difficultate adeũdi imperatoris an facilitate. Consiliũ resq; locusq; dabunt. Considerabis dilegenter rẽ: quã acturus es: quæ si tibi agenda uidebitur bono aĩo perges ad ĩpatorẽ: considerabis ẽt locũ: utrũ sit fauorabilis an infestus. Vacuo. Augusto ocioso & mihi non irato.

Colũbaꝝ oscula

Phaetõtis fabulæ allegoria

Nauplius Græcorũ naufragiũ

Caphare⁹

Icarium mare

Maris appellatiões

Venit in hoc illa fulmen ab arce caput.
Esse quidem memini mitissima sedibus illis
Numina: sed timeo qui nocuere deos.
Terretur minimo pennæ stridore columba
Vnguibus accipiter saucia facta tuis
Non procul a stabulis audet discedere: si qua
Excussa est auidi dentibus agna lupi.
Vitaret cælum phaeton si uiueret. & quos
Optauit stulte tangere nollet equos.
Me quoq; quæ sensi fateor iouis arma timere
Me reor infesto qum tonat igne peti.
Quicunq; argolica de classe capharea fugit:
Semper ab euboicis uela retorquet aquis:
Et mea cymba semel uasta percussa procella
Illum quo læsa est horret adire locum
Ergo chare liber timida circũspice mente:
Et satis e media sit tibi plebe legi:
Dum petit infirmis nimium sublima pennis
Icarus: icareas nomine fecit aquas.
Difficile est tamen hic remis utaris an aura
Dicere: consilium resq; locusq; dabunt.
Si poteris tradi uacuo: si cuncta uidebis
Mitia: si uires fregerit ira suas:

Tradat. Det afferat Augusto. Et ante tamẽ pauca loquaꝫ. Ante tamẽ paucis animũ tibi Cæsaris significet. Luce bona. Ordo ẽ. peruenias illic luce bona: hoc est fœlici die & fœliciꝰ ipso tuo domino Leues. Vel amoueas impetrãdo reditũ. Vergiliꝰ. Ego hoc tẽ fasce leuabo: Vel certe imminuas exilium mitius petẽdo ab Augusto. More achilleo. Vt fecit Achilles qui Telephũ repcussum sanauit dicente Ouidio in primo de Remedio amoris. Vulnus achilleo quæ quõdã fecerat hosti Vulneris auxiliũ peli as hasta tulit: in quoꝝ uersuũ enarratione Telephi historiã abũde scripsimus. Nã spes ẽ aĩo. Maior ẽ timor: q̃ spes placãdi Cæsaris. Vel magis timeo malum aliquod: q̃ sperem Augustum leniri posse. Altera causa. Secunda causa: prima enĩ causa fuit ex libris artis amatoriæ. In nostrum penetrale. In nostrum cubiculum. Cætera turba. Reliqua librorum copia. Hi quoqꝫ. Hi tres de arte amandi libri etiam docent amare: quẽadmodum cæteri libri. in quibus de amoribus tractaꝫ Aut certe etiam docent amatoriam artem ut priꝰ docuere. Quod nemo nescit. Quod omnes sciunt me composuisse, aut docere amare. Oedipodas Parricidas. Oedipus enim patrem occidit quemadmodum libri quos œdipodas appellat patri Ouidio exilium pararunt: Sane Laius thebanorum rex sumpta uxore Iocasta Creontis filia: qum diutius caruisset liberis: oraculo consulto an esset filios habiturus: responsum tulit non conducere sibi prolem habere: Nam qui ex eo ꝓdiret filius. patrem occisurus esset aduersaqꝫ fortuna domum funestaturꝰ: post quod responsum præcepit natum infantem traiectis primũ ferro pedibꝰ expõi. Vñ & œdipꝰ cognoiatꝰ ẽ: Sũptũ puerꝫ domestici q̃ nõ exposuissent. cuidam seruili mulieri nomine Polibyæ tradidere. Qum iam uir factus esset: deum de infante exposito consulere statuit Laius. Oedipus quoqꝫ a quodam se fuisse expositum certior factus & ipse pithiã qui sui parẽtes forent oratũ proficiscebatur: Qum ambo apd phocidam inuicem obuiassent laiusqꝫ illum de uia cedere superbius mandasset: Oedipus ira motus Laium occidit inscius parentem esse. Autor Diodorus. Telegonasqꝫ. Vlyssis mortem Homerus omisit: Scribit tamẽ porphyrio eum per ignorantiam interfectum fuisse a Telegono eius filio: quem ex Circe susceperat. Theopompus ãt (autore interprete Lycophronis) tradit Vlyssem offensum domestica turpitudine rediisse ad Circen & a Telemacho fuisse necatum: Telemachũ uero a Cassiphone in ultionem matris: quo tempore natum affirmat Telegonum. Deqꝫ tribꝰ: De tribus libris de arte amãdi. Parentis. Patris Ouidii. Quãuis ipse docebit. Quãuis aliquis ex tribus libris tradet amandi præcepta. Sunt quoque mutatæ. Met. opus intelligit. Ab exequiis meis. A meo exilio. quo consternatus poeta non potuit tãto operi postremam manum imponere: Vnde ipse alibi ita scribit. Quoque magis faueas non sũt hæc edita ab illo. Sed quasi de domini funere rapta sui. Inter mutata referri. Ordo est. Vultum meæ fortunæ posse referri inter corpora mutata hoc est me posse numerari inter cæteras eius operis transformationes. Quæ subeunt. Quæ in mentem ueniunt. Orbis ultimus. Vltimum orbem appellat plagam ubi exulabat: quoniam in extrema Septentrionis plaga erat. Terra remota. Appositio est nota figura. A mea terra. Ab urbe Roma uel a Sulmone patria.

Oedipodis historia

Vlyssis mors

Telemachus

Sí quis erit qui te dubitãtem & adire timẽtẽ
Tradat: & ante tamen pauca loquaꝫ; adí:
Lúce bona dominoqꝫ tuo fœlícíor ípso
Peruenías illuc: & mala nostra leues.
Namqꝫ ea uel nemo: uel q mihí uulnera fecít
Solus achílleo tollere more potest.
Tantũ ne noceas dum uis prodesse uídeto:
Nam spes est animí nostra tímore mínor;
Q uæque quiescebat ne mota resæuíat íra:
Et pœne tu sís altẽra causa caue.
Q ũ tãmẽ i nostrũ fueris penetrale receptus
Contígeríſqꝫ tuã scrínía nostra domum.
Aspícíes illíc posítos ex ordíne fratres:
Q uos studíum cunctos euígilauit ídem.
Cætera turba palam títulos ostendít aptos:
Et sua detecta nomína fronte gerít.
Tres procul obscura latitantes parte uídebís
Hí quoqꝫ: quod nemo nescít amare docẽt.
Hos tu uel fugías: uẽl sí satís oris habebís
Oedípodas facíto telegonasqꝫ uoces.
Deqꝫ tríbus moneo: sí qua ẽ tíbi cura parẽtís:
Ne quenquam: q̃ís ípse docebít: ames
Sũt quoqꝫ mutatæ ter qnqꝫ uolumína formæ
Nuper ab exequíís carmína rapta meís:
Hís mando dícas: ínter mutata referrí
Fortunæ uultum corpora posse meæ.
Nãqꝫ ea dísſímílís subíto est effecta príorí:
Flendaqꝫ nunc: alíquo tempore læta fuít.
Plura quidẽ mãdare tíbí (sí quærís) habebã:
Sed uereor tardæ causa fuísse moræ.
Sed: sí q̃ subeunt tecum líber omnía ferres
Sarcína laturo magna futurus eras.
Lõga uia ẽ: ꝓpera: nobís habítabit orbís
Vltímus a terra terra remota mea.

In Secundam Elegiam enarratio.

DIi maris & cœli. In Exiliũ ꝓficiscẽs poeta iubẽte Augusto. deprehẽsusq; in medio mari fluctibusq; pœne eũ obruẽtibus: deos ꝓcatur. ut ipsi saltem ignoscãt. nec cũ Cæsare eũ fundit' perdãt. Probatq; multis exẽplis posse eos id facere: Siquidẽ deo aliquo aliquid infestãte: alii quoq; dii eidẽ opẽ tulere. Describit deinde tẽpestatẽ: Tũ deos ꝓcat'. ut se incolumẽ ad Tomitas perducãt: quoꝝ opẽ demũ dicit se agnoscere uim maris sæuientis euanescere. Dii maris. Deos maris intelligit Neptunũ. Glaucũ. Tritones. Palæmona. Phorcũ. quos ĩ qnto æneidos libro elegãter Vergilius dẽscribit. Neptunũ ideo mari imperasse tradũt. sacraq; a nauigãtib' facta: qm̃ (ut Diodorus scribit) secũ dũ cretẽses primus nauigãdi arte inuẽta classem instituit: eiusq; ꝓfect' ẽ a Saturno fact'. Addũt ẽt eũ primũ equos domuisse artẽq; equitãdi ab illo traditã: Ex quo Hippi' sit appellat': Lactãti' in primo diuinaꝝ institutionũ scribit Neptuno Maritima oĩa cũ insulis obuenisse: cuius rei Eumerũ autorẽ eẽ scribit. Ratis quassatæ. Nauis tẽpestatẽ cõcussæ. Ne subscribite. Ne signetis uos uelle ẽt me ꝓsequi post Cæsarẽ. hoc ẽ ne me obruatis sequẽdo irã Cæsaris: q̃ si eodẽ scripto uos subscribẽtes cũ Cæsare in me cõiuretis. Sæpe ꝓmente deo. Docet deos ĩ da de alicui' nõ semp eẽ cõcordes. Mulciber ĩ troiam. Vulcanus erat cõtra troianos. Totũ ãt hoc sumptũ ẽ ex Homero scribente in Iliade deos diuerse affectos fuisse: Nã Iuno: Pallas. Terræ motor Neptunus. per quẽ utilis & sapientia ꝓditus Mercurius: præterea uirib' supbiẽs & inualidus tibiis claudicãs Vulcanus ꝓ græcis: pro troianis aũt bene armatus Mars. Intonsus Apollo: bellicosa Diana: Flaua Latona & læta Venus stabant Mulciber aũt (ut Macrobius docet) est Vulcan': ꝙ ignis sit & oĩa mulceat ac domet. Priscianus a Mulcẽdo & imbri cõpositũ nomen existimauit:

Et quanuis Cesselius Mulciberis & Mulcibris protulerit: melius tamẽ simplicis declinationẽ sequitur Vulcanum scribit Diodorus. ferri. æris. auri. argenti: omniumq; quæ igni fabricantur: artem inuenisse eaq; cæteros docuisse. Quapropter haꝝ rerꝝ opifices uota sacraq; huic deo maxime facientes ignem in æternã memoriam susceptã beneficii Vulcanũ uocant. Pro troia stabat apollo. Homerus quum alibi: tũ ĩ qnto iliados ita oñdit Apollinẽ fauisse troiãis. Sed eoꝝ oculis Mauors caligine offusa huc atq; illuc discurrebat adiuuãs exhortãsq; troianos: ut mãdata Apollinis exequeret': q & ipse ubiq; troianis aderat qũ uideret inuicẽ Mineruã uersari in bello ferẽtẽ auxilia græcis. Aequa uenus teucris. Hoc quoq; oñdit Homerus libro. v. iliados his ferme uerbis Iouẽ deos alloquentẽ ĩducens. In hoc singulari certamine dii cœlites duæ deæ sunt: q̃ Menelão studẽt. Vna q̃ paridi. Illi qdẽ Iuno & Minerua: q̃ (ut uidetis) nõ nihil a cœtu nostro semotæ sedent. plenæ gaudii. ex ipso rei gestæ spectaculo. Hæc aũt Venus quæ nũc abest semper solicita pro paride: quẽq; nũc ab impẽdẽti mortis periculo eripuit. Oderat æneã. Præliũ æneæ & Turni quorũ alteri Iuno fauebat: Alteri uero Venus notũ est Vergilii carmine. Sæpe ferox cautum. Neptunus iratus ꝙ Vlysses prius palameden nepotẽ insontẽ occidisset. Deinde Polyphemũ filiũ occecasset: decẽ annos per mare illũ insecutus est: cui semp affuit Pallas: Quod ideo finxit Homerus. quoniã ille comitẽ habuit prudentiam: quam poetico ritu Mineruam nuncupauit. qua comite omnia horrẽda subiit. omnia aduersa superauit. Quippe ea adiutrice Cyclopis specus introiit: sed egressus ẽ. Solis boues uidit & abstinuit: Ad inferos demeauit & ascẽdit: Eadẽ sapientia comite Scyllã præternauigauit nec abreptus ẽ. Carybdi cõseptus ẽ nec retẽtus. Circes poculũ bibit: nec mutatus ẽ: Ad lotophagos accessit nec remansit: Sirenes uidit nec accessit. Patruo suo. Neptuno Iouis fratre. cuius erat filia pallas. Et nobis aliquod. Ordo ẽ. Et quis uetat aliquod numẽ adesse nobis irato deo q̃uis distamus ab illis. Quanuis distamus ab illis. Quãuis nõ sum cõparãdus illis quos antedixi. Deo irato. Cæsare irato. Verba non proficientia. Quia tempestas non cessat. Terribilisque notus. Et Auster sæuissimus: Auster enim uentus a meridionali plaga spirat græce Notus appellatur: quoniam est nebulosus atque humectus. νότος enim græce humor nominatur ut Gellius docet. Ne causa lædar in una. Ne solo puniar exilio sed plurib' modis. Mõtes uoluunt' aquaꝝ. Sic & Maro ĩsequit' cumulo ꝓrupt' aq̃ mons. uidet' autẽ totũ hũc locũ a Vergilio accepisse Ouidi'. Iã iã tacturos sydera. Sic Vergili'. Fluctusq; ad sydera tollit.

Neptun' mari imperauit

Ars equitandi Hippius

Mulciber

Vulcani inuenta

Cur ulysses errauit.

Pallas ulissis comes

Auster

DIi maris & cœli (qd. n. nisi uota supstẽ
Soluere q̃ssatæ parcite membra ratis
Neue p̃ cor magnæ ſbscribite cæsaris
Sæpe p̃mẽte deo fert deus alter opẽ. (iræ.
Mulciber in troiã. pro troia stabat apollo:
Aequa uenus teucris: pallas iniqua fuit.
Oderat ænẽã propior saturnia turno:
Ille tamen ueneris numine tutus erat:
Sæpe ferox cautũ petiit neptunus ulyxem:
Eripuit patruo sæpe minerua suo.
Et nobis aliqd: q̃uis distamus ab illis:
Q uis uetat irato numen adesse deo:
Verba miser frustra nõ proficiẽtia perdo.
Ipsa graues spargunt ora loquẽtis aquæ.
Terribilisq; notus iactat mea uerba p̃ceſq;.
Ad quos mittuntur non sinit ire deos.
Ergo iidem uenti: ne causa lædar in una.
Velaq; nescio quo uotaque nostra ferunt.
Me miserum: quanti mõtes uoluunt' aquaꝝ:
Iam iam tacturos sydera summa putes.

Et primo

Quantæ diducto. Vergilius. Hi summo influctu pendẽt. his unda dehiscens Terrã inter fluctus aperit. Fluctib⁹ hic tumidus: Hic pontus fluctib⁹ agitatur. Nubibus ille minax. Ille aer inductis nubib⁹ minatur pluuiam & tempestatem. Inter utrũq; Inter pontũ & aerẽ. Immani turbine: Magna uentoꝝ uolubilitate: Alias turbo (ut Plynius docet) est procella quæ erũpit matore depressæ nubis specu: sed minus alte q̃ procella: nec sine fragore turbinẽ uocat. ꝓxima quæq; prosternentẽ: Seneca libro ultimo Naturaliũ quæstionum ita scribit: Turbo enim circa terras concipitur ac fertur: Ideoq; arbusta radicit⁹ uellit. & quacũq; incũbit solũ nudat syluas interim & tecta corripiẽs inferior fere nubib⁹ utiq; nũq̃ altior. rapiturq; oĩ nube uelocior & in orbẽ uertit̃. Super ista uelociter desinit & ipse se sua ui rũpit. Apuleius de Mundo ita ẽt scribit. Turbo. n. dicit̃ qui repẽtinis flabris. pstilit atq; uniuersa pturbat. Turbo quoq; instrumẽtũ ẽ: qđ a pueris funiculo agitatur & rotat̃. Vergilius: Ceu quõdã torto uolitãs sub uerbere turbo Quem pueri magno in gyro uacua atria circũ Intẽti ludo exercẽt: ille act⁹ habena Curuatis fert̃ spatiis: stupet insciа turba Impubesq; manus mirata uolubile buxum. Dant aĩos plagæ. Cui domino. Cui præcipuo ex illis q̃ttuor uẽtis: quos tot ẽt Homerus cõmemorat: Eurũ. s. Austꝝ Aquilonẽ. & Fauoniũ: De Ventis Seneca libro. vi. naturaliũ quæstionũ ita scribit: Qui dã uentos. xii. faciũt: Quattuor. n. cœli partes in ternas diuidũt. & singulis uẽtis binos sibi præfectos dant: Hac arte Varro uir diligẽs illos ordinat. nec sine cã: Nõ. n. eodẽ sp loco sol orit̃ aut occidit: Sed ali⁹ ẽ ort⁹ occasusq; æquoctialis. Bis aũt æquoctiũ ẽ. Ali⁹ solstitialis: Ali⁹ hibern⁹: Qui surgit ab oriẽte æquoctiali. Subsolan⁹ apd̃ nos dicit̃: Græci illũ Apeliotẽ uocãt: Ab oriẽte hiberno Eurus exit: quẽ nostri uocauere Vulturnũ: & Liui⁹ hoc illũ noĩe appellat ĩ illa pugna rõanis paꝝ ꝓspa: In qua Hãnibal circa solẽ oriẽtẽ exercitũ nostꝝ & cõtra uẽtũ cõstituit: qũ uenti adiutorio ac fulgoris perstringẽtis oculos hostiũ uicit. Varro quoq; hoc nomẽ usurpat: Sed & Eurus iã ciuitate donatus est: & nostro sermoni nõ tãq̃ alienus interuenit: Ab oriẽte solstitiali excitatũ Cæciã græci appellãt: apd̃ nos sine noĩe ẽ: Aequoctialis occidẽs Fauoniũ mittit: quẽ zephyrũ dicẽt tibi ẽt q̃ græce nesciũt loq̃. A solstitiali occidẽte Chorus uenit: q̃ apud quosdã argestes dicit̃: Mihi nõ uidet̃: qa chori uiolẽta uis ẽ & in unã partẽ rapax Argestes fere mollis ẽ: & tã eũtibus cõis: q̃ redeuntib⁹. Ab occidẽte hiberno Africus furibũdus & ruens apud græcos libs dicit̃: A septẽtrionali latere summus ẽ aquilo. Medius Septẽtrio. imus Thraseas: Huic deest apud nos uocabulũ. A Meridiano axe Euronotus ẽ: Deide Not⁹: latine Auster: Deide Leuconot⁹: q̃ apud nos sine noĩe ẽ: Si qs de uẽtis plura q̃rit. legat Plyniũ. Vitruuiũ ac Geliũ. Eur⁹. Eur⁹ dict⁹ ẽ ἀπὸ τῆς ἑῴας. i. ab oriẽte sole fluẽs. Capit Vires. uiolẽti⁹ spirat. Ab ortu purpureo. ab oriẽte rutilo. Zephyrus. Zephyrus ita a græcis appellat̃: q̃ satis uitã afferat: Latine Fauoni⁹ a fouẽdo dicit̃. Sero uespe. Ab occidẽtali plaga. Gelid⁹ boreas. Frigid⁹ aqlo. Dicit̃ ãt Boreas ἀπὸ τοῦ βοᾶν. i. boatu: q̃n sit uiolẽti flat⁹ & sonori: latine Aqlo dicit̃ a uehemẽtissimo uolatu istar Aqlæ: ut docet Põpei⁹. Bacchat̃. Sæuit. Ab arcto ficca. A ficco septẽtrione: Vẽti. n. a Septẽtrione & occidẽte flãtes ficciores sũt: q̃ a Meridie & oriẽte ut Ply. docet. Arctos ãt (ut scribit Higini⁹) græce Vrsam significat: ĩ quã Calisto lycaonis filia mutata ĩ Septẽtrione locũ optinuit. Aduersa frõte. Est. n. Not⁹ Boreæ opposit⁹: si qdẽ a Meridie flat. Rector. Nauis magister. Quid fugiat ue petat ue. Quẽ uẽtũ uitet. aut locũ petat. Ars ipsa. Ipsa nauigãdi peritia. Malis ambiguis. Mala ambigua appellat uẽtos illos aduersos & iter se pugnãtes ꝓpterea ꝙ nauis magistrũ dubiũ reddũt qd agẽdũ sit. Frustraq; pcãtes. Et ne qcq̃ deos orantes: legit̃ ẽt pcãti: ut sit ore pcãti. Hoc unũ nostri mali. hoc solũ meũ exilium: nam me tẽpestate iactari nescia est. Cõscendere mecum. Volebat enim uxor exilii poetæ comes esse. Bis patienda foret. Bis uiderer interire: si uxor mecum esset factura naufragium.

Turbo

Vẽtorum descriptio

Aequinoctium bis

Subsolanus

Apeliotes

Eurus

Vulturn⁹

Cæcias

Fauonius

Zephyrus

Chorus

Argestes

Africus

Libs

Aquilo

Septẽtrio

Thraseas

Euronot⁹

Notus

Leuconotus

Boreas

Aquilo

Arctos

Quantæ diducto subsidunt æquore ualles;
Iam iam tacturas tartara nigra putes.
Quodcunq; aspicio nihil est nisi pontus & aer:
Fluctibus hic tumidus; nubibus ille minax.
Inter utrunq; fremunt immani murmure uentí;
Nescit cui domino pareat unda maris.
Nam modo purpureo uires capit eurus ab ortu:
Nunc zephyrus sero uespere missus adest:
Nunc gelidus sicca boreas bacchatur ab arcto;
Nunc notus aduersa prælia fronte gerit.
Rector in incerto ẽ: nec quid fugiat ue petat ue
Inuenit. ambiguis ars stupet ipsa malis.
Scilicet occidimus: nec spes est ulla salutis.
Dumq; loquor; uultus obruit unda meos.
Opprimet hãc aĩam fluctus; frustraq; precãtes
Ore necaturas accipiemus aquas.
At pia nil aliud q̃ me dolet exule cõiunx;
Hoc unum nostri scitq; gemitq; mali.
Nescit in immenso iactari corpora ponto;
Nescit agi uentis: nescit adesse necem.
O bene quod non sum mecũ cõscendere passus.
Nunc mihi mors misero bis patienda foret.
At nunc ut peream: quoniam caret illa periclo;
Dimidia certe parte superstes ero.

Fulgetra Tonitrua Fulmina

Quã celeri micuerũt nubila flãma. Quã celeriter corruſcauit: qd̃ ſit quum flatus: aut uapor lõgiore nititur tractu. Ex eo. n. fiũt fulgetra. Quum uero in nube luctat̃: tonitrua edunt̃: quum erũpit ardẽs: fulmina ut eſt autor Plynius. Seneca lib. ii. naturaliũ q̃ſtionũ ita ſcribit. Quid inter fulgurationẽ & fulmẽ intereſt dicã. Fulguratio eſt late ignis explicit⁹. Fulmẽ eſt coact⁹ ignis impetu iactus. Quãtus fragor: Tonitrua intellige. Tabulæ lateꝝ. Tabulæ nauis: q̃ ſunt in lateribus. Graue onus baliſtæ: Grauia pondera & ſaxa quæ uibrant̃ a baliſtis. Eſt aũt baliſta (ut Marcellus ſcribit) tormentũ: quo ſaxa maiora & grauiora mittunt̃. Flauius Vopiſcus in Aureliani uita ita ſcribit. Nulla pars muri eſt: q̃ nõ binis ac ternis baliſtis occupata ſit. Ignes etiã tormẽtis iaciunt̃. Et Hircius in bello hiſpaniẽſi: Simulq; baliſta ĩqt miſſa a nobis turrim deiecit. Ea aũt emittebat nõ modo ſaxa: ſed etiã haſtas. Silius libro. i. Adductis ſtridula neruis Phocais effundit uaſtos baliſta molares. Atq; eadẽ ingẽtis mutato põdere teli Ferratam excutiens ornum media agmina rumpit. Tẽditur autem baliſta (autore Vegetio) funibus: neruis: chordiſq; quæ quanto prolixiora brachiola habuerit: hoc eſt quanto maior fuerit: tanto longius emittit. Quæ ſi iuxta artem Mechanicam temperetur: & ab exercitatis hominibus: qui menſuram eius ante collegerint: dirigat̃: penetrat quodcũq; percuſſerit. Quibus uerbis patet baliſtã aliã fuiſſe: q̃ eã q̃ nũc uulgo Bõbarda appellatur contra nõnulloꝝ opinionẽ. De baliſtarũ ordine plura Vitruuius libro ultimo de architectura. Baliſtam autem phœnices inuenere: ut Plynius docet Quam ideo Silius phocaicam appellat: q; in Narbonenſi prouincia phocenſes quondam fugati perſaꝝ aduentu Maſſiliam olympiade quadrageſima quinta condidere: ut docet Solinus. Poſterior nono ẽ. Fluctum intelligit: quem poetæ decimum ſiue decumanum appellant: qui maximus eſſe ſolet. Lucanus libro quinto. Hæc fatum decimus dictu mirabile fluctus Inualida cũ puppe leuat. Et Silius libro. xiiii. Non aliter rhodopes boreas a uertice præceps Cum ſeſe immiſit: decimoq; uolumine pontum Expulit in terras. Vnde Decumanam etiam portam in caſtris maximam & ab hoſte auerſam appellat̃ Liuius libro tertio ab urbe condita his uerbis. Interim in caſtris Furius conſul qum primo quietus obſidionem paſſus eſſet: in incautum hoſtem Decumana porta erupit. Genus eſt miſerabile lœti. Graue enim (ut docet Homerus) perire naufragio: quia anima ignea eſt: & extingui uidetur in aqua elemento contrario.

Baliſta

Hei mihi quam celeri micuerũt nubila flamma:
Quantus ab æthereo perſonat ãxe fragor
Nec leuius laterum tabulæ feriuntur ab undis:
Quam graue baliſtæ mœnia pulſat onus.
Qui uenit hinc fluctus: fluctus ſupereminet oẽs
Poſterior nono eſt: uñdecimoq; prior:
Non lethum tímeo: genus eſt miſerabile lethi.
Demite naufragium: mors mihi munus erit.
Eſt aliquid fatoq; ſuo ferroq; cadentem
In ſolita moriens ponere corpus humo:
Et mandare ſuis aliqua: & ſperare ſepulchrum:
Et non æquoreis piſcibus eſſe cibum.
Fíngite me dignum tali nece: non ego ſolus
Huc uehor: ĩmeritos cur mea pœna trahit?

Baliſta phocais

Decumanus fluct⁹

Decumana porta

Eſt aliquid fatoq; ſuo. Ordo eſt. Eſt aliquid hominem cadentem: & ſuo fato: & ferro ponere corpus moriens in ſolita humo. quaſi dicat: non eſt tantopere dolendum: ſi quis aut ſua morte: aut ferro quod caſui attribuitur humi non in mari interit. Deſignat autem poeta duo. ſ. Naturam & Fortunam. Sũt. n. tria: quibus (ut Seruius docet) humana uita cõtinet̃: Natura. ſ. Fatũ: & Fortuna. Naturæ ultra. cxx. annos nõ eſt cõceſſum: cuius rei cãm aſſignat Lactantius libro diuinarum inſtitutionũ ſecundo. cap. xiiii. Treuellius etiam Pollio ſcribit doctiſſimos Mathematicoꝝ centũ. xx. annos homini ad uiuendum datos iudicare: neq; amplius cuiq̃ iactitare eſſe cõceſſum: etiã illud addẽtes Moſen ſolũ dei (ut iudæorum libri loquuntur) familiarẽ. cxxv. annos uixiſſe: qui quum quereretur q; iuuenis interiret. reſponſum ei ab incerto ferunt numine neminem plus eſſe uicturũ. Fato. lxxxx. anni hoc eſt tres Saturni curſus exitium creant: niſi forte aliarum ſtellaꝝ benignitas etiam tertium eius ſuperet curſum. Fortuna: ideſt caſu: qui ad omnia pertinet: quæ extrinſecus ſunt: ut ad ruinam: incendia: naufragia: ferrum: uenena mors accidit. Sic Cicero in philippicis: Multa inquit mihi imminere uidebantur præter naturam: præterq; fatũ: ideſt gladii Antonii ex caſu. Tranquillus etiam ſcribit percuſſorum Cæſaris neminẽ ſua morte defunctũ eſſe. Sua enim hominis mors eſt: quæ uiolenta non eſt: ſed aut natura: aut fato conſtat. Quæ uero fortuna mors eſt: dicitur eſſe præter naturam: præterq; fatum: & a græcis Biothanata appellat̃. Illi enim βιαν uiolentiam: & θανατον mortem uocant. Et Biothanati dicuntur qui uiolenta morte pereunt: quo uerbo ſæpe utit̃: quũ Seruius: tũ ẽt Lãpridius. Naufragiũ igit̃ qd̃ caſui tribuit̃: dãnat poeta: & ferri mortẽ illi p̃ponit pp eã cãm quã ſupradiximus. Ponere corp⁹ moriẽs: Locare moriẽtis hoĩs corpus. In ſolita humo. In terra q̃ hoĩs p̃pria & ſolita ſedes eſt: nõ aqua. qd̃ ẽt ita Plyni⁹ docet. Sic hoĩum illa: ut cœlũ dei: q̃ nos naſcẽtes excipit: natos alit: ſemelq; editos ſuſtinet ſp: nouiſſime cõplexa gremio iã a reliqua natura abdicatos: tũ maxĩe ut mater opiens nullo magis ſacramẽto: q̃ quo nos quoq; ſacros facit. Et mãdare ſuis aliqua: Et ſuis aliqua iniũgere agẽda: qd̃ faciũt morituri. Tali nece: Tali morte ut pereã naufragio. Non ego ſolus huc uehor. Parcendum eſt cæteris: qui mecum ſunt in eadem naui.

Vita humana tribus continetur

Anni ad uiuẽdum homini conceſſi

Sua mors

Præter naturã: p̃terq; fatum.

Biothanata mors

Biothanati

Vtraq; turba. Et cœli & maris dii. In loca iussa. In pōticā orā. Siquā ꝑmerui. Ordo ē. Si uultis me pēdere pœnā quā promerui. Legit̄ ēt Si quia cōmerui pœnā me perdere uultis: idem tamē est sensus

Culpa mea ē ipso iudice. Crimē meū uel Augusto iudice nō est tātū. ut morte plectēdus sim. Ad undas stygias. Ad inferos: Illi. n. dicunt̄ mitti ad undas stygias: q intereūt: Aliter uero Ouidi⁹ i primo Met. dixit Saturnū missum ī tartara tenebrosa nō mortuū: ut quidam interpretant̄ Fabulā ignorātes: sed uinctum apud inferos: nā dii nō moriunt̄: Saturnus. n. (ut docet Lactantius in primo diuinar; institutionum) cōprehēsus a fratre Titane q; filios uirilis sexus cōtra pactionē ac iusiurādum educasset muro circūclusus cū uxore ope seruat̄: Quod qū Iupiter audiuisset: uenit cū magna Cretēsium multitudine Titanūq; ac filios eius pugnādo uicit: parentes uinculis exemit. patreq; in regno collocato in cretā remeauit: post hæc deinde Saturno datā sortē ferūt: ut caueret ne fili⁹ eū expelleret: illū eleuādæ sortis atq; effugiendi periculi gratia insidiatū Ioui. ut eū necaret: Iouē cognitis insidiis regnū sibi denuo uendicasse ac fugasse Saturnū: qui qū iactatus eēt per oēs terras persequentibus armatis quos ad eū cōprehendēdū uel necādū Iupiter miserat: uix in Italia locū in quo lateret inuenit: Diodorus scribit Iouē qm̄ diuersa a patre uitæ institutione erga singulos mansuetudine atq; humanitate usus ē regnū cœpisse partim cōcedente pre: partim populis ab eo per odiū desciscentib⁹: Aduersus quem qum Saturnus Titanum præsidio fisus pugnasset: acie uictum fuisse: Quidam uero eum captum atque in tartari carcere inclusum scribunt: inter quos Dionysius Halicarnasæus cuius uerba hæc sunt: Neque enim exectus Cœlus a filiis suis apud romanos dicitur: neq; filios perdēs Saturnus metu insidiarum ab eis: neq; Saturni dominationem euertens Iuppiter: includensq; patrem tartari carcere: Sed nec bella quidem & uulnera: uinculaq; & seruitutes Ideorum apud Romanos inueniunt̄. Vnde Pluto apud Claudianum in primo de raptu proserpinæ ita oquitur. Si dicto parere neges patefacta ciebo Tartara: saturni ueteres laxabo cathenas: Idem etiam Cicero libro tertio de natura deorum ostendere uidetur his uerbis: Iam uero quid uox illa delectat explicatio fabularum & enodatio nominum: exectum a filio cœlum: Vinctum itidem a filio Saturnum. Designans igitur Ouidius Saturno in carcerem coniecto non mortuo Iouem regnasse: illum dixit missum fuisse in tartara tenebrosa. Non inuidiosa. Non odiosa Augusto: aut certe non conciliatura illi inuidiam: ut sit sensus. Potest me Cæsar interficere qum libet: quæ res nullam illi concitabit inuidiam propter mea crimina: Inuidiosus enim ab Inuideo uerbo declinatum passiue accipitur: ille enim significatur: qui est inuidiæ obnoxius: A nomine uero deductum actiue ponitur: Significat enim Inuidia dolorem animi ex aliena fœlicitate prouenientem: Est etiam uel dicto uel facto in alterum maliuolentiæ conciliatio: a qua significatione hoc in loco Inuidiosus descendit. Ouidius libro quinto Metamorphoseos. Ante Iouem sparsis stetit inuidiosa capillis: cuius significationis nonnulli ignari ita exponunt inuidiam ioui factura. Quomodo enim Ceres potest ioui inuidiam facere amissa filia. Inuidiosam potius capillis sparsis & uultu mœsto apud Iouem maliuolentiam conciliaturam Plutoni qui Proserpinam rapuerat accipiet doctissimus quisque. Quodq; dedit. Vitam quam mihi concessit Augustus. Feret. Adimet. Nec tamen ut cuncti. Ordo est. Nec tamen caput quod periit: iam potest esse saluum. Vt idest quāuis cuncti uelitis seruare me miserum. Vt mare subsidat. Quāuis mare non sæuiat. Ventis ferentibus. Ventis secundis & portantibus me in ponticam regionem: legit̄ etiam fauentibus. Et mihi parcatis. Et quāuis mihi ignoscatis & faciatis ne peream naufragio. Non minus exul ero. Non ob eam causam effugiam quin sim exul. quod mihi erit tanquam mors altera.

Non ego diuitias. Dicit nullam aliam sibi causam esse nauigandi: nisi ut in exiliū proficiscatur. Mutādis mercibus. Commutandis rebus: Solent enim mercatores merces mercibus mutare: Vergilius. Nec nautica pinus Mutabit merces: hinc fit Commerciū quasi commutatio mercium. Aro. Nauigo. Vergilius. Et uastum maris æquor arandum.

Ouidii met. locus

Inuidios⁹

Inuidia duo significat

Ouidii met. loc⁹

Pro superi. uirideſq; dei: qbus æquora curæ
Vtraq; iam uestras sistite turba minas.
Quamque dedit uitā mitissima cæsaris ira:
Hanc finite infoelix in loca iussa feram.
Si quam promerui pœnam me pēdere uultis
Culpa mea est ipso iudice morte minor.
Mittere me stygias si iam uoluisset ad undas
Cæsar in hoc uestra non eguisset ope.
Est illi nostri non inuidiosa cruoris
Copia: quodq; dedit qum uolet ipse feret.
Vos modo quos certe nullo puto crimie læsi
Contenti nostris iam precor este malis.
Nec tamen ut cuncti miserum seruare uelitis
Quod periit: saluum iam caput esse pōt.
Vt mare subsidat: uentisq; ferentibus utar:
Et mihi parcatis: non minus exul ero.
Non ego diuitias auidus sine fine parandi
Latum mutandis mercibus æquor aro.

Athenæ nomẽ uñ

Nec peto quas quõdã. Nec inqt Athenas eo ſtudẽdi gr̃a ut olim: Athenæ aũt uocatæ ſunt a Minerua quæ græce Athena dicit̃: cuius cãm hãc Varro aſſignauit: Qum apparuiſſet illic repente arbor oliuæ & alio loco aqua erupiſſet: regẽ ꝓdigia iſta mouerunt & miſit ad Apollinẽ Delphicũ ſciſcitatũ quid intelligendũ eẽt: qd ue faciẽdũ: Ille reſpondit Oleã Mineruã ſignare: Vndã Neptunũ: Eſſecq; in ciuiũ poteſtate ex cuius noĩe potius illoꝝ deoꝝ quoꝝ illa ſigna eſſent, ciuitas uocaret̃: Iſto Cecrops oraculo accæpto ciues oẽs utriuſq; ſexus (Mos. n. eis tũc in eiſdẽ locis erat, ut fœminæ publicis cõſultationib⁹ intereſſent) ad ferẽdũ ſuffragiũ conuocauit: Cõſulta igit̃ multitudine, Mares ꝓ Neptuno: Fœminæ ꝓ Minerua tulere ſentẽtias: Et qa una plus inuẽta ẽ fœminaꝝ: Minerua uicit: Tũc Neptunus iratus marinis fluctibus exæſtuãtibus terras Atheniẽſiũ populatus ẽ: cuius ut iracũdia placaret̃: triplici ſupplicio affectæ ſunt mulieres ut nulla ulteri⁹ ferret ſuffragia: ut nullus naſcentiũ maternũ nomẽ acciperet: ut ne quis eas Athenas uocaret. Oppida nõ aſiæ. Meruit. n. ſub. M. Varrone: & cũ eo ĩ aſiam ꝓfectus ẽ. In urbẽ alexandri. Alexandriã ĩtelligit: quã in ægypto cõditã de ſuo noĩe appellauit: de qua Quint⁹ Curtius ita ſcribit: Alexãder ab Hãmone rediens: ut a mari ad Meotim paludẽ haud ꝓcul inſula pharo ſitã uenit. cõtẽplatus loci naturam primũ in ipſa inſula ſtatuerat urbẽ nouã cõdere: Inde ut apparuit magnæ ſedis inſulã haud capacẽ elegit̃ urbi locũ: ubi nũc eſt Alexãdria appellationẽ trahens ex noĩe autoris cõplexus quicqd loci ẽ inter paludẽ & mare, lxxx. ſtadioꝝ muris ambitũ deſtinat: & q ædificãdæ urbi præeſſent relictis, Memphim petit. Cõdidit & Alexandriã in India: Aliã ẽt ædificauit ad Tanaim amnẽ. Murus fuit, lx. ſtadioꝝ: Aliã uero in radicibus mõtis Caucaſi: De Alexãdria in ægypto ita ẽt Plynius ſcribit. Sed iure laudet̃ in littore ægypti maris Alexãdria a magno Alexãdro cõdita in africæ parte ab oſtio canopico, xii. milia paſſuũ iuxta Mareotim lacũ: q antea Arapotes noĩabat̃: Metatus ẽ eã Dinocrates Architectus plurib⁹ modis memorabili ingenio, xv. milibus paſſuũ laxitate inſerta ad effigiẽ Macedonicæ clamidis orbe gyrato lacinioſaꝝ dextra leuaq; anguloſo ꝓcurſu iã tũ tñ quinta ſitus parte regi dicata: De ea urbe plura his ẽt Strabo & Vitruui⁹. Tuas delicias. Tuos iocos. Nã & Quintilian⁹ Delicias Alexãdrinas appellat: aut tuã huberta tẽ & aeris tẽperiẽ: Nam Plynius ſcribit ægyptũ nilo irrigari, & in. xii. cubitis famem ſentire: in. xiii. etiã nũ eſurire, xiiii. hilaritatẽ afferre, xv. ſecuritatẽ, xvi. delicias: potes & referr̃ ad publica fana. Pyramides. labyrinthum. regiaſq; : Nã⁹ regũ unuſquiſq; quẽadmodũ publica deoꝝ dona aliquo ornamẽto decorabãt ſic & ad eas quæ factæ erãt regiã aliquã ædificabãt: quoꝝ oĩum Strabo meminit: Deliciæ. n. oĩa dicunt̃ quæ nobis uoluptatẽ afferunt a Delicio Verbo hoc eſt allicio: ſiue a delectando: Et qm̃ in ægypti mentionẽ incidimus: nõ ab re fuerit de ægyptioꝝ moribus ea hic referre: quæ ſic ſcripſit Hadrianus Auguſtus in quadã ad Seruianũ Cõſulẽ epiſtola: Aegyptũ inquit quã mihi laudabas Seruiane chariſſime totam didici pendulã, leuẽ. & ad oĩa famæ momenta uolitantem: Illi qui Serapin colunt Chriſtiani ſunt & deuoti ſunt Serapi: qui ſe chriſti Epiſcopos dicunt. Nemo illic non Archiſynagogus iudæorum: nemo non Samarites: Nemo non Chriſtianorum præſbyter: non Mathematicus, non haruſpex. non Aliptes: Ipſe ille patriarcha qum in ægyptum uenerit. ab aliis Serapidẽ adorare, ab aliis cogitur chriſtũ. gen⁹ hominum ſeditioſiſſimũ, uaniſſimũ, iniurioſiſſimũ, ciuitas opulẽta, diues, fœcũda, ĩ qua nemo uiuat otioſus. Alii uitrũ conflant. Ab aliis charta cõficit̃. omnes certe lymphiones cuiuſq; artis & uident̃ & habẽt̃ Podagroſi quod agant habent: Cæci quod agant habent: ne chyragrici quidẽ ap̃d eos otioſi uiuũt: Vn⁹ illis deus eſt. Hũc chriſtiani, hũc iudæi, hunc omnes uenerant̃ & gentes: De laudibus uero ægypti & ægyptioꝝ legito quũ alios: tũ Dionyſiũ de ſitu orbis. Nile iocoſe. Nilũ ideo iocoſum appellat: quoniaꝝ Canopi erat Serapidis tẽplũ: quod ab Alexãdria. xx. ſtadiis diſtabat: eo ingens ex Alexãdria turba ꝓ ſoſſam ad ſolẽnia deſcẽdebat. Nã die ac nocte nauiculis plena erat uiroꝝ ac mulieꝝ impudẽter canentium ac ſaltantiũ cũ oĩ diſſolutione & his præterea quæ diuerſoria hñt foſſæ impoſita ad huiuſmodi relaxationem & celebritatem idonea. a quoꝝ iocis poeta Nilum iocoſum appellauit. Tellus ſarmatis. Sarmatia (ut ſcribit Ptolemæus) regio ẽ: cuius pars ſita eſt in Europa: pars uero in aſia: Quæ in Aſia eſt terminatur ab ortu Scythia intra Imaum montem & parte Caſpii maris: Ab Auſtro Albania & Hiberia & Colchide & parte Euxini ponti: Ab occaſu Cimerio boſphoro & palude Meotide atque Sarmatia Europæ. A ſeptentrione terra incognita. De Sarmatis ita ſcribit Pomponius. Ipſe Tanais ex ripheo monte deiectus adeo præceps ruit: ut quum uicina flumina: tum Meotis & boſphor⁹ cum ponti aliqua bruma li rigore durent̃. ſolus æſtus hyemẽq; iuxta ferẽs: idẽ ſemp & ſublimis ĩcitatuſq; decurrat: Ripas eius Sauromatæ & ripis hærẽtia poſſidẽt. una gens. aliquot populi. & aliquot noĩa. Primi Meoticæ gyneecoratumenoe: ideſt a fœminis poſſeſſi uictiq;. regna amazonũ fœcũdos pabulo & alia ſteriles nudoſq; cãpos tenẽt. Quomõ ãt Sarmatæ poſſeſſi ſint a fœĩs docet Herodot⁹ libro. iiii. Illã notãdũ Sarmatas a romanis a græcis Sauromatas appellari ut Plyniusdocet. Iuuenalis. Vltra ſauromatas fugere hinc libet. & Martialis. Venit & e poto ſarmata paſtus equo. Eos nunc polonos appellamus. Sanæ Sauromatæ

Nec peto: quas quõdã petíi ſtudioſ⁹ athẽas
Oppida non aſiæ: non míhí uiſa prius:
Non ut alexandrí claram delatus ín urbem:
Delítias uídeam nile iocoſe tuas.
Q uod facile ẽ. opto uẽtos q̃s credẽr poſſet:
Sármatís eſt tellus: quã mea uela petunt.

Apollo uel: Phœbus

Alexãdria

Deliciæ ægypti

Deliciæ Aegyptiorũ mores

Nilus iocoſus

Sarmatia

Tanais

Sarmatæ Sauromatæ

Sarmatæ nũc polonı

(autore Pausania) nullas habuere ferri structuras: nec alii ad eos cõportabãt: usũ ob eã ferri penuriã excogitarũt ĩ hastis cuspides iunceas, p ferreis uti arcubus corneis ac sagittis: Hostẽ pterea cathenis ĩplicãt quẽ cũq; dephẽdere possunt, atq; ita obuersis equis cathenis obuolutos distrahunt, thoracibꝫ fabricãdis hoc eoꝝ cõsiliũ: Equaꝝ armẽta singuli pascũt, qũ ager ĩ priuatoꝝ portione diuisus non sit numidaꝝ more, nec quicq; ferat pter agrestẽ siluã: equabꝫ nõ ad bellũ solũ utunt: sed ẽt diis patriis imolãt & iisdẽ uescuntur earũq; ungulas expurgãt & ĩ subtilissimas partes scindũt, inde draconũ squamis opꝫ simile texũt, eas pforatas equoꝝ & boũ neruis assuũt, atq; ita utũtur p thoracibꝫ. Sarmatarũ arma

Obligor ut tangam læui fera littora ponti:
Quodque sit a patria iam fuga tarda q̃ror
Nescio quos uideã positos ut ĩ orbe tomitas
Exilii facio per mea uota uiam.
Si me dilígitis tantos compescite fluctus.
Pronaque sint nostræ numina uestra rati.
Seu magis odistis iussæ me aduertite terræ,
Supplicii pars est ín regione mori.
Ferte: qd hic facio rapidi mea corpora uenti:
Ausonios fines cur mea uela uident?
Noluit hoc cæsar: qd quẽ fugat ille tenetis?
Aspiciat uultus pontica terra meos
Et iubet & merui. nec quæ dam nauerit ille
Crimina defendi fasue pium ue puto.
Si tamen acta deos nunq̃ mortalia fallũt:
Aculpa facinus scitis abesse mea.

Leui põti. Maris põtici a leua parte: ĩgrediẽte, n. poeta mare põticu ma leua erat Tomos: quá petebat: Pontꝫ ãt (autore Herodoto lib. iiii.) iter oĩa maria ẽ maxĩe admirabile: cuiꝫ lõgitudo ẽ. xi. miliũ ac. c. stadioꝝ: Latitudo qua latissimũ ẽ triũ miliũ ducẽtoꝝ: Huiꝫ pelagi os latitudinis ẽ quattuor stadioꝝ: Lõgitudo oris qd ẽ collũ quæ bosphorus dicit circiter. c. xx. stadia ad ꝓpontidẽ usq; ptingens: ꝓpontis ãt qngẽtorum stadioꝝ ẽ: mille & quadrigẽtoꝝ lõgitudinis ĩfluens in helleſpõtũ: Ipse helleſpõtꝫ ubi anguſtissimus stadiis septẽ quadringẽtis, lõgus ĩtrans pelagi uastitatẽ: qd ægeũ uocat: Hæc ãt ita dimensa sunt: Nauis fere meat oĩno. lxx. milia passuũ longo die, nocte uero. lx. Itaq; a faucibꝫ põti ad phasim (hoc est, n. põti lõgissimũ) nouẽ dieꝝ ẽ nauigatio & octo noctiũ: q̃ fiũt mille cẽtũ ac decẽ milia passuum hoc ẽ stadioꝝ undecim milia ac centũ: E scythica ãt ad Thesmycirũ: quæ ẽ sup flumẽ Thermodoõta (hic náq; põti latissimũ ẽ) trium dieꝝ duarũq; noctiũ ẽ nauigatio, q̃ fiunt passuũ ccc. ac tria milia: stadioꝝ uero tria milia ac trecenta: Hũc igit ĩ modũ põtum ac Bosphoꝝ & Helleſpontũ Herodotꝫ dimẽsus ẽ: Quin ẽt pontus paludem hẽt ĩfluentẽ ĩ se nõ multo q̃ ipse ẽ minorẽ: q̃ Meotis appellat & mater põti a quo põto finitima regio põtica cognoĩatur. Pontus Ponti lõgitudo Põti latitudo. Bosphorus Propõtis Helleſpõtus Meotis

Fera littora. Fera appellat pp gẽtes crudeles illic habitãtes: ut infra dicemus. Tomitas. Tomos urbs fuit ĩ getico littore: sic dicta qm illic Medea fratrẽ trucidauit: plura dicemꝫ in. iii. libro Exilii facio p mea uota uiã: Opto mihi uiã dari ad exiliũ. Seu magis odistis. Siue magis me odio habetis. Aduertite me. Me deferte. Iussæ terræ. Sarmaticæ oræ. Supplicii pars ẽ. Deos docet posse inuisum se afficere supplicio: siquidẽ mori ĩ exilio acerbissimũ ẽ. In regione. In ora getica mihi ab Augusto cõcessa. Ferte, quid hic facio. Vẽtos pseuerãtes ĩcrepat poeta. Ausonios fines. Italiæ fines. Vi n. tẽpestatis referebant ĩ Italiã relicto priori cursu: ut in sequẽti elegia apparet: posuit autẽ Ausoniã ꝓ Italia more poetico. Ausonii ãt q prius Opici dicebant: ĩcoluerũt eã Italiæ partẽ quæ ad Tyrrheniã uersa ẽ ut libro. vii. Politicoꝝ docet Aristoteles: Et Plynius ita scribit. Tenuere latiũ antiquum coloniis sæpe mutatis alii aliis tẽporibꝫ. Aborigines. Pelasgi. Arcades. Siculi. Arunci. Rutuli. & ultra Circeios Volsci. Osci. Ausones. uñ nomẽ mõ latii ꝓcessit ad Lyrim amnẽ. Ausonũ urbes tres noĩat Liuius libro. ix. ab urbe cõdita Ausoniã. s. Minturnas & Vestinã: Mare Ioniũ ab oriẽte Italiã alluit ut docet Ptolemæus: Græci uero Ioniũ diuidunt ĩ Siculum ac creticum Plyniꝫ autor. Scribit ẽt Seruius Ionium sinum eẽ ĩmẽsum ac usq; ĩ Siciliã ꝓtẽdi: & huius partes eẽ Hadriaticum. Achaicum. & Epiroticum ita a rege appellatum fuisse Solinus autumat. Appianus scribit Ionium Dyrrachi filium ab Hercule p errorẽ interfectum fuisse: Herculẽ uero corpus tumulantem in mare proiecisse ut cognomen illi imponeret. Est & alteꝝ mare ionium: de quo ita scribit Solinus: A ligustico mari ad Siciliam esse Thuscum constat quem græci Ioniũ uel Tyrrhenum: Itali inferum uocãt: quod quidã ita appellatum dicunt ab regione Italiæ Ionica: in liguria enim lapidarii campi fuere: q̃ Ioue cum Hercule dimicante illic creditur lapidibus pluisse: & regionẽ ionicam ab ione Naulochi filia: quam procaciter insidentem uias Hercules interemit appellatam. Sarmatarũ arma Ausonii: Mare Ionium

Noluit hoc cæsar. Cæsar edixit ne in italiam redirem. Et iubet. Et uult me proficisci in exilium. Nunq̃ fallunt deos. Nunq̃ deos decipiunt. Sciunt enim dii quicquid omnino homines agunt. A mea culpa. A meo scelere, poeta autem peccatum suum errorem fuisse fatetur: & per imprudentiam id amisisse cuius causa postea eum Augustus in exilium eiecit: Sunt qui existimant eum ideo relegatum fuisse q̃ imprudens Augustum uiderit cum filia Iulia incestum admittentem: Nam Tranquillus in Caligula ita scribit. Prædicabat autem matrem suam ex incesto quod Augustus cum filia Iulia admisisset procreatam: Non me fugit Sidonii carmen aliasque multorum etiam opiniones eẽ: Illud affirmo nihil certi afferri posse ex Quidii carmĩe pterq̃ imprudẽter illũ aliq̃d uidisse: cui cã Augustꝫ offẽsus eũ relegauit. Relegationis ouidii causa.

Immo ita si scitis, si me meus abstulit error. Ordo ē. Immo odiui ita parcite, si ita scitis, s. facinus abesse a mea culpa. & si meus error abstulit me & reliqua. Stultaq; mens. Mens imprudens & īprouida.

Non scelerata. Nō sceleri obnoxia. Quod licet e minimis. Quāuis dignitate inter minimos Cæsaris fautores numerādus illud fecerim hoc est illi domui fauerim. Illi domui. Aedibus Augusti Cæsaris & eius familiæ. Si satis Augusti. Si Augusti iussis mittētis me in exiliū perinde ac publicis q̄primū parui. Publica. n. iussa appellat quæ iudiciali more solēt ꝓnūciari: & referri ī acta assignata causa cur in reum aīaduertatur: quod qū nō fecerit Augustus: se tamē fatet paruisse. Si dixi fœlicia sæcula: Fastoq; libros. xii. in totidē menses diuisos designat: & potissimū Augustū mensem ab Augusto impatore cognominatū: in quo innuit Augusti laudes & sæcula sub eo fœliciſſima scripsisse. & ꝓ eius quoq; īcolumitate sacrificasse: De fœlicibus tpib⁹ sub Augusto scribit ēt Strabo docēs nunq̄ tantā pacis facultatē tātāq; bonoq; copiam romanis fuisse q̄tā Cæsar suppeditauit Augustus Cæsaribusq;, Tyberiū eiusq; filios Germanicū Drusumq; intelligit. Si fuit hic aīus nobis. Si mens nostra fuit talis ī Augustū qualē dixim⁹

Si minus: Si nō subaudi fuit talis aīus ī Cæsarē. Sed sub cōditiōe uocati. Nō inqt casu mihi ignoscitis: sz ea cōditiōe q̄ uos orauī: ut si fui ī cæsarē ac ei⁹ domū aīo bēiuolētissimo tēpestas euanescēret. Fallere quos ñ ē. Quos ñ possum⁹ fallere.

In Tertiam Elegiā Enarratio.

Qvm subit illius. Miserabiliter exponit poeta consternationem illam qua affectus est posteaquam iussit eū Cæsar in exiliū abire: quidq; ea nocte ēt egerit quæ fuit illi ī urbe nouissima declarat: Miserabilius deinde Vxoris & domesticorū lachrymas describit: Demū dicit se cœpisse nauigare: & in Ionio mari sæuissimā tēpestatē coortā: qua territi ēt nautæ salutē desperabāt. Qum subit. Qum ī mētē uenit. Supremū tēpus. Ea enim nocte sola mihi licebat in urbē permanere.

Gutta. Lachrymæ. Finibus extremæ ausoniæ. Fines extremæ ausoniæ partem ultimam Italiæ. Nec spatiū. Nec tempus nec interuallum.

Nec mens. Quia consternati subita aliqua de quid agendum sit ignorant. Parandi. Præparandi mihi necessaria: Ea autem intelligit quæ statim subiūgit. Torpuerant. Sensu caruerant: Alias qum ad corpus refertur significat pigrū eē. Cicero in primo de natura deorum. Deum sic feriatum uolumus cessatione torpere: Et Vergilius Nec torpere graui passus sua regna ueterno. Nō mihi seruorum comites. Ordo est. Cura seruorū nō fuit mihi. & cura legēdi comites nō fuit: & cura uestis & opis aptæ hoc ē exuli cōueniēti nō fuit mihi profugo. Quā q iouis ignibus ictus Viuit. Quā qui tactus fulmine stupet. Scribit enim Plynius Fulmen unū animal hominem nō semp extinguere: cætera illico hunc uidelicet natura tribuente honorē: qum tot beluæ uiribus præstent Oīaq; cōtrarias incubare partes: Homo nisi conuertat in percussas partes nō expirare creditur: Superne icti concidunt: Vigilans ictus cōniuentibus oculis: dormiēs patentibus reperit, aut certe Iouis ignib⁹. i. fulgetris.

Et ē uitæ nescius. Ignorat an uiuat. Hāc aī nubē. Hāc cōsternationē. Cōualuere. Cœperūt rescipiscere. Qui modo de multis. Vnus aut duo fidi mihi ī amicitia pmānerāt: Reliq uero hac mea calamitate mutati sunt. Vnde ipse alibi ita canit. Tempore fœlici multos numerabis amicos Tempora si fuerint nubila solus eris. Imbre, Lachrymis. Nata. Filia perilla. quæ uirum in africam secuta fuerat.

Torpere

Fulmēnō semp hominem nēcat

Immo ita si scitis: si me meus abstulit error:
Stultaq; mēs nobis: non scelerata fuit.
Quod (licet e minimis) domui si fauim⁹ illi
Si satis augusti publica iussa mihi.
Hoc duce si dixi fœlicia sæcula: pro quo
Cæsare tura pi⁹ cæsaribusq; dedi.
Si fuit hic animus nobis: ita parcite diui:
Si minus: alta cadēs obruat unda caput.
Fallor: an icipiūt grauidæ euanescere nubes
Victaq; mutati frangitur unda maris:
Non casu uos sed sub conditione uocati:
Fallere quos non est hāc mihi fertis opē.
Vm subit illi⁹ tristissima noctis imago
Quæ mihi supremū tēpus i urbe fuit:
Q ūrepeto noctē qua tot' mihi chara reliq
Labitur ex oculis tunc quoq; gutta meis.
Iam ꝓpe lux aderat: qua me discedere cæsar
Finibus extremæ iusserat ausoniæ.
Nec spaciū nec mens fuerat satis apta parādi
Torpuerāt longa pectora nostra mora.
Non mihi seruorū comites nō cura legendi:
Non aptæ profugo uestis opisue fuit.
Non aliter stupui: q̄ qui iouis ignibus ictus
Viuit & est uitæ nescius ipse suæ.
Vt tamē hāc animi nubē dolor ipse remouit
Et tandē sensus conualuere mei
Alloquor extremū mœstos abiturus amicos
Q ui modo de multis unus & alter erat.
Vxor amans flentē flens acrius ipsa tenebat
Imbre per indignas usq; cadente genas:
Nata procul libycis aberat diuersa sub oris:
Nec poterat fati certior esse mei.

in Italiæ extremo Siciliam uersus habitantes adiit: cum quib⁹ pugnauit. Deinde ad Circem peruenit: cuius officio inferna loca lustrauit. Inde Scyllæ & Charybdis superatis periculis ad Aeolum uenit. Inde ad Calypso: a qua Iouis imperio discessit. Sed facto naufragio solus in phæaciam enatans ab Alcinoo rege accipitur: qui eum donauit multis uestibus auro & argento intextis: lebetibus: pateris: multaq; auro & argento. Deinde illum in patriam remisit ea naui: quæ Neptuni indignatione in scopulum uersa est: cui⁹ etiam meminit Plynius.

In Quintam Elegiam Enarratio.

Nec tantum clario lydę dilecta poetæ:
Nec tantum coo battis amata suo:
Pectoribus q̃ tũ tu nr̃is uxor ihæres
Digna minus misero non meliore uiro.
Te mea supposita est ueluti trabe fulta ruina
Si quid adhuc ego sũ muneris omne tui ẽ
Tu facis ut spoliũ nõ sim: nec nuder ab illis
Naufragii tabulas qui petiere mei.
Vtq; rapax stimulãte fame cupiduscq; cruoris
In custoditum captat ouile lupus:
Aut ut edax uultur corpus circũspicit: & qđ
Sub nulla positum cernere possit humo.
Sic mea nescio quis male fidus rebus acerbis
In bona uenturus si paterere: fuit.
Hunc tua p fortes uirtus summouit amicos:
Nulla quibus reddi gratia digna potest
Ergo q̃ misero tam uero teste probaris:
Hic aliquod põdus si modo testis habet.
Nec probitate tua prior ẽ aut hectoris uxor:
Aut comes extincto laodomia uiro:
Tu si mæonium uatem sortita fuisses:
Penelopes esset fama secunda tuæ:
Siue tibi hoc debes nullo pia facta magistro
Cunque noua mores sunt tibi luce dati.
Fœmina seu princeps oẽs tibi culta per annos
Te docet exemplum coniugis esse bonæ.

NEc tantum clario. Vxoris fidem & industriam laudat poeta: q̃ qũ nonnulli auidissime inhiarẽt ei⁹ opes: ipsa ingenio & amicorum præsidio integra omnia seruauerit. Vnde poeta uerecunde tamẽ pollicetur eam fore suis carminibus immortalẽ.

Lyde. Lyde amica fuit Callimachi: quam ardẽtissime amauit: de qua etiã elegias scripsit. Clario poetæ. Callimacho Apollinis uati. Clari⁹. n. Apollo appellatus est a Clario luco. Strabo libro xiiii. ita scribit. Et Colophon ciuitas ionica: & ante eam Apollinis Clarii lucus. Macrobius autor est uates apud Clarium aqua pota effari oracula. Scribit etiam Solinus Colophona ciuitatem nobilem oraculo Clarii Apollinis. Põponi⁹ quoq; ita refert. Ibi lebedos Clariiq; Apollinis fanum: quod Mantho Tyresiæ filia fugiens uictores thebanorum Ephigonos: & Colophon quam Mopsus eiusdem Manthus filius statuit ad promontorium quo sinus clauditur. Ouidius in met. Mihi delphica tellus Et claros & tenedos patareaq; regia seruit. Battis. Battida amauit philetas Cous: ut diximus in ultimo de Remedio amoris. Lyde

Clarius

Battis

Suo coo. Suo philetæ. Minus misero. Fœliciori marito. Te mea supposita ẽ. Ordo talis. Mea ruina est fulta te supposita uelut trabe. Vtq; rapax stimulante fame. Sic etiam Vergilius. Nec lupus insidias explorat ouilia circum. Nec gregibus nocturnus obambulat. Incustoditum. Sine canũ aut pastoris custodia. Aut ut edax uultur. Vultur (auctore Plutarcho) est animal omnium innocentissimum: qum nihil uescatur ex his: quæ serunt homines aut plantãt aut alunt: sed ex cadaueribus sibi escam quærit. Interficit autem nihil nec destruit animantium: Volucribus autem ob affinitatem etiam mortuis abstinet. Videtur autem raro admodũ: eiusq; ẽt pulli inueniri difficile possunt. Vnde nonnulli falso opinati sunt Vulturẽ ab alio quodã orbe huc aduolare. q̃ rarũ sit aial: nec perpetuo quẽadmodũ putãt esse: qđ secundũ naturã est: nec sua spõte: sed diuino aliquo impulsu appareat. De Vulture Aristoteles libro. vi. ita scribit. Vultur nidificat in excelsissimis rupibus. Vnde fit ut raro nidus & pulli uulturis cernantur. Quo circa Herodotus Brysonis rhetoris pater Vultures ex diuerso orbe nobis incognito aduolare putauit argumẽto q̃ Vulturis nemo nidũ uidisset: & q̃ multi exercitũ sequẽtes repẽte appareant. Sed q̃q̃ difficile nidũ eius alitis uideris: tñ uisus aliq̃ est. Vultures oua bina pariunt. Plynius tñ scribit Vmbritium haruspicum suo æuo peritissimum tradere Vultures parere oua. iii. unumq; ex his reliqua oua nidumq; lustrare: mox abiicere. Triduo ante aut biduo uolare eos ubi cadauera futura sunt.

Sub nulla humo. Nondum humatum. Rebus acerbis. Huic meo exilio. In mea bona. In meas fortunas. Si modo hic habet aliquod pondus. Si modo huic. hoc est tibi uxori fides aliqua adhibẽda.

Si modo testis. Subaudi habet pondus: quasi dicat: si testibus credendum est. Hectoris uxor. Andromache quæ maritum Hectora ardẽtissime amauit. Aut comes extincto. Laodomiam dicit: de qua abũ de scripsimus in tertio de arte amandi. Extincto uiro. Occiso Protesilao. Mæonium uatem. Homerum intellige. Esset secunda tuæ. Esset fama tua prior: Penelopes uero secunda. Siue tibi hoc debes. Seu natura ipsa docuit te marito fidem seruare. Mores. Sanctissima instituta. Cum noua luce. Cum die natali. Fœmina seu princeps. Seu Liuiam quam præcipua fide coluisti imitata es.

Assimilem. Similis consuetudinis. Assimulare. Cõparare. Sane a Similis nomine (autore Diomede) Simulo per u dixerunt ueteres. Similo enim non dicimus: sed similis est. Cicero de re. p. Quasi alius assimulare rem. p. Et Vergili⁹. Formã assimulata camerti. Inter heroidas. Inter claras mulieres. Bonis tui animi. Tua uirtute. Est enim uirtus (Vt docet Cicero) Animi habitus naturæ modo. atque ratiõi consentaneus. cuius partes sunt quattuor. Prudentia. Iustitia. Fortitudo. & Temperantia. Præconia nostra. Nostra carmina & laudes.

Simulo
Assimulo
Virtus

In Sextam Elegiam Enarratio.

SI quis habes nostri. Amicũ admonet poeta: ut gẽma faciẽ suam insculptã intuens eius exilii recordetur: dematq; illi coronã ex hedera Siquidẽ huiusmodi insignia cõueniunt fœlicibus poetis: mandat tñ ut sculptæ imaginis loco legat opus met. in. xv. libellos digestũ: quos q̃uis ipe in exiliũ profiscens in ignem coniecerit. tamen eosdem pluribus exẽplis cõscriptos extare itelligit. Postremo sex uersus mandat conscribi in prima libelli fronte: quo lector admoneatur illud opus inemẽdatum subita eius consternatione circũferri. Vultus similes nostri. Faciẽ meæ similẽ. Similitudines. n. ex mẽbris alicuius expressis Iconas uocãt ut Plyni⁹ docet. In imagine. In effigie gẽma insculpta. Gẽmarum aũt & annulorum origines Fabulæ primordium a rupe Caucasea tradunt Promethei uiculorum iterpretatiõe fatali: primumq; saxi fragmentum iclusum ferro ac digito circundatũ hoc fuisse annulum: & hoc gẽmma autore Plynio libro. xxxvii. Hedera. Ex hedera enim poetæ elegi coronabantur. sicut ex quercu heroici: Propertius. Ennius hirsuta cingat sua dicta corona. Mi folia ex hedera porrige bacche tua. Hedera aũt cuius semen ẽ crocatũ. i. rutilũ poetas coronari Plynius docet. Idẽ scribit Smilacẽ. i. hederã ciliciã eẽ infaustã oĩbus coronis: & sacris qm̃ sit lugubris uirgine ei⁹ noĩs pp amorẽ iuuenis croci mutatã ĩ hũc fruticẽ: q d' uulgus ignorãs plerũq; festa sua poluit hederã existimãdo: sicut ĩ poetis aut libero patre aut Sileno: q oĩo nescit qb⁹ coronẽt. q aũt Smilax puella ĩ hederã mutata sit: quæ florẽ facit candidũ olẽtẽ liliũ Docet ẽt Ouidius ĩ met. eo uersu. Et crocõ ĩ paruos uersũ cũ smilace flores De Hedera plura legito apd Ply. li. xvi. & Theophrastũ libro tertio ac etiam Dioscoridẽ: Hederã autem ab Osiride repertã scribit Diodorus: quã ei consacrarunt: quemadmodum & Dionysio græci. Lingua uero Aegyptia Hederam osiridis plantam uocant. Bacchica serta. Coronas hederæ: quæ est baccho sacra. Est autem appositio figura. Ista signa. Serta ex hedera. Temporibus meis. Mea hac tempestate qua exulo. Dissimula. Finge hæc non dici tibi. ne Augustum lædas. Sentis tamen optime. Intelligis tamen optime amice me tibi hæc dicere: ẽ aũtem parenthesis figura. Qui me ferq; referq;. Qui fers & represẽtas: aut qui fers & extrahis ãnulum: in quo est gẽma habens uultus meos insculptos. Relegati. Amici exulis. Grata tua est pietas. Hoc quod facis quo pietatem prætefers est mihi admodum gratum. Sed carmina maior imago Sunt mea. Carminibus me magis poteris intueri: q̃ ulla sculptura. Carmina mutatas. Opus Met. ideſt trãsmutationis itelligit. Infœlix fuga. Infœlix exiliũ. Rupit. Intermisit. nõ. n. poeta opus illud potuit cor rigere: ut dixim⁹. Meoꝝ. Opeꝝ meorũ. Vtq; cremasse suum. Fabulã in ultio enarrationũ nr̃arũ ĩ Ouidiũ de remedio amoris abunde scripsim⁹. Sub stipite. Sub torre. ĩ quo Meleagri fata erãt. Thestias. Althea Thestii filia. Thesti⁹. n. (ut ĩ. x. scribit Strabo) Pleuroniã tenuit: q Curetũ ductor. Socer qdẽ fuit Oenei: Altheæ uero pater. Et melior matre fuisse soror. Althea meliorẽ se & fratꝝ a Meleagro iteremptoꝝ amãtiorẽ oĩdit q̃ filii. Sic & ĩ. viii. met. Pugnat materq; sororq;. Et diuersa trahũt unũ duo noĩa pectus. Et paulopost. Incipit eẽ tũ melior germana parẽte: In supiori carmĩe exponẽdo quidam delirant.

Gẽmarũ & annulorũ origo

Hedera
Crocatũ
Smilax & crocus in flores

Thestias
Althea
Ouidii met. locus

Assimilemq; sui longa assuetudine fecit:
Grandia si paruis assimilare licet.
Hei mihi ñ magnas q; hñt mea carmia uires
Nostraq; sunt meritis ora minora tuis.
Si quid & in nobis uiui fuit ante uigoris
Extinctum longis excidit omne malis.
Prima locũ sanctas heroidas inter haberes:
Prima bonis animi conspicererẽ tui.
Quantũcunq; tñ præconia nostra ualebunt:
Carminibus uiues tempus in omne meis.
Iqs habes nr̃i similes ĩ imagie uultus:
Deme meis hedras bacchica serta cõis
Ista decent lætos foelicia signa poetas.
Temporibus non est apta corona meis.
Hæc tibi dissimula (sentis tñ optime) dici
In digito qui me ferq; referq; tuo.
Effigiemq; meã fuluo complexus in auro
Chara relegati quæ potes orã uides.
Quæ quotiẽs spectas: subeat tibi dicer̃ forsã.
Quã procul a nobis naso sodalis abest.
Grata tua ẽ pietas: sed carmina maior imago
Sunt mea quæ mando qualiacunq; legas.
Carmina mutatas hominum dicentia formas
Infoelix domini quod fuga rupit opus.
Hæc ego discedens sicut bona multa meorũ
Ipse mea posui moestus in igne manu.
Vtq; cremasse suũ fertur sub stipite natum
Thestias: & melior matre fuisse soror:

Natæ: filiæ pillæ. Ponere sensus. Ne sentiret tãtos dolores mei exilii, quã rẽ sola mors præstat. Et absentem subleuet. Et opẽ ferat mihi absenti. Tingitur oceano. Idest occidit. ostendit Arctophylacis occasu se in Ionio cœpisse nauigare: Oritur aũt Bootes. iii. idus februarias ut docet Ouidius in fastis. Arctophylax aũt interpretatur Vrsæ custos. Idẽ ẽt appellatur bootes. Manlius. A tergo nitet arctophylax. idẽq; bootes. Et Cicero de natura deor. Arati uersũ ita refert Arctophylax uulgo qui dicit eẽ bootes q; quasi temone adiunctũ præ se quatit arcton. Dicit ẽt Arcturus ut docet Lactantius grãmaticus. Seruius tñ scribit arcturũ ꝓprie eẽ stellã in signo bootæ: cui⁹ ortus & occasus tẽpestates grauissimas facit: quã rẽ hic Ouidius uidetur designare. Bootes ãt non oritur. aut occidit ut alia signa. Sed qũ plaustro ꝓximus sit: q d' uertit circa cardinẽ: ĩ ipsa uertigine uidet occidere: & qũ se eleuat oriri: Huius manũ siniſtrã (autore Higyno) circulus arctic⁹ includit: ut neq; occidere neq; oriri uideat. Ipse. n. posit⁹ ab arctico circulo ad æstiuũ definit ĩclinatus in lõgitudinẽ dextro pede æstiuo circulo nix⁹ Huius humeros & pectus a reliquo corpore diuidit circulus: qui per utroſq; polos transiens tangit arietẽ & chelas: Hic quidẽ cum Tauro Geminis & Cancro & Leone occidit. Ideo sero occidere dicit: q; magis erectus a pedib⁹ peruenit ad terrã At exoriens citius q̃ chelæ uidet. Vñ a poetis mõ tardus modo piger appellat: Hui⁹ enim occasus quattuor signor Zodiaci tempus absumit ut diximus: Fuit aũt Bootes filius Iouis & Calistus lycaonis: q cum matrẽ ira iunonis in ursam mutatã inscius uellet occidere a Ioue cũ matre inter sydera collocatus ẽ: q eã Arcton: filium uero Arctophylaca noĩauit: Fabulã habes apud Ouidium ĩ Met. & Higynum. q de hac re uarias etiã opiniones refert. Erymanthidos ursæ. Calistus arcadiæ in ursam mutatæ: Erymanthis. n. dicit a mõte in finibus arcadiæ Erymãtho. Turbat aq̃s æquoreas. tẽpestatẽ inducit. Pictos deos. Deos pictos intelligit in ipsa puppi de more: Vergilius Et aurato fulgebat apolline puppis. Pinea texta. Aut nauiũ latera. Sic superius. Nec leuius latex tabulæ feriunt ab undis: aut certe trabes illas q̃b⁹ tabulæ nauis affixæ sunt. Aggemit. Videt mea causa gemere. Timorem gelidum. Timorẽ qui frigidos hoĩes reddit. Vtq; parex ualidis. Quẽadmodum inqt q nõ potest infrenẽ eq̃um regere habenas dimittit. sic nauta uela reliqt quæ regere ñ poterat. Mutatas auras. Vẽtos priores mutatos. Ná scis uẽtis aliquot dies nauigauerat Roma usq; ĩ Ioniũ: ubi postea bootæ occasu coorta tẽpestate uẽtis cõtrariis referebat in Italiã. ita. n. itelligẽdũ ẽ: Nam eodẽ die nõ potuit Roma ĩ Ioniũ puenire: nisi forte accipim⁹ illũ brundusio nõ roma occasu bootæ nauigare cœpisse. Ná ꝓcul illyricis. Hinc põt ĩtelligi nõ de mari thusco q̃d ẽt Ioniũ appellatũ diximus itelligẽdũ eẽ: ut qdã falso existimarunt: sed de magno pp Illyriã quã Ouidi⁹ ĩ põtũ nauigãs a leua habuit: sed mutatis uẽtis ea a dextra: a frõte italia sita erat ad quã ui tẽpestatis ferri uidebat: Sane Illyrios græci eos existimãt q supra Macedõiã & thraciã a Chaonis & Thesprotis ad fluuiũ Istrex sedes hñt. hæc n. toti⁹ puinciæ lõgitudo ẽ. Amplitudo. n. ex Macedonia & Thraciæ mõtib⁹ ad peones usq; & Ionium mare alpiũq; obiecta ꝓtẽdit: q̃ diex qnq; itinerationẽ cõtinẽt. Lõgitudo ĩ triplo ꝓductior ẽ ut græci phibẽt: Romãi eã regionẽ mẽsuræ subiiciẽtes lõgitudinẽ sex miliũ stadiox: latitudinẽ mille & ducẽtox numero cõtineri putãt Asserũtq; ei⁹ ꝓuĩciæ cognomẽ ab illyrio poliphemi ortũ habuisse. poliphemo qp pe cidopi ac Galatheæ Celtũ & illyriũ & Galathũ filios extitisse eosq; ex Sicilia ꝓgressos Celtis & illyriis & Galathis ab ipis cognoñ assumẽtib⁹ ipitasse: Romãi uero ñ hos dũtaxat. sz peones ultra eos nec ñ Retios Noricos & Mysios q Europã ĩcolũt & quoscũq; alios his finitimos q istrx a dextra nauigãtib⁹ se se offerũt uicissiz ut Helines a græcis distĩgũt eosq; ꝓpriis appellatõib⁹ sepatim noĩant: Cætex cõi uocabulo illyrios oẽs arbitrãt: Qua opione a pricipio ducti neutiq; adhuc ĩ ea psistẽtes finẽ eax iuenẽ nationũ: sz ab Istri ortu usq; ad mare põticũ q̃d sub tributo optinẽt illyrici fines eẽ uoluerũt. Læua de parte Mare. n. ꝓ liguriã ẽlabẽs uñ italia iã ĩcipit oriri & Ausoniæ gẽtes ciuitates illi⁹ pmistas illidit: q̃ maxie ad

Bootæ ortus & occasus

Arctophylax.

Bootes

Arcturus

Bootes tardus

Illyrii

Nec gemuisse minus; q̃ si natæue meumue
Vidisset structos corpus habere rogos.
Et uoluisse mori moriendo ponere sensus:
Respectuque tamẽ nõ periisse mei.
Viuat: & absentem quoniã sic fata tulerũt
Viuat; & auxilio subleuet usq; suo.
Tingitur oceano custos erimanthidos ursæ:
Aequoreasq; suo sidere turbat aquas.
Nos tamen ioniũ nostra non findim⁹ æquor
Sponte; sed audaces cogimur esse metu.
Me miserum: quãtis nigrescũt æquora uẽtis
Erutaq; eximis feruet harena fretis.
Monte nec inferior proræ puppiq; recuruæ
Insilit; & pictos uerberat unda deos.
Pinea texta sonãt; pulsi stridore rudẽtes:
Aggemit & nostris ipsa carina malis.
Nauita confessus gelidum pallore timorem
Iam sequit⁹ uictus: nõ regit arte ratẽ.
Vtq; parũ ualidus nõ proficientia rector
Ceruicis rigidæ frena remittit equo:
Sic nõ quo uoluit; sed quo rapit ipet⁹ undæ
Aurigam uideo uela dedisse rati.
Quod nisi mutatas emiserit æolus auras:
In loca iam nobis nõ adeunda ferar.
Nam procul illyricis leua de parte relictis

Ligusticũ mare. Sardoum mare Tyrrhenũ mare Siculum mare Adriaticum mare Ionium mare

boreã ſpectant. atq; inde etiã ligusticũ a liguria ipſa quã lambit uocitaẽ: prorũpitq; inde ſtatim ad leucopetram uſq; quæ ẽ regione poſita ſiculo alluiẽ freto: Tũ uero ad cyrnũ quæ Corſica ẽ atq; inde ad Sardiniã influctuans. ab ea ſtatim Sardoum appellaẽ: Deinde uero ad auſtrũ uerſus tyrrheniã radens Tyrrhenũ uocaẽ: Sed qum poſtea incurueẽ ad orientẽ ſolẽ & Siciliã circũferiat iniectã freto Siculum diciẽ: tranſfuſumq; deinde pachynũ montẽ ad cretã uſq; perrũpit: Tũ uero qum ad Iapigyã uſq; declinet atq; inde ad boreã uerſus dilatet ſeſe adriatici cõfeſtim nomẽ adoriẽ: at rurſus ad heſperiã citeriorẽ cõflexus Ioniũ efficit mare: in quo Ouidium tẽpeſtas deprehendit: Ex eo aũt mari geminæ e conſpectu regiones poſitæ ſtatim aperiunẽ: quarũ altera quæ ingredientibus ad dextram ẽ ſita Illyrica diciẽ: Altera uero quæ ad ſiniſtram conſpicitur ipſa eſt Auſonia quæ quidẽ qum & ipſa ſit tanq̃ ingens quidam Iſthmus extenſa per continentẽ triplici prope occludiẽ mari Tyrrheno ſcilicet & Siculo atq; hoc quod nuper diximus Adriatico: quorum unum quodq; a ſuo uẽto depoſcit motũ: ut qui ad alienas mercanẽ regiones: tuto poſſint e portu euadere: Nam Tyrrhenũ Zephyrũ depoſcit: Siculũ uero agiẽ noto. & Adriaticũ Euro: Dionyſius autor. Iouẽ. Auguſtũ. Si modo qui periit. Si modo ego tanq̃ mortuus relegatus ad Sarmatas

Poteſt nõ periiſſe. Poſſũ facere quin interierim.

In Quartam Elegiam Enarratio.

Mihi poſt ullos. Amici fidẽ laudat poeta: q̃ẽt in aduerſis eũ nũq̃ deſeruerit quã rẽ raros admodũ ex tam multis fateẽ ſibi p̃ſtitiſſe: ſimul eũ hortaẽ ut in priſtino amore p̃ſtat nec Auguſtũ timeat: ſi quidem tali eum amor̃ delectari poſſe argumentis comprobat: Demum fatetur ſe plura mala Vlyſſẽ perpeſſum fuiſſe in ei⁹ exilio. illẽ enim q̃nq̃ ĩ patriã rediit: ſibi uero nullã relictã eẽ ſpem reditus dicit. ni fortaſſe Auguſti ira lenita fuerit. Poſt ullos ſodales. Poſt aliquot amicos. q̃ſi dicat añ alios oẽs. Sors mea Meũ infortuniũ. Suſtinuiſſe. Cõſolatũ fuiſſe.

Poſitis ꝓ noĩe ſignis. Vereẽ poeta amici nomẽ exprimer̃ ꝓpter Auguſtũ. Officium nec te. Scis enim te mihi officiũ præſtitiſſe ne me occiderem quo potes cognoſcere te a me in præſentia ſignificari. Longa die. Longo tempore. Opis nullius. Nullius auxilio. Hæc nauis. Hæc mea fortuna. Vento amico: Fauore & fœlicitate. Iſta fides. Tuus in me amor. Theſea pirithous.

Interdicta mihi cernitur Italia.
Deſinat in uetitas quæſo contendere terras
Et mecum magno pareat unda deo.
Dum loquor: & cupio pariter timeoq; repelli
Increpuit quantis uiribus unda latus.
Parcite cærulei uos ſaltem numina pontí:
Infeſtumq; mihi ſit ſatis eſſe iouem.
Vos animam ſæuæ feſſam ſubducite mortí:
Si modo qui periit non periiſſe poteſt.
Mihi poſt ullos nũq̃ mẽorãde ſodales
O cui p̃cipue ſors mea uiſa ſua eſt:
Attonitũ q me mẽini cariſſime prim⁹
Auſus es alloquio ſuſtinuiſſe tuo:
Qui mihi conſilium uiuendi mite dediſti:
Quum foret ĩ miſero pector̃ mortis amor.
Scis bene cui dicam poſitis pro nomĩe ſignis:
Officium nec te fallit amice tuum.
Hæc mihi ſemper erũt imis infixa medullis.
Perpetuuſq; animæ debitor huius ero.
Spiritus hic uacuas prius extenuãdus ĩ auras
Ibit: & in tepído deſeret oſſa rogo:
Quam ſubeant animo meritor̃ oblíuia nr̃o:
Et longa pietas excidat iſta die.
Dii tibi ſint faciles: & opis nullius egentẽ
Fortunam præſtẽt diſſimilemq; meæ.
Si tamẽ hæc nauis uento ferreẽ amico:
Ignoraretur forſitan iſta fides.
Theſea pirithous nõ tã ſenſiſſet amicum:

Theſei & pirithoi amicitiã

Amicitiã inter Theſeũ ac pirithoũ hoc tradũt initiũ habuiſſe. Qum rumor theſei fortitudinis uehemẽs eẽt. cupido pirithoũ inceſſit eius rei periculũ facere: Itaq; Theſei boues e Marathone expulit. Qumq; nũciareẽ ſibi illũ cũ armata manu aduẽtare minime fugit: ſed illi obuiã iuit: ubi uero alter̃ alter aſpexit. & formæ dignitatẽ & animi magnitudinẽ admiratus uterq; ẽ. Sed pirithous prior protẽdens manũ iuſſit Theſeum iudicii munus ſuſcipere & de boum expulſione iudicare: Se enim quodcũq; ſupplicium ſtatuiſſet ſubiturum: At Theſeus ſupplicium quidem remiſit illi: & ut ſecum amicitiam ſocietatemq; iniret rogauit: ſic iureiurando amicitiam firmarunt: Sed qum deinde ambo Spartam ueniſſẽt. Helenam in Dianæ templo Chorum quem Orthiam uocant exercentem diripuerunt effugeruntque: Deinde peloponeſum tranſuecti in has leges & conditiones uenerunt: ut cui Helena ſorte eueniret: is uxorem haberet. atque alteri ad aliam comparandam uxorem operam ſuam præſtaret. in hanc pactionem ductis ſortibus Theſeo contigit: Itaq; accepta uirgine: quæ nondum nuptui idonea erat: in Aphidnas detulit. ibique cum matre relinquens Aphidno amico commendauit: Ipſe pirithoo beneficii gratiam referens in epirum ſimulata perigrinatione cum eo una profectus eſt. ut Adonei Moloſſorum regis filiam raperẽt: qui coniugi Cereri nomen indiderat. filiæ uero proſerpinæ ac cani Cerbero: edixerat igitur ut cum hoc certamen inirent hi qui filiam petebant: & qui uictor euaſiſſet acciperet: Sed ubi cognouit pirithoum cum ſociis non ut procos ſed raptores accedere. eos com-

prehendit ac Pirithoum ſtatim per canem interficiendum curauit: Theſeum in carcerē coniectum cuſtodiis aſſeruare iuſſit: hoc habet ueritas autore Plutarcho. Aquas infernas. Fingunt. n. poetæ ad rapiendā ꝓſerpinā inferos adiiſſe Theſeū ac Pirithoū. Vñ Charō apud Vergiliū loqt̄. Nec uero alcidēn me ſū lætat⁹ eūtē Accepiſſe lacu nec theſea pirithoūq;. Diodor⁹ fabulā ſecutus in qnto ita ſcribit. Pirithous Ixionis filius defūcta Hippodamia uxore Hippolyto filio ſupſtite athenas ad Theſeū uenit: cuius uxor Phædra qū defūcta eēt ſuaſit illi Helenæ Iouis ac lædæ raptū. Ea tñ decimū agebat annū cæteras oēs decore ac modeſtia excellēs: Lacedæmonē ꝓfecti capto tpe Helenā cōi conſilio aduexere. Deinceps inter eos ſorte iacta utrius eēt ſpōſa Helena futura ea tñ adiecta cōditiōe: ut is pro quo ſors cecidiſſet: ſocio adiutor ad alterā quærēdā uxorē foret: idq; iure iurādo qū firmaſſent: ſorte Theſeo euenit: qd̄ factū cū ægre ferrēt Atheniēſes timēs Theſe⁹ Helenā in Aphidnā unā ex atticis urbib⁹ deduxit eius cura Aethræ matri multiſq; ex amicis ꝓmiſſa: Pirithous cupiēs Proſerpinā uxorē hre: cōſiliū cum Theſeo cōmunicauit: ueꝝ qū ꝓp impietatē a propoſito eū auertere conaret̄: ubi illū ꝓſeuerātē inq; iuſiurādi uim ad Proſerpinæ raptū ſe adigi uidit: coadiutorē ſe ꝑbuit. Qum ad inferos deſcēdiſſent uterq; ibi captus eſt: Sed poſtmodū in grām Herculis liberato Theſeo: Pirithous apud inferos detētus luit ſempiternas ſuæ impietatis pœnas. Qui dam tñ ſcriptores tradūt ambos rediiſſe ab iferis. Oreſtes Pylades

Vt foret exēplū. Oreſtes poſt matrē interfectā a furiis uexari cœpit: qui accepto oraculo carēdi furoris cā cū amico pylade Strophii phocēſis filio ad colchos ꝓfectus eſt. Tuæ furiæ. Furor tuus quo agitabaris ob matrē interfectā. Vergili⁹. Aut agamēnonius ſcænis agitatus oreſtes Armatā facibus matrē & ſerpētib⁹ atris Qum uidēt: ultriceſq; ſedēt in limine diræ. Oreſte triſtis. Vocādi caſus eſt: facit. n. Oreſte uel Oreſtes: quēadmodū Achille uel Achilles. Si nō eurialus. Euriali & Niſi amor ſatis notus eſt Vergiliano carmine. Scili cet ut fuluū. Quēadmodū auꝝ igni ſic amici fides difficili tpe & in aduerſis rebus ꝓbatur: Auꝝ n. (ut Plyni⁹ docet) quo ſæpius arſit ꝓficit ad bonitatē auriq; experimēto ignis eſt: ut ſimul colore rubeat quo ignis. Primū aūt bonitatis argumētū eſt: q̄ difficilime accēdi. Dū iuuat. Dū fortuna alicui eſt ſecūda. Indelibatas. Illæſas. Intonuit. Cœpit fortuna alicui aduerſari. Fugiūt. Amici ab eo diſcedūt. Cætera fortunæ. Reliqui fortunā ſecuti ſunt. Nō mea turba. Nō mihi fuerūt ueri amici. O pauci. O uos duo tres ue amici: qui ex tot mihi ſupfuiſtis. Rebus læſis. Rebus afflictis. Meo naufragio. Meis malis. Littora tuta. Ociū ſine negocio. Falſo metu. Nō uero metu: qa falſo timetis Auguſtū hac ī re. Ordo aūt ē. Vos nimiū timētes falſo metu. ſ. ne de⁹. i. Auguſt⁹ offendat̄ hac pietate: ne trepidate. Sæpe fidē adꝛſis. Exēplis ꝓbat nō eē ab amicis timēdū Auguſtū. Siqdē ille ēt in ꝓlio eos laudauit: q hoſtib⁹ fidē inuiolatā ꝓſtitere. Eſt aūt argumētū a minori ad mai⁹. In ſuis. In gētibus ſibi ſubiectis. Hāc. ſ. fidē. In hoſte. Si quē ex hoſtib⁹ fidū ſuis cognouit. Simpliciter. Vide quō ubiq; poeta ſe in exiliū eiectū fuiſſe ſcribit īprudētia & ſimplicitate. Inuigiles igit̄. Amicū admonet ut ſtudeat ſibi Auguſtū mitiorē reddere

Aurū igni probatur

Pluſq̄ qd̄ fieri res ſinit. Pluſq̄ res dici poſſit. Credibili. q̄ credi poſſit. Quāuis acciderint. Quāuis ea mala mihi euenerint. Pars ēt q̄dā. Ingeniū intelligit: qd̄ præ nimio dolore neqt dignū aliqd cōponere: uel certe famā deſignat: quā peritura dicit hac exilii nota: uel inter ſcythas nihil cōponēdo. Poſſit tegi. Poſſit cælari pars hæc: q̄ mecū morie⁹. Nā hæc exilii mei nota ēt cælabit̄ ſi ingeniū meū minus notū fuerit, legit̄ ēt poſſet. Me diſſimulāte. Me nō oñdēte ingeniū meū: qd̄ fieri neqt pp poemata iā antea edita:

Si non infernas uiuus adiſſet aquas.
Vt foret exemplum ueri phocæus amoris:
Fecerunt furiæ triſtis oreſte tuæ:
Si non euryalus rutulos cecidiſſet in hoſtes:
Hyrtacidæ niſi gloria nulla foret.
Scilicet ut fuluum ſpectatur in ignibus aurū:
Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides
Dum iuuat & uultu ridet fortuna ſereno.
Indelibatas cuncta ſequuntur opes.
At ſimul intonuit: fugiunt: nec noſcitur ulli
Agminibus comitum qui mō cinct⁹ erat:
Atq; hæc exēplis quondā collecta priorum:
Nūc mihi ſunt ꝓpriis cognita uera malis:
Vix duo tres ue mihi de tot ſupereſtis amici.
Cætera fortunæ non mea turba fuit.
Quo magis o pauci rebus ſuccurrite læſis:
Et date naufragio littora tuta meo.
Neue metu falſo nimium trepidate timentes:
Hac offendatur ne pietate deus.
Sæpe fidem aduerſis etiam laudauit in armis
Inq; ſuis amat hāc cæſar: in hoſte probat.
Cauſa mea eſt melior: quia nō cōtraria foui
Arma: ſed hāc meruí ſimplicitate fugam:
Inuigiles igitur noſtris pro caſibus oro.
Diminui ſi qua numinis ira poteſt:
Scire meos caſus ſi quis deſiderat omnes:
Pluſquam quod fieri res ſinit: ille petit.
Tot mala ſū paſſ⁹: quot æthere ſidera lucēt:
Paruaq; quot ſiccus corpora puluis habet
Multaq; credibili tulimus maiora: ratamq;
Quauuis acciderint non habitura fidem.
Pars etiam quædam mecū moriatur oportet:
Meq; uelim poſſit diſſimulante tegi.

q̄bus meū ingeniū cognoſci potuit: aut pp libros de arte amādi hoc dicit: q̄uos nō edidiſſet: ſi nō fuiſſet clarus in arte poetica. Si uox infragilis. Si uox nō fragilis: ſed dura: & q̄ ſermōe minime poſſet infringi. Cōplecterer oīa. Mala mea oīa poſſem exprimere. Materia. Maloꝝ copiā Materiā appellat. Pro duce neritio. Pro duce Vlyſſe. Eſt aūt Neritus (ut libro. x. docet Strabo) mons frōdoſus in inſula Ithaca: quā tenuit Vlyſſes. De Nerito & Nerycia plura diximꝰ ī Ouidiū de remedio amoris. Neritio nā mala plura tuli. Pluribꝰ malis uexatꝰ fui q̄ Vlyſſes: qđ ita eē ꝓbat. Notū ē āt Vlyſſē decē ānos erraſſe: & eo tpe uarias calamitates accepiſſe. Mēſos. Participiū eſt a Metior uerbo. In ſinus geticos. Getas dacas ēt appellari ſcripſimus ex Plynii ſnīa. Terminantur aūt (ut ſcribit Ptolemæus) ab ortu pōtico mari: & Thracio boſphoro atq; ꝓpōtide & Helleſpōto. Ab Auſtro Aegeo pelago & macedonico. Ab occaſu Pānonia inferiori ac Delmacia. Ab arcto Sarmatia Europæ. De Sarmatia aūt abunde dictū eſt ſupius. Lætus uictorq;. Hoc dicit pp excidiū Ilii. Nō mihi dulichiū domus eſt. Dulichiū inſula eſt ex Echinadibus una: quæ poſtea Dolicha appellata fuit. Iacet aūt ad Oeniadas & ad Acheloi hoſtiū. Fuitque hæc inſula Vlyſſi ſubdita ut docet Strabo. Ithace ue. Ithaca inſula ē: q̄ (autore Strabone) ad ſtadia octoginta in circuitu patet. De qua ita ſcribit Dionyſiꝰ: Corcyræ inſulæ maxime adiacet Neritia Ithacæ tellus optatiſſima: & ipſa Vlyſſis pria cōplures aliæ paſſim cōſpiciunt: quas Achelōꝰ amnis a chalcide fluēs circūperfundit & irrigat: & Plyniꝰ. A zacintho inquit Ithaca. xii. M. paſſuū diſtat: in qua mōs Neritus. Tota uero circuitu patet. xxv. M. paſſuum.

Neritus

Getæ

Dulichiū

Ithacha

Samos Same

Same ue. Samos siue Same inſula eſt: q̄ olim quattuor cōtinebat urbes. ex q̄bus una Samus ſi ue Same dicebat utroq; uſitato uocabulo ipſi ēt inſulæ cōi: eadē Cephalenia appellat autore Strabone. Grādis pœna. Magnꝰ dolor: q̄a ſunt loca nō tātæ celebritatis: quātæ eſt Roma. De ſeptē mōtibus. Sic ēt Vergilius. Septēq; una ſibi muro circūdabit arces. Et Propertiꝰ. Septē urbs alta iugis toto q̄ ꝓſidet orbi. Roma. n. ſeptē colles cōplexa ē ut Plyniꝰ docet Capitolinū. ſ. uel Tarpeiū. Auētinū: Palatinū: Cæliū: Exq̄linū: Viminalē: & Quirinalē. Romulus. n. palatiū. Capitoliū & Quirinalē cōplexus eſt. Ancus Martiꝰ Auētinū & Cæliū: Seruiꝰ Tullus Exquilinū & Viminalē. Eſt āt ordo. Sed Roma locꝰ impii & deoꝝ: quæ circūſpicit totū orbē de ſeptē mōtibus eſt mihi domꝰ.

Cephalēia

Roma locus impii

Locꝰ impii. Sedes impatoꝝ. Vel locus ad impandū idoneus: utpote in medio Italiæ ſitus. Vñ Camillus apud Liuiū ita loq̄t. Nō ſine cā dii hominesq; cōdēdæ locū hūc urbi elegerūt. Saluberrimos colles: flumē opportunū: quo ex mediterraneis locis fruges deuehant: quo maritimi cōmeatus accipiant. Mare uicinū ad cōmoditates: nec expoſitū nimia ꝓpinquitate ad piculū claſſiū externaꝝ regionū. Italiæ mediū ad incrementū urbis natū unice locū. Diſtat aūt Roma a mari p cētū ſtadia autore Appiano. Eſt āt Appoſitio nota figura. Ingeniūq; Et natura: legit (qđ magis placet) ita ēt hoc carmē. Inualidæ uires ingenuæq; mihi. Sæuis agitatus in armis. Vexatus in prælio troiano. Studiis mollibus. Litterato ocio & ab omni ſtrepitu abhorrēti: Vel certe ſtudia poetica ītelligit: q̄. M. Tulliꝰ māſuetiora appellat. Me deꝰ oppreſſit. Aliā rōnē ſubiungit: qua dicit ſe plura mala exptū fuiſſe Vlyſſe. Deū āt Auguſtū accipe. Bellatrix diua. Dea Minerua: quā Vlyſſis comitē fuiſſe diximꝰ: qm̄ ille in rebus oīb⁹ utebat prudētia: cuiꝰ Pallas dea eſt. Tumidis q regnat in undis. Neptunū dicit. Iouis ira. Auguſti odiū. Quæſitos penates. Patriā quā multos ānos errabundus q̄ſiuit. Vlyſſes. n. poſt captū iliū ad cicones Thraciæ populos ꝓuenit: a quibus poſt eoꝝ urbē Iſmaꝝ oppugnatā fugatꝰ ad Lotophagos in africā delatus eſt: Inde ad Ciclopas: Poſtmodū Leſtrigones populos

Vlyſſis errores

Sí uox infragilis: pectus mihi firmius eſſet:
Pluraq; cum linguis pluribus ora forent,
Non tamen iccirco cōplecterer omnia uerbis
Materia uires exuperante meas.
Pro dūce nericio docti mala noſtra poetæ
Scribite: nericio nam mala plura tuli.
Ille breui ſpacio multis errauit in undis,
Inter dulichias iliacaſq; domos.
Non freta ſideribus totis diſtantia menſos
Sors tulit in geticos ſarmaticoſq; ſinus.
Ille habuit fidāq; manum ſocioſq; fideles:
Me profugum comites deſeruere mei.
Ille ſuam lætus patriam uictorq; petebat,
A patria fugio uictus & exul ego.
Nec mihi dulichiū domꝰ ē: ithace ue ſameue:
Pœna quibus non eſt grādis abeſſe locis.
Sed quæ de ſeptem totū circūſpicit orbem
Montibus imperii roma deumq; locus.
Illi corpus erat durum patiensq; laborum:
Inualidæ uires ingenuæq; mihi.
Ille erat aſſidue ſæuis agitatus in armis:
Aſſuetus ſtudiis mollibus ipſe fui.
Me deus oppreſſit nullo mala noſtra leuāte:
Bellatrix illi diua ferebat opem.
Q unq; minor ioue ſit tūidis q regnat in undis
Illum neptuni: me iouis ira premit.
Adde quod illiꝰ pars maxima ficta laborum:
Ponitur in noſtris fabula nulla malis.
Denique quæſitos tetigit tamen ille penates:
Q uæq; diu petiit: contigit arua tamen
At mihi perpetuo patria tellure carendum ē:
Ni fuerit læſi mollior ira dei.

Formaq;. Et ſpecies quædã. Non taciti funeris. Funeris ĩ quo nõ ſunt taciti: ſed magni gemitus: q̃ les in funere alicuius eẽ ſolẽt. Intus erat. Domi meæ erat. Hæc facies. Talis luctus qualis erat domi meæ. Iamq; quieſcebãt. Tempus illud noctis deſcribit, quod Macrobius Conticiniũ appellat: quo & galli conticeſcunt & hoĩes ẽt quieſcunt. Id ẽt Vergilius ita deſcribit. Nox erat & placidũ carpebant feſſa ſoporẽ Corpora per terras. De partibus noctis & diei legito Varronẽ. Cenſorinũ de die Natali. Macrobium in primo Sat. & Seruium. Lunaq;. Lucebat inq̃t luna. Et ad hæc capitolia cernens. Aſpiciens collẽ capitolinũ, cuius nominis originẽ diximus in Ouidiũ de arte amãdi. Iuncta fuere. Fuere cõtigua. Numina uicinis. Iouẽ capitolinũ & cæteros deſignat, qui in Capitolio colebant ut diximus. Vnde Manlius apud Liuiũ ita inq̃t Iupiter optime maxime Iunoq; regina ac Minerua cæteriq; dii deæq; qui Capitoliũ arcẽq; incolitis. In quã. Dico. Eſt. n. inquã inquis inq̃t quarti ordinis uerbũ ut docet Diomedes, q̃uis prima perſona lõge diſſimilis ſit cæteris uerbis. Sũt ẽt quædã uerba: quæ qũ cæterã declinationẽ habẽãt plena; tempore perfecto deficiũt: & ſunt ferehæc, Verro Meto, Furio: Horz uerborz nõ facile reperim⁹ tẽpus perfectũ: & tñ quod ẽ Verro in paſſiua declinatiõe uerſus habet, ut apud Senecã ĩ dialogo de Superſtitione, Verſa tẽpla. Et plautus, Verſa ſparſa. Sunt quædã uerba quæ primã perſonã ueluti Quas Quat. Raro reperim⁹ Quo dictũ. Itẽ furis furit, raro furio inuenit, Faris fatur: raro For inuenitur: Verz in cõpoſitione ut apud Caium reperimus effor: Roras rorat, uix roro: Daris dat raro dor. Clypeũ. Deorz præſidium Clypeuz appellat: Clypeos aũt quidã dictos putant q; clepant. i. celẽt corpus periculiſq; ſubducãt: Quidã uero a cluẽdo: Cluere. n. antiqui pugnare dicebãt ut Plynius docet: Vñ Venus Cluacina appellata fuit: Plynius uero libro. xxxv. a γλύφω quod eſt ſculpo: quaſi γλύπτος hoc eſt ſculptus deriuatum putat: Eius uerba hæc ſunt: Scutis enim qualibus apud troiã pugnatũ ẽ: cõtinebant imagines: Vnde & nomẽ habuere clypeorz nõ ut per uerſa grãmaticorz ſubtilitas uoluit a cluẽdo: Corrigendus eſt Plynii locus: ubi a lucendo ſcriptum eſt qum a cluendo legendum ſit: Illud notanduz Clypeũ gñe neutro proferri: quod docet pollio in Claudii uita his uerbis: Illi Clypeus aureus uel (ut grammatici loqũtur) clypeum aureum ſenatus totius iudicio in Romana curia collocatum eſt: Plynius tamen ſemper uirili genere protulit.

Cõticiniũ

Inquã uerbum

Clypeus Cluere Cluacina uenus

Plynii locus.

Clypeum genere neutro

Attamen hanc odiis. Facite ut diſcedam abſq; Auguſti odio. hoc eſt ne me ille odio proſequatur poſteaquã diſceſſero. Cœleſti uiro: Auguſto qui & uiuus & mortuus diuinos meruit honores. Quis error. Qualis error & imprudentia Pro culpa. Pro errore. Vt quod ſentitis. Cauſam aſſignat cur uelit a diis dici Auguſto poetam peccaſſe per imprudentiã. Quod ſentitis. Quod intelligitis ſcilicet me per imprudentiam erraſſe.

Quocũq; aſpiceres luct⁹ gemituſq; ſonabãt
Formaq; nõ taciti funeris intus erat.
Fœia uirq; meo pueri quoq; funere mœrẽt.
Inque domo lachrymas angulus oĩs hẽt.
Sí licet exẽplis in paruis grandibus uti:
Hæc facies troiæ qum caperetur erat.
Iamque qeſcebãt uoces hoiumq; canũq;
Lunaque nocturnos alta regebat equos:
Hãc ego ſuſpiciẽs: & ad hæc capitolia cernẽs
Quæ noſtro fruſtra iuncta fuere lari:
Numina uicinis habitãtia ſedibus inquam:
Iamq; oculis nunq̃ templa uidenda meis:
Díiq; relinquendí quos urbs habet alta qríni
Eſte ſalutatí tempus in omne míhi.
Et quãq̃ ſero clypeũ poſt uulnera ſumo.
Attamen hanc odíis exonerate fugam.
Cæleſtíque uíro q̃s me deceperit error
Dícite. pro culpa ne ſcelus eſſe putet.
Vt quod ſentitis pœnæ quoq; ſentiat auctor:
Placato poſſum nõ miſer eſſe deo.
Hac prece adoraui ſupos ego: plurib⁹ uxor:
Síngultu medíos ímpediẽte ſonos.
Illa etiã ante lares ſparſís proſtrata capillís
Contígit extructos ore tremẽte focos:
Multaq; ín aduerſos effudít uerba penates
Pro deplorato non ualítura uíro.
Iamq; moræ ſpaciũ nox præcípitata negabat
Verſaq; ab axe ſuo parrhaſis arctos erat.
Quíd facerẽ? blãdo patriæ rtinebar amore:
Vltíma ſed iuſſæ nox erat ílla fugæ.
Ah quotiẽs alíquo díxi ꝓperante: qd urges?
Vel quo feſtínas íre uel unde. uíde:
Ah quotíens certã me ſum mentítus habere
Horam: propoſitæ quæ foret apta uiæ.
Ter límen tetígi, ter ſum reuocat⁹: & ípſe

Autor pœnæ. Auguſtus mei autor exilii. Placato poſſum. Poſſum eſſe non miſer. Placato deo. Hoc eſt Auguſto lenito. Adoraui ſuperos. Precatus ſum deos. Medios ſonos. Media & imperfecta uerba. Verſaq; ab axe ſuo. Auroram deſignat, qua paluſtrum cœleſte in orientem uertitur. Sic lucan⁹ Sed nocte ſopora Parrhaſis obliquos elice qum uerteret axes. Erat uerſa. In orientem ſpectabat. Ab axe ſuo. Ab eius rotis. Arctos. Vrſa maior: quæ Arctos græce latine Vrſa appellatur ut docet Higyn⁹ Parrhaſis, Arcadica ab oppido appellata. Fuit enim Caliſto filia lycaonis regis arcadiæ.

Arctos

Pes indulgẽs aĩo. Pes nolẽs discẽdere ut mihi morẽ gereret. Tardus erat. Erat lẽtus ad discẽdendum
Meq; ipe fefelli. Oñdebã. n. nõ dedisse ea mãdata q̃ dederã: aut certe dicit. ignorabã me sæpi⁹ eadẽ mã
Sarmatia data meis dedisse. Pignora chara. Vxorẽ & domesticos oẽs. Scythia ẽ quo mittimur inq̃. Sarmatia
Scythia .n. ĩ Scythia ẽ: qđ Plvni⁹ docet his uerbis. Ab eo in plenũ qdẽ oẽs scythaꝫ sunt gẽtes. Variæ tñ littori
appositæ tenuere. Alias Getæ Daci a romãis dicti. Alias Sarmatæ a græcis Sauromatæ. De Scythia He-
rodot⁹ libro. iiii. ita scribit. Itaq; Scythiæ ueluti famæ q̃dratæ duæ ptes q̃ ad mare ptingũt: Altera ad Me
diterranea fert: Altera maritima usq; quaq; sũt pa
res. Ná ab Istro ad Borysthenẽ. x. dieꝫ ẽ iter. Tã
tũdem a Borysthene ad Meotidẽ paludẽ: A mari
mediterranea uersus usq; ad melanclænos. xx. die
rũ iter: Supputãtur ãt a me ĩ singulos dies itineris
ducena stadia. Ita trãsuersa scythiæ erũt q̃ttuor mi
lia stadioꝫ recta: Quæ ad Mediterranea ferũt to-
tidẽ stadiorum. Tãtæ ẽ hæc terra magnitudinis.
Vtraq; iuxta mora est. Ne in scythiam. s. ꝓpe-
rẽ aut romã reliquã. Dulcia mẽbra. Amicos do
mesticos seruos. aut ẽt diuitias. hæc. n. oĩa sũt mẽ
bra domus. Thesea fide. Amor fido qualis fuit
thesei ĩ pirithoũ: Ouidius libro. iii. fastoꝫ. Proti
nus aspicies ueniẽti nocte coronã Gnosida: the-
seo crimine facta dea ẽ. In lucro ẽ quæ datꝰ ho-
ra mihi. Videor nũc tẽpus illud lucrari. quo uo-
biscũ moror: nã fortasse nõ amplius licebit. Pro
xima meo aĩo. Mihi carissima. Grauis nobis.
Quod ea diẽ duceret. Lucifer. Phosphorus lu-
cẽ ferens: De qua stella Cicero libro. ii. de Natura
Veneris stella Phosphoros Lucifer Hesperos deoꝫ ita scribit: Infima ẽ quinq; errãtiũ terræque
ꝓxima stella Veneris: quæ phosphoros græce lu
cifer latine dicitꝰ quum antegreditꝰ solẽ. Quum sub-
sequitur autem Hesperos: Ea anno cursum confi-
cit & latitudinem lustrans signiferi orbis & longi
tudinem: quod idem faciunt stellæ superiores: ne
que a sole unq̃ duorum signorum interuallo lon
gius discedit tum antecedens tum subsequẽs. In
contraria. In loca aduersa ipsi equo. Erant enim
troiani græcorum hostes: Vel in contraria scilicet
studia & laocoonti aduersa. ut ad Vergilianum il
lud alludat. Scinditur incertum studia in contra-
ria uulgus. Versus. Vel tractꝰ. Vergilius. Quip
pe ferunt rapidi secum uerrantque per auras: Vel
uersus in contraria. ideſt mutatus in contraria:
Sinoni enim crediderant troiani. Si equs ille in
urbem tractus fuisset. Vltro asiam magno pelope
ia ad mœnia belloꝰ uenturam: Sed res in contra-
ria cessit: nam eo equo captum est ilium. Equs
proditionis. Equs ligneus. qui prodidit troianos
græcis: ut docet Vergilius. Habuit ultores. Ha-
buit græcos latentes in eius cauernis. Vltima
tellus. Septentrionalis regio. Vixque dedit ui-
ctas. Quum ostendissem aduentum eius fore mi-
hi inutilem difficile mihi cessit: Dare enim ma-
nus uictas est se uictum fateri: Vel manus ui-
ctas illam uix dedisse dicit: ut intelligas eam uix
uoluisse illum amplecti ac dextram discedẽti por
rigere: q̃m statuisset secum nauigare. Siue il-
lud erat sine funere ferri. Siue meꝰ ille discessꝰ erat
potiꝰ elatio q̃dã uiui hoĩs citra ullã mortẽ & funꝰ
Efferri. n. (ut docet Donatꝰ) dicunt ꝓprie cada-
uera qũ ad sepulturã portant. Ferri. Efferri. por
tari ad sepulturã. Per ora hirta. Per faciẽ barbatã

Indulgens ánimo pes mihí tardus erat
Sæpe uale dícto rursus ſum multa lócutus:
Et quaſí diſcedens oſcula ſumma dedi.
Sæpe eadem mandata dedí: meque ipſe fefellí
Reſpiciens oculís pignora chara meís.
Deniq; quo ꝓpo ſcythia ẽ quo míttimur ínq̃
Roma relinquẽda ẽ utraq; iuxta mora ẽ.
Vxor in æternum uiuo mihí uiua negat̃:
Et domus & fidæ dulcia mẽbra domus.
Q uoſq; ego dilexí fraterno more ſodales:
O mihi theſea pectora iuncta fide.
Dum licet amplectar: nunq̃ fortaſſe licebít
Amplíus: in lucro ẽ quæ datur hora míhí.
Nec mora ſermõis uerba imperfecta relíquo
Amplectens animo proxima quæq; meo.
Dum loquor & flemus: cœlo nítidiſſimꝰ alto
Stella grauís nobis lucifer ortus erat.
Díuidor haud alíter: q̃ ſi mea mẽbra relinquã
Et pars abrumpí corpore viſa meo eſt.
Sic doluit príamus tunc qũ in cõtraría uerſꝰ
Vultores habuít proditionís equus:
Tunc uero exoritur clamor gemituſq; meoꝝ
Et feriunt mœſtæ pectora nuda manus.
Tũc uero cõiunx humerís abeũtís inherens
Míſcuit hæc lachrymís triſtia dícta ſuís.
Nõ potes auellí ſimul hinc ſimul ibimus inqt
Te ſequar: & coniunx exulís exul ero.
Et míhí facta uía eſt: & me capít ultima tellus
Accedam profugæ ſarcína parua rati.
Te iubet a patría diſcedere cæſarís ira:
Me pietas: pietas hæc mihí cæſar erit.
Talía tentabat: ſicut tentauerat ante:
Vixque dedit uictas utilitate manus.
Egredior. ſiue illud erat ſine funere ferrí
Squallidus immiſſis hirta per ora cómís:
Illa dolore mei tenebrís narratur abortís
Semianimís media procubuiſſe domo.
Vtque reſurrexit fœdatís puluere turpí
Crinibus: & gelida mẽbra leuauit humo:
Se modo deſertos modo deploraſſe penates:
Nomen & ademptí ſæpe uocaſſe uirí.

Viscera nra. Nros liberos quasi nostras carnes: Ingenii enim opera elegantissime a poetis liberi appellantur. Rapidis rogis. Flammæ oia rapienti. Perosus erã. Odio prosequebar: Sane odi (autore Diomede) uerbũ est corruptũ: Accipitur. n. pro instanti & perfecto. Nonnulli distinguendi tẽporis gratia perfecto declinãt Exosus & posus: similiter & plusq perfectũ: Similiter. n. ex eodẽ hoꝝ tẽpoꝝ est declinatio. Imperatiuũ non habet quasi futuri: nec futurũ infinitiuũ: nec pticipiũ: Idem uerbũ in significatione passiua aliter formari non potest: nisi dicas odio sum illi. Odi

Sic ego nõ meritos mecum peritura libellos
Imposui rapidis uiscera nostra rogis.
Vel qd eram musas ut carmia nostra posus.
Vel qd adhuc crescẽs & rude carmẽ erat.
Quæ qm̃ non sunt penitus sublata: sed extãt
Pluribus exemplis scripta fuisse reor.
Nunc precor ut uiuant: & non ignaua legẽtẽ
Ocia delectent: admoneantq; mei.
Non tñ illa legi poterunt patienter ab ullo:
Nesciat his summã si quis abesse manũ:
Ablatum mediis opus est incudibus illud
Defuit & scriptis ultima lima meis.
Et ueniam pro laude peto: laudatus abunde
Non fastiditus si tibi lector ero.
Hos quoq; sex uersus in pria fronte libelli:
Si præponendos esse putabis: habe.
Orba parente suo quicunq; uolumina tãgis:
His saltem uestra detur in urbe locus.
Quoq; magis faueas. ñ hæc sũt edita ab illo:
Sed quasi de domini funere rapta sui.
Quicqd in his igit uitiũ rude carmẽ habebit:
Emendaturus: si licuisset: eram.

Vel q adhuc crescens. Aliam rõnem addit: cur opus met. igni cremauerit. Et rude. Et inemẽdatũ. Penitus sublata. Prorsus adẽpta. Pluribus exemplis. Arbitror plura uolumina excripta fuisse ex meo exẽplari. Nõ ignaua ocia. Ocia litteraꝝ & scriptorũ meoꝝ nõ ignauiã pse ferentia. Eleganter aũt studium litteraꝝ ociũ appellamus. Delectent legentem. Delectent opus met. legentẽ. Admoneantq; mei. Vel meæ eruditionis: uel exilii admoneãt. Sũmam manũ. Vltimã finem. Mediis incudibus. Nondũ absoluto opere. Est a fabris ferrariis sũpta metapho ra: Incude. n. media opus ablatũ dicit, qum pars perfecta, pars nõ absoluta relinquit. Et ueniã p laude peto. Nõ peto ex huiusmõi ope laudẽ, q sperãda erat: sed ut mihi tantũ ignoscas. Laudatus ero abunde. Satis mihi erit laudis. Si nõ ero tibi fastiditus. Si nõ ero tibi fastidio. Orba suo parente: Priuata patre & autore operis q in exiliũ eiectus est. In nra urbe. In urbe Roma. Quoq; magis faueas. Et ut mage sis opi amicꝰ. nec eo odio, p sequaris, quo pottã exulẽ. Quasi de funere dñi. quasi de morte & exilio poetæ.

In Septimã Elegiam Enarratio.

N caput alta suũ. Queritꝰ poeta eũ quocũ diu familiariter uixerat subita poetæ cõsternatione: & exilii uina fidẽ mutasse. Mox tñ illum admonet ut in fide permaneat quo eiꝰ officiũ laudare queat. In suũ caput. In eorũ fontẽ. unde erũpunt in mare. Labentur retro. Retro fluent. Ab æquore. A mari in quod defluunt. Conuersis solq; recurret equis. Sol etiã ab occasu in orientẽ cursum diriget. oĩa igitur elementa naturã mutatura esse dicit: qñquidem amicus: quẽ nunq̃ credíderat alienari posse fidẽ mutarit subita eius ruina. Ibũt præpostera. Ibunt cõ ppostertũ traria & alio modo q̃ debent: hinc fit aduerbiũ p ppostere postẽre: quo Plynius utit ita scribens. Diuus Augustus læuũ prodidit sibi calceũ præpostere indutum. Legibus naturæ. Legibus quas natura ipsa docuit: Ius. n. triplex esse docent iurisperiti: Est enĩ ius naturale: quod natura omnia animalia docuit. ut est maris & fœminæ cõiugatio. hĩc liberoꝝ educatio: Cicero tamen in rhetoricis scribit Naturæ ius in solos hoĩes non in omnia animalia cadere: idq; nobis nõ opinio: sed quædã innata uis affert: eius partes sunt hæ. Religio. Pietas. Gratia. Vindicatio. Obseruãtia. Veritas. Ius gentiũ omni humano generi cõmuni est: Gentes enim humana iura quædam sibi constituerunt: ut bella, captiuitates, seruitutes. Iure enim naturali omnes ab initio liberi nascebant. Ex hoc iure gentium oẽs pœne contractus introducti sunt. ut emptio. uenditio. locatio. conductio. societas. depositum. mutuum & alii huiusmodi. Ius uero ciuile ex una quaque ciuitate appellatur ueluti Athenienſium. Nam leges Solonis: uel Draconis appellantur ius ciuile Athenienſium. & leges quibus romani utebãtur: ius ciuile romanorum nominatur. Parsq; suum mundi. Ordo est: & nulla pars mundi tenebit suum iter. Mundus autem (ut scribit Apuleius) societate cœli & terræ constat & eorum naturis. quæ utriusque sunt: Vel sic Mundus est ornata ordinatio dei munere deoꝝ recta custodia: cuius cardinẽ (sic .n. dixerim centrũ) robustũ et incontigibilẽ genitrix atq; altrix animantium oĩum habet tellus supernis oĩbus aeris liquiditate (ut uideri potest) admodũ tegminis septis: & opertis. Vltra deoꝝ domus ẽ: quod uocamus cœlũ: Plato in Timeo mũdũ natũ esse: sepq; fore existimat. Aristoteles ĩ li. de cœlo: & mũdo &

Ius triplex

Naturæ ius.

Ius gentiũ

Ius ciuile.

Mundus.

tum ſecutus Plynius ſcribũt Mundũ neq; genitũ neq; interiturũ unq̃: Seneca uero in libro de conſolatione ad Martiã: Lucan⁹ & Diuus Auguſtin⁹ libro uigeſimo de ciuitate dei Mundum quãdoq; conflagraturq; autumãt: Idem ſentit Lactãtius. Lucretius illũ ruituq; docet. Is poſtea in melius nouabitur & fiet cœlum nouũ & terra noua: ut Ioannes ſcribit in Apocalypſi: Paulus quoq; apoſtolus in quadã epiſtola ita ſcribit. Veniet dies domini: in quo cœli magno impetu trãſcurrẽt: elementa aũt ardẽtia reſoluent̃: & terra & quæ in ipſa ſũt opera exurent̃. Intelligẽdum eſt aũt arſura elemẽta quæ in hac una parte mũdi ſubſiſtũt procelloſa & turbuléta: ĩ qua eoſdem cœlos dicunt eſſe repoſitos ſaluis illis ſuperioribus & in ſua integritate manentibus: in quorum firmamento ſunt ſydera conſtituta. Quod autẽ in ſacris litteris ita legimus. Opera manuum tuarum ſunt cœli Ipſi peribunt: minime totus mundus periturus credatur. nam a toto pars accipitur. Soli enim cœli infimi perituri ſunt ut diximus: De quo non ſit habenda fides. Cui non ſit fides adhibẽda omnia poſſe euenire. Hæc ego uaticinor. Diuino inqt leges naturæ ituras eſſe p̃poſtere. Meas exeqas. Meĩ exiliũ proficiſcentẽ. tanq̃ ſi efferrer. Leuare. Cõſolari. dolorẽ iminuere. Publica ora. Oĩum ſermones. Deniq; lugubres: Subaudi quid fuit.

Vult⁹ lugubres. Meos uultus luctu deformes.

Nullo fœdere. Nullo amicitiæ uinculo. Signa ſui aĩ. Signa doloris quo afficiebãtur ꝓpter meũ diſceſſũ. Quid? niſi conuictu. Vide q̃apte amico pfidiã exprobrat. Tot luſ⁹. Tot iocos.

Et tot mea ſeria. Et tot mea non ioco: ſed ſerio dicta ac facta. Adſcitus. Adiũctus euocatus a me. Placida urbe quirini. Romã deſignat. in q̃ homĩes non ſæuos: ſed mites naſci ſolitos inuit:

Ponti ſiniſtri. Maris euxini mihi aduerſi: & iſeſti: aut re uera ſcopulos ſiniſtræ ptis maris pontici eũ genuiſſe ſcribit. qd magis ẽt placet. Scythiæ. Scythicæ regiõis. Et tua ſunt ſilicis. Amico quoq; duritiẽ pectoris obiicit. Circũ præcordia. Circũ ptes præiacentes cordi: Quid autẽ ſine præcordia. alibi abunde diximus. Tigris erat. Erat fœmina aliqua crudelis. ut ſũt Tigres. De quoꝝ natura: & ſæuitia meminit Plyni⁹. Ariſtoteles: ac ẽt Solinus. Minus aliena. Min⁹ alieni hoĩs: ſed tibi amici. Quã non. Subaudi putaſti. Nõ agerere reus duritiæ. Nõ accuſareris crudelitatis. Sed quoniam accedũt. Quãdoq; dem inquit hæc ẽt adduntur cæteris meis malis.

Vt careant nũeris. Vt non ſerues mihi eã fidẽ quã ſuperiori tẽpore præſtitiſti. Vt tẽpora prima. Vt ſuperiora tẽpora. qbus amicitia nr̃a erat arctiſſima. Careant ſuis nũeris. Careãt ſuo ordine: ut mihi in amore non reſpondeas ut antea: hoc eſt enim carere ſuis nũeris: Huius peccati. Huius obliuionis amicitiæ. Et illo officium. Ordo eſt. Et effice: ut ego laudem tuum officium illo ore: quo ore queror de te.

Omnia iã fient, fieri quæ poſſe negabam
Et nihil eſt. de quo nõ ſit habenda fides.
Hæc ego uaticinor: quia ſum decept⁹ ab illo
Laturum miſero quem mihi rebar opem.
Tanta ne te fallax cœpere obliuia noſtri?
Afflictumq; fuit tantus adire tim or?
Vt neq; reſpiceres. nec ſolarere iacentem
Dure. nec exequias proſequerere meas?
Illud amicitiæ ſanctum & uenerabile nomẽ?
Nunc tibi pro uili ſub pedibuſque iacet.
Quid fuit ingenti proſtratũ mole ſodalem
Viſere? & alloquii parte leuare tui?
Inque meos ſi nõ lachrymas dimittere caſus?
Pauca tamen ficto uerba dolore loqui.
Idque quod ignoti faciunt: uale dicere ſaltẽ.
Et uocem populi publicaque ora ſequi?
Deniq; lugubres uultus nunquãq; uidẽdos
Cernere ſupremo dum licuitque die.
Dicendumque ſemel toto non amplius æuo
Accipere: & parili reddere uoce uale?
At fecere alii nullo mihi fœdere iuncti:
Et lachrymas animi ſigna dedere ſui.
Quid? niſi cõuictu cauſiſq; ualentibus eẽm
Temporis & longi iunctus amore tibi?
Quid niſi tot luſus & tot mea ſeria noſſes?
Tot noſſem luſus ſeriaque ipſe tua?
Quid ſi dũtaxat romæ mihi cognitus eſſes?
Adſcitus totiens in genus omne loci?
Cuncta ne ĩ æquoreos abierũt irrita uentos?
Cuncta ne lethæis merſa ferũtur aquis?
Non ego te genitũ placida reor urbe q̃rini
Vrbe meo quæ iã non adeunda pede eſt:
Sed ſcopulis põti: quos hæc hẽt ora: ſiniſtri:
Inque feris ſcythiæ ſarmaticiſque iugis.
Et tua ſunt ſilicis circum præcordia uenæ.
Et rigidum ferri ſemina pectus habet.
Quæque tibi quondã tenero ducẽda palato
Plena dedit nutrix ubera: tigris erat.
Aut mala noſtra minus q̃ nõ aliena putaſſes
Duritiæque mihi non agerere reus.
Sed qm̃ accedũt fatalibus hæc quoq; dãnis
Vt careãt numeris tempora prima ſuis:
Effice peccati ne lim memor huius: & illo
Officium laudẽ quo queror ore tuum.

In Octauam Elegiam Enarratio.

Etur inoffenſe. Queritur poeta uulgum ſequi fortunam & ſecundis tantum rebus adeſſe amico. At in aduerſis eum ſolum deſtituere: quod quidem re ſibi cognitum fuiſſe docet. Siquidem anteq̃ relegaretur ab Auguſto multos habuit amicos. At poſtq̃ ſubita ruina corruit: neminem inuenit: in cuius præſidio acquieſceret: qum multis per Cæſaris modeſtiam id præſtare licuiſſet: quandoquidem ab eo hoſtilis erga amicum amor etiam probetur. Detur tibi tangere. Cõcedatur tibi o lector non inimice a diis attingere. Metam. Finem.

Etur inoffenſæ uitæ tibi tãgere metã:
Q ui legis hoc nobis nõ inimicus op9:
Atq; utinã poſſent ꝓ te mea uota ualer̃
Q uæ pro me duros non tetigere deos.
Donec eris fœlix multos numerabis amicos.
Tempora ſi fuerint nubila: ſolus eris.
Aſpicis ut ueniant ad candida tecta colũbæ:
Accipiat nullas ſordida turris aues:
Horrea formicæ tendũt ad inania nunquã:
Nullus ad amiſſas ibit amicus opes:
Vtq; comes radios ꝓ ſolis eũtibus umbra ẽ:
Q um latet hic põſſus nubibus: illa fugit:
Mobile ſic ſequitur fortunæ lumina uulgus:
Q uæ ſimul inducta nube tegũtur abit.
Hæc precor ut ſemp poſſint tibi falſa uideri.
Sunt tamen euentu uera fatenda meo.
Dum ſtetimus: turbæ quantũ ſatis eẽt hẽbat
Nota quidem ſed nõ ambitioſa domus.
At ſimul impulſa ẽ: omnes timuere ruinam:
Cautaq; communi terga dedere fugæ.
Sæua nec admiror metuũt ſi fulmina: quorũ
Ignibus afflari proxima quæque ſolent:
Sed tamen in duris remanẽtem rebus amicũ
Q uolibet inuiſo cæſar in hoſte probat.
Nec ſolet iraſci: nec enim moderatior alter:
Q um quis i aduerſis ſi quid amauit amet
De comite argolico poſtquã cognouit oreſtẽ
Narratur piladen ipſe probaſſe thoas.
Q uæ fuit actoridæ cũ magno ſæpe ꝓ achille.

Vitæ inoffenſæ. Vitæ citra ullũ maluꝫ. Duros deos. Deos mihi difficiles. Tempora ſi fuerint nubila. Si tempora nube aliqua hoc eſt malo operientur. Aſpicis ut ueniant. Per columbæ. formicæ. & umbræ ſimilitudines oſtendit homines fortunam ſequi. Ad candida tecta. Ad periſteriones: quibus ſecundas amicorũ res deſignat.

Sordida turris. Turris ĩmũda. i. fortũa amici nubila & aduerſa. Horrea formicæ. Inſectorum officioſiſſimũ genus formicarum & apiũ eſt. Formicarum negocia omnibus in promptu habent atq; eadem ſemita ſemper ambulant & cibaria recondunt & cellas promptuarias faciunt: nec interdiu ſolum: ſed etiam noctibus plena luna laborẽ exercent autore Ariſtotele libro nono. Sepeliunt formicæ inter ſe uiuentium ſolæ præter hominẽ. De formicis plura Plyni9 libro. xi. Vtq; comes radios. Ordo eſt. Et ut umbra eſt comes eũtibus per radios ſolis. Qum latet hic pr:ſſus nubib9 Qum ſol nubibus obſcuratur. Illa fugit. Illa umbra diſcedit nec apparet. Fortunæ lumina. Auram & fœlicitatem fortunæ. Quæ ſemel inducta. Poſtq̃ fortunæ fauor hominem deſerit: eũ quoq; uulgus relinquit. Hæc præcor. Ea intelligit quæ dixerat. ꝙ ſcilicet uulgus ſequatur fortunam. Meo euẽtu. Meo ſucceſſu: quia re cognoui id ita eſſe. uidi enim me ab amicis fere omnib9 deſertum. Dum ſtetimus. Dum mihi fortuna arriſit. Turbæ quãtum ſatis eſſet. Ordo eſt. Domus quidem nota ſed non ambitioſa habebat tãtum turbæ quantum ſatis eſſet. Ex quo deſignat ſe fautores multos habuiſſe: qum nondum relegatus eſſet. At ſimul impulſa eſt. Poſtq̃ eſt deiecta ab Auguſto. i. poſtq̃ in exilium miſſus ſum.

Formicarũ officia

Cauta terga. Terga ſibi cauentia: uel certe cauta turba: hoc eſt turba ſibi cauens ne quid Auguſtus in eos mea cauſa grauius moliretur. Sed tñ in duris: Oñdit eos errare qui ſe deſeruere Auguſti metu. Siquidẽ ille ſolet amici fidem etiam in eos quos odit laudare. De comite argolico. Pacuuius tragœdiam ſcripſit: in qua cõtinebatur quẽadmodum Oreſtes cupiens a ſe furias remouere ex morte matris conceptas oraculũ cõſuluit. cui rñdit ut ad templũ Dianæ in Tauricã regionẽ proficiſceretur: quo qum perueniſſet comite & duce itineris pylade: Thoas rex de more eum mactare uolebat. Cæterũ ignorabat uter eſſet Oreſtes: Pylades Oreſtem ſe eſſe reſpondit ut pro illo necaretur. Oreſtes aũt ita ut erat Oreſtẽ ſe eſſe perſeuerabat: quoꝝ fidẽ ita Thoas ꝓbauit ut Oreſti ignoſceret. Rem aliter & plenius refert Ouidius libro tertio de ponto ea elegia quam ad Cottam ſcribit. De comite argolico. De eo qui ſimulabat ſe eſſe Pyladem: ut Oreſtes potius q̃ ipſe ſeruaret. Quæ fuit actoridæ. Amor Patrocli & Achillis notus eſt Homeri carmine. Nam qũ Patroclus Actoris nepos Achillis indutus armis pugnaret. Apollo incitauit Hectorẽ ad eũ inſequendũ. Ipſe uero multo aere opertus in ipſo fremitu bellantiũ ſtans: galeã de capite diſcutit: poſt teluꝫ qđ ille manu tenebat magnũ: craſſũ: graue: in manu Apollo omne cõminuit. Dehĩc loricã ſoluit: quæ una cũ clypeo pedũ tenus demiſſo defluxit. Qum ecce Euphorbus Panthi filius a tergo ueniens medios humeros cominus telo confixit: quẽ Hector conſpicatus & ſauciũm & recedentẽ propius apud ipſas cateruas adiit: extremũq; illius latus lancea percuſſit: ut ferrum e contraria parte exiſteret.

Amor pyladis & oreſtis

Amor patrocli & Achillis

quo uulnere Patroclus cum magna tum ſociorum: tũ corporis ſui ruina proſtratus eſt ut in decimo ſexto iliados narrat Homerus: cuius mortẽ qũ Achilli Antilochus nũciaſſet: eius oculi nigra ob dolorẽ nebula caligarunt. Tũ cinere capite aſperſo gratioſam dehoneſtauit faciem & mundam tunicam. Inde humi proſtratus comam uellere & matri eum conſolanti inquit. Mater horum mihi Iupiter autor eſt. Sed mihi quid utilitatis: ex quo mihi chariſſimus periit Patroclus: quẽ ego tantifaciebã: ut meipſo apud me nõ eſſet inferior: Tandem allatis ſibi a matre armis a Vulcano fabricatis in aciem deſcendit: nec unq̃ deſtitit Hectorem inſequi donec eum interfecerit fraxinea haſta per mollem ceruicẽ emiſſa. De Patroclo plura diximus in enarrationibus in Ouidium de arte amandi. Hectoris ore. Ore inimici. Quod pius ad manes. Theſei & Pirithoi amorem & deſcenſum ad inferos diximus ſupra. Euryali niſiq̃ fide. Niſi & Euryali amor notus eſt Vergiliano carmine. Eſt etiam in miſeris pietas. Solent hoies in miſeros eẽ pii: q̃ tũ pietas ẽt in hoſtibus laudatur ut ſupius ꝓbauit exemplis. Debeat ut lachrymis. Vt maxime deflenda ſit ſors mea.

Laudari ſolita eſt hectoris ore fides.
Quod pius ad mães theſeus cões iret amico
Tartareum dicunt indoluiſſe deum:
Euryali niſique fide tibi turne relata
Credibile eſt lachrymis imaduiſſe genas.
Eſt ẽti miſeris pietas & i hoſte probãt: Cuẽt
Hei mihi quã paucos hæc mea dicta mouẽt
Hic ſtatus. hæc rerũ nũc eſt fortuna mearũ:
Debeat ut lachrymis nullus adeſſe modꝰ
T mea ſint ꝓprio q̃is mœſtiſſia caſu'
Pectora: proſenſu facta ſerena tuo:
Hoc tibi uenturũ iã tũ chariſſime uidi:
Ferret adhuc iſtã qum minus aura ratem.
Siue aliquid morum ſeu uitæ labe carentis
Eſt pretiũ: nemo pluris emendus erat.
Siue per ingenuas aliqs caput extulit artes:
Quælibet eloquio fit bona cauſa tuo.
His ego commotus dixi tibi protinus ipſi'
Scæna manet dotes grandis amice tuas.

In Nonam Elegiam Enarratio.

T mea ſint proprio. Sunt qui hãc elegiam cum ſuperiore coniungãt. Sunt qui etiam ſeparent: mihi omnino uidetur diſiungenda. Amico enim gratulatur ꝙ ſtudio & doctrina magnam ſit laudem conſecutus: quod ita fore olim ſe nulla diuinandi peritia: ſed ratione & coiecturis cognouiſſe dicit. Simul oſtendit eum ſibi rectius conſuluiſſe: ꝙ grauioribus diſciplinis operam dederit. At econtra dolet ſibi ſtudia poetica & laſciuiorem muſam nocuiſſe. Poſtremo eum rogat: ut ſe excuſet ſiquis damnauerit libros de arte amatoria compoſitos: quandoquidem eius uita ab illis artibus aliena ei ſemper nota fuerit. At mea ſint. Legendũ eſt ut pro quẽadmodũ: non at ut ſit aduerbium qualitatis. Vergilius. Vt uidi: ut perii. Erit autem ordo talis. Vt mea pectora ſunt facta ſerena pro tuo ſenſu quanuis ſint & reliqua. Fit plærũq; unius litteræ immutatiõe: ut & ſenſus & ordo turbetur quemadmodum in Apuleii met. principio. Vulgo eniz fere ita legit. At ego ſermone iſto mileſio fabulas cõſerã: qũ legẽdũ ſit. Vt ego ſermõe iſto mileſio. Proprio caſu. Relegationẽ itellige. Pro tuo ſenſu. Pro iutelligentia & doctrina tua. Fabius ẽt ſenſum communem pro quadam rerum omnium intelligentia accipit. Sunt qui legant pro ſenſu tui: ut ſit pro auditu nominis tui. Facta ſerena. Facta læta: ſubaudi ſunt. Hoc tibi uenturum. Id intelligit quod ſenſum nominauit. Iſtam ratem. Te ipſum & ingenium. Aura. Fauor. Minus ferret. Minus amplecteretur. Siue aliquid morum. Ordo eſt. Nemo erat emendus pluris: ſiue pretium morum: ſeu pretium uitæ carentis labe eſt aliquid. ideſt ſi cuiuſq̃ mores & uita carens crimine aliquid ualent. Nemo pluris emendus erat. Quaſi dicat præponendus eras omnibus. Per ingenuas artes. Per diſciplinas liberales & ſtudia eloquentiæ. Quælibet cauſa. Vel demonſtratiua: uel deliberatiua: uel iudicialis. Fit bona. Fit honeſta. Grandis ſcæna. Magnũ ſpectaculuz. Manet tuas dotes. Expectat tuas uirtutes: quaſi dicat & moribus & eloquentia tua dixi te fore uirum clariſſimum. Hoc mihi non ouium fibræ. Non diuinaui hæc tanq̃ haruſpex ex animaliũ extis. Romani enim haruſpices (Autore Vitruuio) pecoribus imolatis inſpiciebant iocinora: & ſi erant liuida & uitioſa. alia imolabant dubitantes utrum morbo an pabuli uitio læſa eſſent. Qum pluribus experti erant & probauerant integram & ſolidam naturam iocinorum ex aqua & pabulo: tunc litatum rite exiſtimabant: ſin ſecus minime litari poſſe dicebãt. Vnde Cicero in primo de diuinatiõe ita ſcribit. Quid enim habet haruſpex cur pulmo inciſus etiam in bouis extis dirimat tempus & proferat diem? Et Liuius libro. viii. ab urbe condita. Romani conſules priuſq̃ educerent in aciem imolauerunt. Decio caput iocinoris a familiari parte cæſum haruſpex dicitur oſtendiſſe. alioquin acceptam diis hoſtiam eſſe. Obſeruabant etiam in extis non modo iecur & pulmonem: ſed etiam cor ut docet Cicero. Ex his enim haruſpices ab aqua aut ab igni pericula monebant: tum hæreditates: tum damna denunciabant: fiſſum: familiare: ac uitale tractabant: caput iecoris ex omni parte cõſiderabant. Si uero id non eſſet inuentum nihil putabant accidere potuiſſe triſtius. Conſiderabant etiam in extis: quæ pars inimici: quæ pars familiaris: qꝫ fiſſum periculum: quod coniunctum commodum aliquod oſtenderet. Fibræ autem quattuor ſunt in iocinore. Celſus libro quarto. Iecur in fibras quattuor diuiditur.

Locus Apuleii emẽdatus

Haruſpicum diuinatio

Quomodo exta obſeruabant

Fibræ q̃tuor

Tonitrus ue ſiniſtri. Diuinabant etiam per fulgura quæ obſeruabant læua (autore Plynio) ꝓſpera exiſtimabantur: quoniam læua parte mundi ortus eſt: nec tam aduentus ſpectatur: q̃ reditus ſiue ab ictu reſiliat ignis: ſiue opere confecto aut igne conſumpto ſpiritus remeet. In. xvi. partes cœlum in eo reſpectu diuiſere Thuſci. Prima eſt a ſeptentrionibus ad æquinoctialem exortum. Secunda ad meridiem. Tertia ad æquinoctialem occaſum. Quarta optinet quod reliquum eſt ab occaſu ad ſeptentriones: Has in quaternas iterum diuiſere partes. Ex quibus octo ab exortu ſiniſtras: totidez e contrario appellauere dextras. Ex̃ his maxime dira quæ per ſeptentriones occaſum attigunt. Itaq; plurimum refert: unde uenerint fulmina: & quo cõceſſerint. Optimum eſt in exortiuas redire partes. Ideo qum a prima cœli parte uenerint: & in eandem conceſſerint: ſumma fœlicitas portenditur. Quale Scillæ dictatori oſtentum datum accepimus. Cætera ipſius mundi portiõe minus proſpera aut dira. Fulmen ſiniſtrum ſcribit Cicero optimum fuiſſe ad omnes res: præterq̃ ad comitia: quod quidem inſtitutum eſt rei publicæ cauſa: ut comitiorum uel in iudiciis populi: uel ĩ iure legum: uel in creandis magiſtratibus principes ciuitatis eſſent interpretes. Lingua ue. Per lĩguam auis intellige Oſcines ideſt aues quæ uoce augurium faciunt. Per pennam autem deſignat ꝑpetes: quæ uolatu dabant auguria. Captabantur enim auſpicia duobus modis: aut uolatu: aut garritu: quarum quædam Oſcines: quædam præpetes dicebãtur: quam rem deſignat etiam Maro eo uerſu. Qui uolucrum linguas & præpetis omnia pennæ. Augurium ratio. Ratio & coniectura de te fuerunt mihi loco augurii: ut diuinarem te uirtute conſpicuum fore. Non latuiſſe. Apparuiſſe. At noſtrum. At noſtrum ingenium poeticæ artis peritum. Expedit. Vtile fuit. Lumẽ. Famam & gloriam. Artes ſeueræ. Vel philoſophiam dicit: uel certe ingenuas diſciplinas & ſtudia eloquentiæ: quæ ideo ſeuera appellat, quoniã magis grauia ſunt poetica facultate: in qua ineſt maior uoluptas, ut non immerito a præclaris autoribus Manſuetiores muſæ appellentur: Superior ſententia magis placet. Scis artibus illis. Sic & Catullus. Nã caſtum eſſe decet pium poetam ipſum: uerſiculos nihil neceſſe eſt. Scis uetus hoc iuueni. Deſignat ſe iuuenem amatoria ſcripſiſſe ioco magis: q̃ ſerio. Ergo ut defendi. Docet non poſſe defendi ullo colore rhetorico aut eloquentia amatoria illa: quorum cauſa eiectus eſt in exilium: ſed tantum excuſari: Ita q̃ eum hortatur, ut id tantum efficiat: quandoquidem illi hæc contra Auguſtum tueri non ſit tutum.

Diuinatio ꝑ fulgura
Fulgura læua

Hoc mihi nõ ouiũ fibræ: tonitruſue ſiniſtri:
Linguaue ſeruatæ pennaq; dixit auis:
Augurium ratio & tũc cõiectura futuri:
Hæc diuinaui. noticiamq; tuli.
Et quoniã uera eſt: tota tibi mente mihique
Gratulor ingenium nõ latuiſſe tuum.
At noſtrũ tenebris utinam latuiſſet in imis:
Expediit ſtudiis lumen abeſſe meis:
Vtq; tibi proſunt artes facunde ſeueræ:
Diſſimiles illis ſic nocuere mihi.
Vita tamen tibi nota mea: ſcis artibus illis
Auctoris mores abſtinuiſſe ſui.
Scis uetus hoc iuuẽi luſũ mihi carmẽ & iſtos
Vt non laudandos: ſic tamen eſſe iocos.
Ergo ut defendi nullo mea poſſe colore:
Sic excuſari carmina poſſe puto:
Q ua potes excuſa: nec amici deſere cauſam:
Q uo pede cœpiſti ſic bene ſemper eas.
St mihi ſitq; ꝓcor flauæ tutela mieruæ
Nauis: & a picta caſſide nomẽ habet.

Oſcines
Præpetes
Auſpicia duob⁹mo dis captabantur

In Decimam Elegiam Enarratio.

ESt mihi ſitq; precor. Laudat nauem Ouidius quã in ſinu Corinthiaco accepit: & qum altera nauis diu eundẽ curſum tenuiſſet: quẽ nauis poetæ: qũq; poſtea e Samothracia ſoluerent: utriuſq; nauigationẽ & loca deſcribit. Optat deinde: ut incolumis Tomũ nauis eum perferat: qđ ſi contigerit. Mineruæ ſe agnam imolaturum pollicetur. Poſtremo Caſtorem & Pollucem precatur: ut utriq; naui adſint. Tutela Mineruæ. Mineruæ ſimulacrũ nauis inſigne & tutela. Solebant enim in nauibus dii pingi: ut Minerua: Apollo: & alii. in quoz tutela eſſe nauem uolebant. Lucanus libro tertio. Non robore picto Ornatas decuit fulgẽs tutela carinas. Vergilius. Et aurato fulgebat apolline puppis. Et Ouidius. Pictos uerberat unda deos. Eodem modo arbitror Argo palladiã ratẽ a poetis appellari ꝙ Pallada de more pictã habuerit q̃uis ẽt placeat dictam ꝙ cura palladis fuerit facta: & ingenioſe ac perite. Ad pallada enim ſolemus præſtantiora opera referre: quorũ illa eſt dea: ut in faſtis docet Ouidius. Eo modo & Maro. Equm diuina palladis arte græcos ædificaſſe cecinit. Et Papinius Palladias manus appellauit. Et Martialis artem palladiam. Plura dicemus in tertio libro. Minerua autem ideo in pup pibus pingebatur: quoniam (autore Pauſania) poetæ aiunt illam ex Neptuno & Tritonide palude natã: ut non immerito maris numina maritime etiam naui præeſſent: hinc etiam flauam hoc in loco appellat Mineruam Ouidius. Flauum enim ex uiridi & ruffo & albo concretum eſt. Vnde Pacuuius aquam flauam (Gelio autore) appellauit. Et a picta caſſide nomẽ habet. A galea quam illa armata gerit Galeata appellatur Minerua. De qua tale etiam Auſonii epigramma a nobis nuper in lucem prolatum extat. Armatam pallas uenerem lacedæmone uiſens Vis ne iudicium ſic ineamus ait. Cui uenus arridens: quid me galeata laceſſis? Vincere ſi poſſum nuda: quid arma gerens?

Dii in nauibus pingebantur
Palladia ratis
Pallas operum dea
Palladiæ manus & ars
Cur minerua in pup pibus
Flaua minerua
Flauum

Comites. Naues eiuſdem itineris nauigatione utentes. Qualibet arte. Vel remo: uel uelo. Primũ mihi cognita terris. Non terris: ſed Cenchris legendum eſt. Nam peloponneſus (autore Plynio) iacet inter duo maria ægæum & Ionium platani folio ſimilis propter anguloſos inceſſus. Anguſtiæ unde procedit Iſthmos appellatur. In eo loco irrumpunt e diuerſo quæ dicta ſunt maria Corinthiacũ hinc: illinc Saronicus appellatur ſinus. Letheæ hinc: Cenchreæ illinc anguſtiarum termini longo & ancipiti nauiũ ambitu. Quæ. Scilicet nauis mea. In mare helles æoliæ: In helleſpontum. Nam mare alia aliis cognomina accepit. Vbi enim primuz ſe coarctat Helleſpontum uocamus. Vbi expandit Propontis dicitur. ubi iterum ſe preſſit Thracius Boſphorus: ubi iterum effundit pontus Euxinus. Qua paludi cõmittitur Cimmerius Boſphorus: Palus ipſa Meotis: Helleſpontus autem appellatur ab Helle Athamantis regis & Neiphyles filia: quæ in illud cecidit: ut libro quinto docet Diodorus. Hellen autem Aeoliam appellat ab Aeolia regione quondam Myſia appellata: quæ Helleſponto adiacet: uel ab Aeolo auo: qui regioni nomen impoſuit.

Peloponneſus
Iſthmos
Lecheæ
Cenchreæ
Helleſpõtus
Propõtis
Thracius boſphorꝰ
Põtus Euxinus
Cimerius boſphorꝰ
Meotis
Helles æolia

Longum iter. Totum iter longitudinis Helleſpõti: hoc ẽ poſtq̃ helleſpõti longitudinẽ ſulcauimus. Aut certe curſum ex Cenchris uſq; in Helleſpontum accipe. Tenui limite. Tenui ſulco & uia. Aut facili & tenui propter aquam quæ tenuis eſt. Fleximus in leuum curſus. Ex helleſponto in propontidis ſiniſtram partem nauigationem fleximus. Et ab Actoris urbe. In quibuſdam exemplaribus legitur etiam Hectoris: quæ lectio nõ placet. Ego legendum emendate arbitror ab Herculis urbe: ut Heracleam intelligas: quæ urbs fuit in ora ſiniſtri littoris propõtidis: ut eſt autor Ptolemæus. Verum ſi intelligimus poetam nondum ueniſſe in Helleſpõtum: ſed adhuc fuiſſe in ægæo illi propinquo: quod ipſe uidetur Helleſpontum nominare leges emendate ab hectoris urbe: ideſt Ilio: quæ ex ægæo helleſpõtum ingredientis erat a dextra: ut ſit ſenſus. Qum primum in ægæo ad huc nauigans habui Ilium a fronte: flexi iter in leuam partem ubi erant loca illa: quæ ſtatim ſubiũgit. Cæterum illud auſim affirmare: aut carmina aliqua deeſſe: aut hanc nauigationis deſcriptionem falſam eſſe: ab omnibus enim ſcriptoribus plurimũ diſſentit Ouidius: ut manifeſte melius apparebit inferius. Im bria terra. Terram imbriam eam dicit quam Selimbriam Plynius Ptolemæus cæteriq; appellant: illa enĩ & Pirinthus in propontidis littore fuere. Nam ſi Imbron inſulam acceperis non procedet: ſiquidem ea ſita eſt haud longe a Thraciæ cherroneſo in mari ægæo thraciæ adiacenti. Poeta uero iam in propontidem peruenerat: niſi malis intelligere illum non ingreſſum fuiſſe helleſpontum: ſed ægæum ei uicinũ appellaſſe helleſpontum ut diximus. Serinthia littora nacta. Legẽdum eſſe quibuſdam placet perinthia. Perinthus enim urbs fuit in propontidis littore: quam ſcribit Herodotus primam ex helleſpontiis Dario ſubeſſe recuſaſſe. Sed hæc lectio mihi non probatur. Nam in pontum nauigãtibus primo ſe offert Perinthus. deinde ſelimbria ut docet Ptolemæus. Quare ut cum ſequẽtibus hoc conueniat: poetã in ægæo thraciæ adiacenti fuiſſe credamus neceſſe eſt: & leges aut peparethia. Nam (ut Plynius docet) Athos ante ſe habet inſulã peparethum cum oppido: quondam Euonum dictam: a qua parum abeſt Samothrace: Aut certe Zerynthia. i. ipſius thraciæ. Nam in thracia Zerynthum fuiſſe ſcribit Lycophron ſacram hecate. Fuit & Zerinthium (ut quidã ſcribunt) in Samothrace inſula: unde fortaſſe regioni nomen dedit Ouidius. Threiciã ſamon. Samothraciã inſulã in mari ægæo thraciæ adiacẽtẽ. De qua plura legito apud Diodorũ & Apuleiũ libro. ii. floridoꝝ: & nos abũde diximus in enarratõibus noſtris in Ouidiũ de arte amãdi. Statyera petẽti. Sic quidẽ legit in quibuſdã exẽplaribus. In aliis epira ſcribit: ſed neutrã lectionẽ probamus: qm̃ nullã urbẽ ita appellatã in thracia fuiſſe legimus. Quare Stẽtora emendate ſcribendũ eſſe affirmo pro Stentoria: & ſubaudies littora. In thracia enim ad os hebri fuit portus ſtẽtoris: cuius meminit Plynius. Herodotus libro. vii. eiuſdẽ nominis in thracia lacũ ẽt fuiſſe ſcribit. Oppidũ inquit Aenõ & lacũ Stentoridẽ prætereunt. Hactenus. Vſq; in Samothraciã. Illa. Scilicet nauis in qua ego eram.

Heraclea

Selĩbria

Perĩthus

pepareth⁹

Zeryn-thum

Stentoris portus

Suũ dñm. Alterã nauẽ in qua erat dñs nauis meæ. Nã mihi biſtonios. E Samothracia digreſſuræ erant duæ naues: quarꝝ altera quæ Ouidiũ uehebat ſiniſtrũ propõtidis curſum: altera uero dextrũ tenuit.

Pes nauis

Biſtonios cãpos. Threiciũ littus⁹. Pede. Velo. Eſt enim pes funis qui e uelo⁹ deductus dũ uelificant

Siue opus ẽ uelis: minimã bñ currit ad aurã
Siue opus ẽ remo: remige carpit iter:
Nec comites uolucri cõtẽta ẽ uincere curſu.
Occupat egreſſas qualibet arte rates.
Et patitur fluctus: fertq; aſſilientia longe
Aequora: nec ſæuis uicta madeſcit aquis:
Illa corinthiacis primũ mihi cognita cẽchris
Fida manet trepidæ duxq; comeſq; fugæ.
Perque tot euentus: & iniquis cõcita uentis
Aequora palladio numine tuta fuit.
Nũc quoq; tuta precor uaſti ſecet hoſtia põti
Quaſq; petit getici littoris intret aquas.
Quæ ſimul æoliæ mare me deduxit i helles:
Et longum tenui limite fecit iter:
Fleximus in leuũ curſus: & ab Actoris urbe
Venimus in portus imbria terra tuos.
Inde leui uẽto ſerinthia littora nacta
Threiciam tetigit feſſa carina ſamon
Saltus ab hac terra breuis eſt ſtentora petẽti:
Hac dominũ tenus eſt illa ſecuta ſuum.
Nã mihi biſtonios placuit pede carpe cãpos:

naui alligatus. Sed hic ponit̃ pars pro toto. Catullus. Simul secũdus incidisset in pedẽ: & Maro. Vna oẽs secere pedẽ. Aquas hellespõtiacas. Ex his. n. in propontidẽ peruenit. Illa. Altera nauis mihi comes.

Dardaniáq; petit. Dardania urbs fuit in littore hellespõti sita. Nam post Abydũ promõtoriũ est Dardaniũ: & ciuitas Dardanus. lxx. stadiis ab Abydo distans. Vrbis huius meminit ẽt Diodorus in quinto. Vidẽ q̃ uaria & repugnãtia scribat Ouidius. Primo. n. nauẽ dixit hellespõtũ reliquisse. Hic uero Dardaniã in eius dextro littore sitã petiisse scribit. Petit aũt pro petiuit ultimã producit: ut uerba omnia syncopã hfitia. Iuuenalis. Magnus ciuis obit & formidat̃ othoni. Nomẽ autoris. Nomen Dardani Iouis filii qui eam cõdidit. Et te ruricola lampsace. Lãpsacũ etiã peruenit ab urbe Dardania. Fuit aũt lãpsacus urbs insignis ad mare sita: quæ portũ optimũ habuit. Distat ab Abydo ad. c. &. lxx. stadia: prius pytiusa uocabatur. autor Strabo. Per deum aũt ruricolam Priapũ intellige: q̃ui (autore Seruio) uir fuit ex Lampsaco urbe hellesponti: de qua pulsus propter uirilis mẽbri magnitudinem post in numer̃ deor̃ receptus meruit numen esse hortor̃. Oratius. Nam fures extra coercet Obscœnoq; rubet porrectus ab iguine palus. Ast importunas uolucres in uertice arundo Terret fixa. Vocat aũt deum ruricolã: qm̃ in hortis colitur: quod ita fingitur propter eor̃ fœcunditatẽ. Nam qum alia terra semel creet aliquid: horti nunq̃ sine fructu sunt. Vergilius. Et custos furũ atq; auiũ cum falce saligna Hellespontiaci seruet tutela priapi. De Priapo legito Diodorum libro quinto. Quaq; per angustas. Hellespontũ designat: cui Helle uirgo nomen imposuit ut dictũ est. Nam ferunt phrixũ Athamantis Inonis nouercæ insidias declinantẽ una cum sorore Helle e græcia fugisse: quibus transfretantibus iuxta quoddã deor̃ oraculũ ex Europa in Asiam super aureo Ariete uirgo in mare delapsa dedit hellespõto nomen. autor Diodorus. Per angustas undas. Vastum enim mare præiacens Asiæ & ab Europa porrecto cherroneſi littore expulso angusto meatu irrũpit in terras septẽ stadiorum interuallo Europã auferẽs Asiæ hasq; angustias Hellespontũ uocant. autor Plynius. Virginis malæ uectæ. Helles quæ nõ peruecta fuit trans hellespontũ. Sestos abydea. In europa enim Sestos urbem. In Asia Abydon fuisse scribit Plyni⁹. In medio uero utriusq; urbis hellespontus fuit. Cyzicon. Cyzicon oppidum fuit ad propõtidẽ: quod (ut Florus scribit) fuit nobile arce: mœnibus: portu: turribusq; marmoreis: Asiaticæ plagæ littora illustrauit: cui Cyzicus (ut Pomponius docet) nomen indidit: quẽ Minyis imprudentibus q̃ colchos peterent susum ab Iasone cæsũq; accepisse refert. historiã legito apud Valerium Flaccum. Gentis æmoniæ. Gẽtis thessalæ propter Cyzicum Thessalum & Minyarum unum ut diximus. Minyæ enim familia fuit: q̃ olim Orcomenon in boetia tenuit. Postea in Thessaliam migrauit ad Iolcum. Vnde argonautæ oriundi sunt. Quæq; tenent ponto. A Cyzico se deinde ueniſſe dicit ad Thracium bosphorum: in cuius littore siniſtro in pontum Euxinum nauigantibus erat bizantium a Bizanto qui urbi imperauit ita appellatum ut scribit Diodorus. Polybius etiam lfbro quarto est autor. Bizantios urbem incolere quum natura loci munitissimã: tũ ad fertilitatẽ oĩum reg̃ opportunissimã. Ita. n. in ostio ipsius ponti sita est: ut neq; ingredi negotiator quisq̃: neq; egredi sine bizantior̃ consensu ualeat. De Bizantio ac eius muris cõstructis Milesio quadrato lapide legito Iustinũ libro nono: & Herodianũ in tertio. Gemini maris. Propontidis & maris Euxini: inter quæ maria sunt fauces: quæ Thracius bosphorus appellatur. de quo Polybius ita scribit: ponti ostiũ bosphorus Thracius appellatur: cuius longitudo ad centũ & uiginti stadia extenditur. Latitudo non est eadem ubiq;. Nã a propontide quidem: quod inter Calchedonem & bizantiũ spatii est quatuordecim continet stadia: a ponto uero quod fanũ appellatur: ubi primũ Iason qum e Colcho rediret. xii. dies fertur sacrificasse in Asia positum. x. stadiis distat ab Europa. Bosphorus aũt appellatus fuit (autore Solino) uel ab angustis meatibus boum peruiis uel a bouis ideſt Ius transitu. Vnde etiam Polybius scribit locũ Asiæ: ubi primũ Io cõstitisse in fabulis memoratur bouem appellatũ fuisse. Meotidis ẽt ostiũ appellatur Bosphorus Cimerius: cuius latitudo est. xxx. stadior̃. Longitudo. lx. Dionysius quoq; ita scribit. Nam neq; ægæũ amplius dicitur: neq; Pamphylicũ: neq; Cilicũ: sed angustũ mare eo usq; quo ad ostium thracis bosphori peruenerit: quaq; ferunt Io Iunonis pellicem: qum in boué fuisset mutata: illius consiliis enatasse. Vnde & bosphor̃ mare est appellatum. Hæc precor euincat. Precor ut hæc mea nauis propulsa uentis euincat & transeat cyaneas: ut dicat utranq; nauem peruenisse ad fauces bizantias⁹. Suæ aũt nauis ex eo loco cursũ reliqũ describit: alteri⁹ supprimit: uel certe hæc littora bizãtia accipe. Propulsaq; fortibus austris. Legit̃ ẽt in qbusdã exẽplaribus propulsaq; flatibus austri: nã pontũ ingredienti bus fauet Auster: egredientibus uero Aquilo. autor Polybius. Instabiles cyaneas. In ponto duæ sũt. M. d. passibus ab Europa. xiiii. milibus ab ostio Cyaneæ: ab aliis Simplegades ideſt concurrẽtes appellatæ: traditæq; fabulis inter se cõcurrisse: qm̃ paruo discretæ interuallo ex aduerso intrãtib⁹ geminæ cernebant̃:

Hellespontiacas illa relíquit aquas.
Dardaniamq; petit auctoris nomen habẽtẽ.
Et te ruricola lampsace tuta deo.
Quaq; p angustas uectæ male uirginis ũdas
Sestos abydea separat urbe fretum.
Híncque propõtiacis hærentem cyzicõ oris
Cyzicon æmoniæ nobile gentis opus.
Quaq; tenẽt põti byzantia littora fauces:
Hic locus est gemini ianua uasta maris.
Hæc p̃cor euicat: propulsaq; fortibus austris
Trãseat instabiles strennua cyaneas.

Dardãia

Lãpsacus

Priapus

Cur priapus deus hortorũ Helleſpõti nomen

Cyzicon

Minyæ

Bizantiũ

Proponti dis longitudo & latitudo

Bosphori appellatõ

Cyaneæ Symplegades

paulumq; deflexa acie coeuntium ſpeciem præbebant. autor Plynius. Iuuenalis. Nam citius Scyllam uel
Heniochi concurrentia ſaxa Cyanes. De Cyaneis legito etiam Herodotum. Heniochoſq; ſinus. Heniochi fuere i
ora maris Euxini in colchica regione montoſa: & importuoſa: qum eorum ora caucaſi pars ſit latroci-
niis maritimis uixere. Dicti autem ſunt ab Henioch is ideſt ab aurigis. Nam (ut ſcribit Strabo) Lacones
Heniochiam tenuere. Quor n duces Rhecas & Amphiſtratus fuere Caſtoris & Pollucis aurigæ. Vnde
Heniochi (ut par eſt) ex his ſunt nominati. Lucanus. Me marte feroces Heniochi. Notandum autem hic
Ouidium a cæteris diſſentire: qui ſtatim poſt thra
ciũ boſphorum ponit ſinus Heniochos: qum He
niochi fuerint a dextra Euxini in colchica regiõe
quaſi in extremo ipſius ponti. Ouidius uero ſini-
ſtrum tenuerit getici littoris: ubi ſũt ciuitates oẽs
q̃as nominat: præter heniochos: Quare magis le
gẽdum uidetur Thynniacoſq; ſin⁹: q̃ heniochos.
Thynniaſ Thynnias enim oppidum fuit in ora ponti ſini-
ſtra inter Cyaneas & Apolloniam: cui⁹ meminit
plyni⁹ Ptolemæus: ac ẽt Põponius. Thynniã eti
am promontoriũ eodem in loco fuiſſe: idem me-
minere: a quo Thynniacos ſinus poetam ſcripſiſ-
ſe potius crediderim q̃ heniochos. Strabo ſcribit
ex Apollonia ad Cyaneas inſulas ſtadia ſunt. M.
&. d. In eo autem interuallo Thynnia Apolloniа
Tymnias tarum ager. Eſt præterea Tymnias promontoriũ
de quo Proptius. Grata domus nymphis humi-
Apollõia da tymniacis. Per apollinis urbẽ. Apollõia urbſ
fuit Aſticæ regionis Anthium olim appellata ſita in littore getico: ut docet Plynius & Ptolemæus. Fuit
& Apolloniatarum inſula citra Iſtrum. lxxx. milia paſſuum a boſphoro thracio: ex qua. M. Lucullus Ca
pitolinum Apollinem aduexit. autor Plynius. Videtur tamen hic Ouidius non eam urbem ſupradictam
ſed inſulæ urbem deſignare per Apollinem: de qua ita ſcribit Strabo. Poſtea Apollõia a ſacro oſtio Iſtri
ſtadiis. M. ccc. Mileſioꝝ colonia: cuius maior muri portio q̃dã in exili cõdita iſula ẽ. Vbi Apollinis ſacel
lũ exiſtit: quo ex loco. M. Lucull⁹ coloſſũ extulit & i capitolio collocauit. Fuit aũt Apollinis ſtatua Cala-
midis opus. Sub anchiali mœnia. Anchiala ſeu Anchialos caſtellũ fuit ab Apolloniatis conditũ: q̃ &
Anchiala Pollonia dicebatur. Fuit autem in ora getici littoris. Getæ autem hi dicebantur: qui ad pontum in orien-
Getæ tem uergunt. Daci uero qui in oppoſitum uerſus Germaniam & ad Iſtri fontes. Getas enim græci thra-
Daci ces opinati ſunt: qui utrunq; iſtri latus incolebant. autor Strabo. Inde meſembriacos portus. Ab An-
Meſem- chialo inquit nauis mea in portum Meſembriacum perueniat. Meſembria enim Megarenſium fuit colo-
bria nia: quam antea Menebram uocabant: ueluti Menopolis: ideſt Menæ ciuitas: eius enim ædificator Me-
nas appellabatur. Brea uero ſermone Thracio ciuitas nominatur: ſicut & Selyos oppidum Selymbria di
cta eſt autore Strabone. Et opeſon. Legendum eſt Odeſon. Nam Strabo. Pomponius. Plynius. Appi
Odeſos anus. & Ptolemæus ita appellant eam urbem Mileſiorum coloniam. Dictas nomine bacche tuo. Dio
Dionyſio nyſiopolim dicit quæ urbs fuit in eadem ora Crunos antea dicta a ſalientibus aquis: qui græce Cruni ap
polis pellantur. Eam enim alluit Ziras amnis ut ſcribit Plynius. Et quos alcathoe. Calathim urbem uidetur
Crunos deſignare poeta: quæ in littore getico ſita antea (autore Plynio) uocabatur Aceruetis. Strabo tamen eam
Cruni Heraclienſium. Pomponius uero Mileſiorum non Alcathoes coloniam fuiſſe ſcribunt. Nam de Meſem
Calathis bria non loquitur poeta: quam ſuperius poſuit: nec de Calchedone: quæ quanuis fuerit Megarenſium
Calchedõ colonia: ut docet Thucydides: ac etiam Strabo: tamẽ in ore ponti ſita ad Thracium Boſphorum e regi
one Bizantii diuerſa fuit a poetæ curſu. Alcathoe autem (ut ſcribit Pauſanias) fuit arx Megarenſium ab
Alcathoe Alcathoo Pelopis filio dicta: de qua in Ouidium de remedio amoris plura diximus. Ad urbem Mi
letida. Ad urbem Iſtropolim a Mileſiis conditam: ut Strabo & Plynius ſcribunt. Ea autem a ſacro Iſtri
Iſtropolis oſtio occurrebat ad ſtadia. d. Inde dextrorſum habenti littus fuit Tomos oppidulum alterum ad. cc. l.
ſtadia: de quo hic magis placet intelligas q̃ de Iſtropoli. Nam eius exilii locus fuit Tomos non Iſtropo-
Tomos lis. Quod autem Tomon miſſa fuerit Mileſiorum colonia: docet etiam Plynius his uerbis. In ea parte ur
bes habet Iſtropolim: Mileſiorum Tomon: quanuis non deſint qui legant Iſtropolim Mileſiorum. Ego
uero Tomon etiam Mileſiorum coloniam intelligi: ac legi poſſe affirmo: quod hic aperte docet Ouidius
ut in nona tertii libri elegia etiam ſignificantius exprimit. Vos quoq; tyndaridæ. Qum argonautæ li-
berata Heſione e troia in colchon ad deſtinatum certamen nauigarent: magna tempeſtate coorta cæteris ſa
lutem deſperantibus ſolum Orphea tradunt religionis peritum uota pro ſalute Samothracibus feciſſe: ex
Caſtor & temploq; tempeſtate ſedata: qum duo aſtra ſupra Pollucis & Caſtoris capita cecidiſſent: eo miraculo ſtu-
pollux in pentes credidiſſe deorum prouidentia ſe a periculis exemptos: quo facto contigit: ut quos poſtmodum
ſamothra maris agitaret tẽpeſtas Samothracib⁹ uota p ſalute facerẽt: aſtraq; apparẽtia ad Caſtorem Pollucẽ r: ferrẽt
cia colebã autor Diodorus. Quibus uerbis patet in Samothracia Caſtorem & Pollucem coli ſolitos: quod etiam
tur

Heniochoſq; ſinus: & ab his p apollinis urbẽ
Vecta ſub anchiali mœnia findat iter.
Inde meſembriacos port⁹: & odeſon & arces
Prætereat dictas nomine bacche tuo.
Et quos alchatoæ memorãt a mœnibus ortoſ
Sedibus his ꝑfugos conſtituiſſe lares.
A qbus adueniat miletida ſoſpes ad urbem:
Offenſi quo me contulit ira dei.
Hæc ſi cõtigerit: meritæ cadet agna mineruæ
Nõ facit ad nr̃as hoſtia maior opes.
Vos quoq; tyndaridæ: quos hæc colit inſula
Mite ꝑcor duplici numẽ adeſte rati. (frẽs:

uidetur Varro designasse. Necꝙ inquit (ut uulgus putat) hi Samothraces dii: qui Castor & Pollux. Altera. Nauis mihi comes. Symplegadas ire per altas. Per Cyaneas insulas: Nauigabat enim aut in colchicam regionem: aut etiam ulterius ad paludem Mæotida nauis alterius magister. Sunt qui legãt per arctas symplegadas: hoc est modico interuallo inter se distantes. Altera. Nauis mea. Bistonias aquas. Thraciæ partem illam intellige: quæ alluitur Euxino: hoc est geticum littus. Loca diuersa. Ego enim litt⁹ sinistrum teneo: ille uero dextrum.

Altera nanꝙ parat symplegadas ire per altas:
Scindere bistonias altera puppis aquas.
Vos facite ut uentos loca cũ diuersa petamꝰ:
Illa suos habeat: nec minus ista suos.
Ittera quæcũꝙ ẽ toto tibi lecta libello.
Est mihi sollicitæ tẽpore facta uiæ.
Aut hæc me gelido tremerẽ cũ mẽse decẽbri
Scribentẽ mediis adria uidit aquis.
Aut postquã bimarẽ cursu supauimꝰ isthmõ
Alteraꝙ est nostræ sumpta carina fugæ.
Quod facerẽ uersus iter fera murmura põti:
Cycladas ægæas obstupuisse puto.
Ipse ego nũc miror rãtis animiꝙ marisque.
Fluctibus ingenium nõ cecidisse meum.
Seu stupor huic studio: siue ẽ isania nomen:
Omnis ab hac cura mens releuata mea ẽ.
Sæpe ego nimbosis dubius iactabar ab hædis.
Sæpe minax steropis sydere pontus erat
Fuscabatꝙ diem custos erimãthidos ursæ:

In Vndecimam Elegiam Enarratio.

Ittera quæcũꝙ est. Excusat se Ouidiꝰ si qd forte in eius carmine incultũ fuerit & minus elegans: culpãꝙ huiꝰ rei oẽm reiicit in tempestatẽ & fluctus: q bus strepentibus se hæc scripsisse narrat. Toto libello. Toto hoc primo tristiũ libro. Viæ solicitæ. Viæ nõ qetæ: sed solicitudis plenæ. Adria. Mare adriaticũ ita appellatum ab Adria urbe illyrico mari proxima: ut docet Iustinꝰ libro. xx. idẽ scribit Liuius ab urbe cõdita libro quinto his uerbis. Tuscoꝝ ante romanoꝝ imperium late terra mariꝙ opes patuerunt. Mari supero inferoꝙ quibus Italia insulæ modo cingitur: quantum potuerint: nomina sunt argumẽto: ꝙ alteꝝ tuscũ communi uocabulo gẽtis. Alterũ Adriaticũ mare ab Hadria tuscorũ colonia uocauere italicæ gentes. Græci eadem Tyrrhenum atꝙ Adriaticum uocant. Plynius scribit ab Atria oppido hetruscorũ Atriaticum mare: quod postea adriaticum dixere appellatum fuisse. De Atria ita scribit Stephanus. Atria hetruscorum a Diomede cõdita est. Aethra primo nominata. Eustathius refert Adriaticũ mare & ab oppido & a flumine appellatum fuisse. Adriaticũ mare

Isthmum bimarem. Peloponesi Isthmum qui alluitur mari ægæo & Ionio. Isthmus autem dicitur ea terræ angustia: quæ inter duo maria iter porrigit ad cherronesum: ut diximus. Eum locũ perfodere nauigabili alueo tentauere Demetrius rex: Dictator Cæsar. C. princeps. Domitius Nero infausto (ut omniũ patuit exitu) incepto. autor Plynius. Isthmus bimaris

Cycladas ægæas. Cyclades insulæ sunt in mari ægæo quas. xii. tñ fuisse scribit Strabo. Dictæ autem sunt ꝙ circa Delum in Cyclon ideſt in orbem sitæ sunt. ut Plynius scribit. Idem docet etiam Solinus his uerbis. Cycladas autumant inde dictas ꝙ licet spatiis lõgioribus a Delo proiectæ in orbem: tamen circa Delum sitæ sunt. & Dionysius. Quæ uero primã Asiæ frõtem tenent: & circũsistunt Delon ab ea circuitione Cyclades a græcis sunt appellatæ. uerum omnes Apollini dicatæ. Sacra illi & choros agunt nouo potissimum instante uere: atꝙ eo tunc qum incipit e montibꝰ luscinia canere. Pomponius etiam docet Cycladas dictas ꝙ in orbem iacẽãt: κυκλοῦ enim orbem significat. Quare falsum est quod de Cycladibus Seruius scribit in. iii. æneidos. Cyclades

Seu stupor. Seu quædã alienatio sensuum. Huic studio. Huic facultati. Sensus est. Seu stupor seu insania quædam inest huic studio poetico: quod homines stupidos & insanos reddat: certe mẽs mea est alienata & stupet. Seruii error

Ab hædis nimbosis. Ab hædis nimbum & tempestatem inducentibus. Hædi oriuntur (autore Columella) quinto calendas octobres Fauonio flante nunq̃ Austro cum pluuia. hi autem in ortu & occasu tempestatem pluuiãꝙ faciunt. Manlius. Hunc subeunt hædi claudentes sydere pontum Nubibus & mũdi nutrito rege capella. Hædi nimbosi

Sæpe minax steropis. Per sydus Steropis Pleiades intelligit. Fuit autem Sterope una ex septem pleiadibus quæ fuere filiæ Pleones & Atlantis. Oriuntur enim quarto nonas apriles. Ouidius in fastis. Pleiades incipient humeros reuelare paternos: Quæ septem dici sex tamen esse solent. Columella scribit sexto idus octobres Vergilias exoriri uespere Fauonio spirante: & interdum Africo cum pluuia. Verum. xiii. &. xii. calendas nouembris solis exortu occidere & tempestatem significare. Hæ uergiliæ a nostris appellãtur: ꝙ in uere oriuntur. Cur autem sex dicãtur qum septem fuerint: & quomodo inter sydera collocatæ sint a Ioue Higinius & Ouidius in fastis docent. De Hædis & pleiadibus plura diximus in enarratiõibus nostris in Ouidium de arte amandi. Sterope Pleiades

Custos erymanthidos ursæ. Arctophylaca intelligit: in cuius zona ẽ stella arcturus: cuius ortus & occasus tempestates grauissimas facit. Vergilius. Præterea tam sunt arcturi sydera nobis Hædorumꝙ dies seruandi. De Arcturo ita scribit Cicero libro secundo de Natura deorum in uersibus Arati ab eo conuersis. Arctophylax uulgo qui dicitur esse bootes. Quod quasi temone adiunctam præ se quatit arcton Huic etenim subter ꝓcordia fixa uideꝫ Stella micans radiis arcturꝰ noie claro. Vergiliæ

Arctophylax Arcturus

Hyades Suculæ

Aut hyadas sæuis. Tauri caput (autore Cicerone) consparsum est stellis frequentibus: quas stellas græci hyadas uocitare consueuerunt a pluendo ὕειν enim est pluere. Nostri imperite Suculas quasi a suib⁹: in cuius formatæ sunt faciem non ab imbribus nominatas uolunt. De huius nominis origine plura Seruius super eo uersu. Arcturum pluuiasq; hyadas. Higinus ita eas appellatas refert ex musæi sentētia q̄ ex Atlāte & Hya oceani filia sint quindecim filiæ procreatæ: quarum quinq; hyadas appellatas demonstrat q̄ earum Hyas fuerit frater a sororibus plurimuq; dilectus: qui cum uenans a Leone esset interfectus q̄nq; lamētatiōibus assiduis permotæ dicunt interiisse Quare eas q̄ plurimum de eius morte laborarēt Hyadas appellatas. Alii q̄ Hyadis & Boetiæ fuere filiæ. Pherecydes Athenienſis eas scribit Liberi fuisse nutrices numero septē: quæ antea nymphæ Dodonides sunt appellatæ. Harum nomina sunt hæc. Ambrosia. Eudora. Padile. Coronis. Polisso Phyleto. Thyene. Hæ dicuntur a Lycurgo fugatæ & præter Ambrosiam omnes ad Thetym profugisse: quæ ad thebas liberum perlatum Iunōi tradiderunt. Quam ob causam ab Ioue gratia eis est relata: q̄ inter sydera sunt constitutæ. Scribit Columella Suculas. xii. Iunias exoriri & septentrionales esse uentos: nonnunq̄ Austrum cum pluuia Seruius etiam scribit earum ortus pluuias inducere. Hauserat hyadas. Tenuerat hyadas. Vergilius. Medium sol igneus orbem Hauserat. Contenti rudentes. Funes nauis extenti. Cōtingam portum: Perueniam in portum aliquem littoris thraciæ. Habet plus timoris. Quia thraces appellentes eorum littoribus interficiunt. Nam si mul insidiis. Simul timeo maris ꝓcellas & thraciæ littoris insidias. Ille meo uereor. Illum pro aliquo posuit. Barbara pars leua est. Designat Thraciæ littus: quod ponto alluitur: quod scribit Strabo desertum esse: petrosū: importuosum: ad aquilonis flamina late patens & apertū: ad quod naufragio eiecti ab oppidanis spoliantur thracia gente superhabitante: Idem alibi etiam docet mare Euxinum nulli patuisse nauigationi & proinde Axenon idest inhospitalem pontum appellari propter tempestuosa & per hiemes intercluſa loca & accolarum immanitatem maxime Scytharum hospites immolare solitorū: & humanis uescētiū carnibus & pro pateris caluarias usurpantium

Hyadum nomina

Littus genitum

Turbidiora. Inquietiora & magis æstuosa: ex quo designat mentem curis & timore inquietam non posse artis poeticæ studiis uacare. In nostris hortis. Scribebant quidam in hortis credentes aptissimam in hoc cœli libertatem locorumq; amœnitatem sublimem animum & beatiorem spiritum parare: Qui quidem secessus Fabii iudicio iucūdus magis q̄ studiorum hortator uidetur esse: Nam siluarum amœnitas & præterlabentia flumina & inspirantes ramis arborum auræ uolucrumq; cantus & ipsa late circunspiciendi libertas ad se trahunt: ut remittere potius ista uoluptas uideatur cogitationem q̄ intendere: Vnde legimus Demosthenem recubuisse in loco ex quo nulla exaudiri uox: & ex quo nihil prospici posset. Brumali luce. Hibernis diebus charta feritur undis. Charta aspergitur maris fluctibus dum hæc scribo. Rigidas minas. Asperas procellas. Vincat hiems hominem. Id est cogat me hiems a scribendi opera desistere. Sed eodem tempore Hiemē precor. ut pariter desistamus. Modum carminis: Finem scribendi. Illa sui. Illa hiems statuat modum sui: ideſt desinat sæuire.

Locus scribētis qualis

Aut hyadas sæuis hauserat auster aqs.
Sæpe maris pars itus erat: tamē ipse tremēti
Carmina ducebā qualiacunq; manu.
Nūc quoq; cōtenti strident aquilone rudētes
Inq; modum tumuli cōcaua surgit aqua.
Ipse gubernator tollens ad sydera palmas
Expoſcit uotis immemor artis opem.
Quocūque aspexi nihil ē nisi mortis imago:
Quā dubia timeo mēte: timēsque p̄cor:
Cōtingā portum: portu terrebor ab ipso:
Plus habet infesta terra timoris aqua.
Nā simul insidiis hoium pelagique laboro.
Et faciūt gemınos ensis & unda metus.
Ille meo uereor ne speret sanguine p̄dam:
Neu titulū nostræ mortis habere uelit.
Barbara pars leua ē auidæ substructa rapinæ
Quā cruor & cædes bellaq; semp habent
Cumq; sit hibernis agitatū fluctibus æquor:
Pectora sunt ipso turbidiora mari.
Quo magis his dbes ignoscer cādide lector:
Si spe sint ut sunt inferiora tua.
Nō hæc i nostris ut quōdam scribim⁹ hortis
Nec cōsuete meū lectule corpus habes:
Iactor in idomito brumali luce profundo.
Ipsaque ceruleis charta feritur aquis.
Improba pugnat hyēs. idignaturq; qd ausim
Scribere se rigidas incutiente minas.
Vincat hyems hominē sed eodem tpe quæso
Ipse modū statuam carminis: illa sui.

BARTHOLOMAEI MERVLAE IN SECVNDVM LIBRVM OVIDII DE TRISTIBVS ENARRATIONES.

QVID mihi uobiſcum eſt. Precatur Auguſtum Ouidius: ut ſi non reditum uelit: mitius tamen ac tutius exilium concedat: dicitq; ſe tentare ſi forte carmina quæ illi antea nocuere: nunc poſſint ſalutem reddere quemadmodum Achillis haſta: quæ Telephum & uulnerauit & ſanauit. Longo igitur & artificioſo carmine conatur Cæſarem placare oſtendens ſe multa de eo ſcripſiſſe: enumeratq; poetas alios q̃pluri mos: qui nunq̃ ulla clade affecti ſunt: q̃uis mordacia aut turpia poemata ediderint. Quid mih uobiſcũ eſt. Apoſtrophe ẽ ad libellũ. Eſt aũt ordo O libelli appoſitiue cura infœlix qd ẽ mihi uobiſcũ. Ingenio meo. Nã pp p̃cepta artis amatoriæ ſũ in exiliũ electus. Muſas mõ dãnatas. Carmina mea q̃ paulo ante Auguſt⁹ dãnauit. Eſt ãt hoc quoq; p̃ appoſitionẽ dictũ. Fœia uirq;. Nã do cui & uiros & fœias amare in libris de arte amandi: qđ ipſe libro. iii. de arte amãdi ẽt docet eo uerſu. Arma dedi danais in amazonas arma ſuperſũt

PVBLII OVIDII NASONIS DE TRISTIBVS LIBER SECVNDVS.

Vid mihi uobiſcũ eſt
infœlix cura libelli
Ingenio perĩi qui miſer ipſe meo?
Cur mõ dãnatas repeto mea carmĩa muſas
An ſemel eſt pœnam commeruiſſe parũ.
Carmĩa fecerũt ut me cognoſcere uellent
Omine nõ fauſto fœmina: uirq; meo.
Carmina fecerũt ut me moreſq; notaret
Iam pridẽ inuiſa cæſar ab arte meos.
Deme mihi ſtudiũ: uitæ quoq; crimĩa demes
Acceptum refero uerſibus eſſe nocens.
Hoc pretium uitæ uigilatorumque laborum
Cepimus: ingenio eſt pœna reperta meo.
Si ſaperem: doctas odiſſem iure ſorores:
Numĩna cultori pernicioſa ſuo.
At nunc tãta meo comes eſt inſania morbo:
Saxa memor refero rurſus ad icta pedẽ:
Scilĩcet ut uictus repetit gladiator harenam:
Et redit ĩ tumidas naufraga puppis aquas
Forſitan ut quõdã teuthrantĩa regna tenenti:
Sic mihi res eadẽ uulnus opemq; feret.
Muſaq; quæ mouit: motã quoq; leniet iram:
Exorant magnos carmĩna ſæpe deos.
Ipſe quoq; auſonias cæſar matreſq; nuruſq;
Carmina turrigeræ dicere iuſſit opi.

Ab arte ĩuiſa. A p̃ceptis de arte amãdi illi odiosis. Deme mihi ſtudiũ. Adime mihi laſciuiam ſcriptoꝝ meoꝝ. Idẽ ẽt Martialis: Laſciua ẽ nobis pagina: uita ꝓba ẽ. & Catullus. Nã caſtũ eẽ decet piũ poetã ipſũ: uerſiculos nihil neceſſe eſt. Acceptũ refero uerſib⁹. Fateor me a uerſibus accepiſſe.

Hoc p̃tiũ uitæ. Hoc p̃miũ uitæ anteactæ: q̃. ſ. pœnã ingenio reppi. Saxa memor refero. Ordo ẽ. Ego memor rurſus refero pedẽ ad ſaxa icta hoc ẽ ad ſaxa pede peuſſa: aut certe icta pro ictus accipiẽ. Forſitã ut quõdã. Hiſtoriã Telephi diximus in enarratõe eiꝰ uerſus Ouidii de remedio amoris: Vulnꝰ achilleo q̃ quõdã fecerat hoſti Vulneris auxiliũ pelias haſta tulit: & Diodorus. libro qnto eã refert. Teuthrãtia regna. Myſiæ regnaꝫ q̃ tenuit rex Teuthrãtus: q uirili ſtirpe carẽs Argiopen filiã Telepho deſpõdit: eũq; reliqt regni ſucceſſorẽ. Mouit irã. Iraſci fecit Auguſtũ. Carmina turrigeræ. Opẽ turrigerã eã ẽ quidã exiſtimãt quã bonã deã appellabãt. Nã illã Faunam opẽ & fatuã noĩatã fuiſſe libris põtificum ſcribit Macrobi⁹. Sũt ẽt q dicãt hãc deã potẽtiã hr̃e Iunonis. Eãdẽ alii ꝓſerpinã. Alii Semelen credidẽrũt. Magis placet de ope Saturni cõiuge intelligas de qua ita ſcribit Macrobi⁹. Opẽ Saturni cõiugẽ crediderũt: & ideo eodẽ mẽſe Saturnalia & Opalia celebrari cõſueuerũt: q̃ Saturn⁹ eiuſq; uxor tã frugũ q̃ fructuũ repertores eẽ credanꝫ. Itaq; omni iam fœtu agroꝝ coacto ab hoĩbus hos deos coliſſi uitæ cultioris autores: quos ẽt nõnullis cœlũ & terrã eẽ pſuaſũ ẽ: Saturnũq; a ſatu dictũ. cui⁹ cã de cœlo eſt & terrã opẽ: cui⁹ ope humanæ uitæ alimẽta q̃runꝫ: uel ab ope: p qđ fructus frugeſq; naſcunꝫ. Huic deæ ſedẽtes uota cõcipiũt. Terrãq; de induſtria tãgũt demõſtrãtes ipſam matrẽ terrã eẽ mortalibus appetẽdã: Philochor⁹ Saturno & Opi primũ in attica ſtatuiſſe arã Cecropẽ dicit: & eos pro Ioue terraq; coluiſſe: inſtituiſſeq; ut p̃es familiaꝝ & frugib⁹ & fructib⁹ iã coactis paſſim cũ ſeruis ueſcerenꝫ: cũ qb⁹ patiẽtiã laboris ĩ colẽdo rure tolerauerãt. Delectari eniꝫ deũ honore ſeruoꝝ cõtẽplatu laboris. Hui⁹ deæ ædes fuit in capitolio ut ſcribit Liui⁹ de bello Macedõico libro. ix. Huic ãt deæ ſacrificari & carmĩa cãtari iuſſiſſe Auguſtũ credideri: ut dea redderet mortalib⁹ uitæ alimẽta: ſub eo. n. famẽ ſitimq; ĩ Italia fuiſſe Plyni⁹ ẽ autor. Opi turrigeræ. Opi coronã turritã gerẽti. ea n. é terra ut dixim⁹: cui ſuppoſitæ ſũt ciuitates: quas ĩſignitas turrib⁹ cõſtat: ut ẽt Serui⁹ ſcribit. Potes ẽt accipe carmĩa hæc a matrõis Auguſti iuſſu cãtata fuiſſe ludis Megaleſiacis: quos ĩ palatio añ tẽplũ in ipſo mr̃is magnæ cõſpectu Magalẽſibus fieri: celebrariq; uoluerũt: q fuerũt more inſtitutiſq; maxime caſti: ſolennes: religioſiq;: ut Cicero docet in oratione de haruſpicum reſponſis. Superior ſententia magis placet

Bona dea

Ops Saturni coniunx

Opalia

Saturnus

Ops turrigera

Sæculares ludi Sæculum

Iusserat & phœbo dici. Sæculares ludos designat: qui fiebãt post centũ annos: quia sæculũ in centũ annos extendi existimabant: ut scribit Pompeius. Censorinus scribit Sæculũ esse spatiũ uitæ humanæ lõgissimũ partu & morte diffinitũ. Idẽ paulopost ita scribit. Romanoꝝ aũt sæcula quidã ludis sæcularib⁹ putant distingui: cuius rei fides si certa est: modus [illegible]mani sæculi est incertus. Temporꝝ. n. interualla: quibus [illegible]tro ignoratur: sed ne quidẽ quanta esse debeant scitur. Nam ita institutũ esse: ut centesimo quoq; a[illegible] fierent: id tũ Antias aliiq; historici autores sunt. Tũ Varro de scænicis originibus libro. i. ita scriptũ reliqt

Iusserat & phœbo dicí: quo tẽpore ludos
Fecit: quos ætas aspicit una semel.
His precor exemplis tua tũc mitissime cæsar
Fiat ab ingenio mollior ira meo.
Illa quidẽ iusta est: nec me meruisse negabo:
Non adeo nostro fugit ab ore pudor.
Sed nisi peccassem tu quid cõcedere posses?
Materiã ueniæ sors tibi nostra dedit:
Si quoties peccent hoies: sua fulmina mittat
Iuppiter: exiguo tempore inermis erit.
Nũc ubi deronuit: strepituq; exterruit orbẽ:
Purũ discussis aera reddit aquis:
Iure igitur genitorq; deum rectorq; uocatur
Iure capax mundus nil ioue maius habet.
Tu quoq; cum patriæ rector dicare paterq;.

Tarentini ludi

Qum multa portẽta fierent: & murus & turris: q̃ sunt inter portã Collinã & Gabiusam de cœlo essent tacta: & ideo libros sibyllinos decẽuiri adiissent: renunciauerunt uti Diti patri & Proserpinæ ludi Tarentini in campo Martio fierent: trib⁹ noctibus & hostiæ furuæ imolarentur: utq; ludi centesimo quoq; anno fierent. Itẽ. T. Liuius libro. c. xxxvi. eodẽ anno ludos sæculares Cæsar ingẽti apparatu fecit. Quos cẽtesimo quoq; anno (is enim terminus sæculi) fieri mos: utq; decimo cẽtesimo quoq; anno repetant tã cõmentarii. xv. uirorũ: q̃ diui Augusti edicta testari uidentur: adeo ut Horatius Flaccus in carmine: quod de Sæcularibus ludis cantatũ est. id tẽpus hoc modo designauerit.

Certus undenos decies per annos Orbis ut cantus referatq; ludos Ter die clara totidẽq; grata Nocte frequentes: quib⁹ uersibus patet Sæculares ludos centesimo decimo anno fieri solitos. Illud obiter

Censorini locus emẽdatus

monendũ uidetur Censorini locũ antea adductũ perperam ita legi. Quæ sunt inter portã Colinam & quibusdã. alii Exquilinã legunt: nos non quibusdã: non exquilinã: sed Gabiusam emendauimus. Fuit. n. porta Gabiusa Romæ: inter quã & Collinã portã Quirinalis fuisse legit: sic appellata q̃ recta in Gabios duceret. Eam de cœlo tactã fuisse cõmemorat Liuius. Carminis autẽ Sæcularis (ut scribit Acron) duplex deuotio esse cõsueuerat: aut enim pro sedãda uel p uitãda pestilẽtia: aut pro certo & constituto numero annorꝝ: Centesimo. n. decimo (ut dixim⁹)

Ludorum sæculariũ ritus

anno in capitolio a pueris & puellis impuberibus cantabatur. Fiebãt aũt ludi sæculares (ut tradit Zosimus græce referens Sibyllinos uersus super his editos) in campo Martio & noctu & interdiu: parcis aũt furuæ agnæ mactabant Caprigenũq; pecus. Similiter & Dianæ. Terræ uero Scropha. Ioui Tauri candidi interdiu. Iunoni nitida iuuenca. Apollini pæanas latini pueri patrimi & matrimi: & puellæ patrimæ & matrimæ canebant in templo: nuptæ ad aram Iunonis orabant. Accipiebãt februa uiri & fœminæ: sed in primis fœminæ: deinc in tẽplis fere oĩbus primitias diis offerebãt. sic. n. agẽdo toti Italiæ romanos dñaturos in libris Sibyllinis scriptũ erat. Primo igit die. xv. uiri mane capitoliũ ascẽdebãt: ibiq; sacra de more faciebãt. Tũ in theatris cõueniebãt ad ludos in honorẽ Apollinis & Dianæ faciendos. Sequẽti uero die nobiles matrõæ cõueniebãt in Capitoliũ: supplicabãt deo: freq̃ntabãt lectisternia: canebãt hymnos Tertio deniq; die in tẽplo Apollinis palatini ternoueni pueri p̃textati: totidẽq; uirgines p̃rimi oẽs & matrimi græca rõanaq; uoce carĩa & pæanas cõcinebãt: qb⁹ & ip̃iũ & incolumitatẽ populi diis cõmẽdabãt. Ludi aũt celebrabant oĩb⁹ theatris oĩum generꝝ & sacrificia tẽplis oĩbus fiebãt noctu pariter atq; interdiu.

Primi ludi sæculares

Prim⁹ aũt Valeri⁹ publicola cõsul post reges exactos sæculares ludos instituit post Romã cõditã ãnis. ccl. Quintos aũt ab his Cæsar Augusti⁹ & Agrippa fecerũt: qbus uero cõsulib⁹ reliq facti fuerint & qb⁹ tpib⁹ abũde Cẽsorin⁹ refert.

Tonitrua

Vbi detonuit. Postq̃ tonare desitũ est: quasi dicat: post pluuiã solet Iupiter sereni tatẽ terris inducere. Scribit Plyni⁹ Tonitrua esse impactorꝝ igniũ plagas: ideoq; p̃tinus corruscare igneas nubiũ rimas: Anaximãdrus dixit Tonitrua esse nubis ictæ sonũ. Aristoteles multo antẽ ignẽ colligi non putat: sed eodẽ momento exilire quo fiant: cuius sententia talis est. Duæ partes in imo iacent terra & aqua utraq; ex se reddit aliquid. Terreus uapor siccus est & fumo similis qui uẽtos fulmina & tonitrua facit. Aquaꝝ halitus humidus est: & in imbres & niues cadit. Sed siccus ille terrarũ uapor in uentis origo est. quia coacetuatus est: qum coitu nubiũ uehementer a latere eliditur: deĩde ut latius feriat nubes proximas hæc plaga cum sono incutitur: qualis in nostris ignibus redditur: qum flamma uitio lignorum uirentiũ crepat. Et illic spiritus habens aliquid humidi secum cõglobatusq; rumpitur flamma. Eodem modo spiritus ille quem paulo ante exprimi collisis nubibus dixi impactus aliis non rumpi nec exilire silentio potest. Dissimilis autem crepitus fit ob dissimilem impactionem nubium. Quare aliæ maiorem sonitum habent. aliæ minorem. Cæterum illa uis expressi spiritus ignis est: qui fulgurationis nomen habet leni impetu accensus & uanus. Ante autem uidemus fulgorem q̃ sonum audiamus. quia uelocior est oculorum sensus: & multum aures antecedit.

Vtere more dei. More Iouis post tonitrua serenitatem induc. ex quo latenter reditum precatur. Numen habentis idem. Habentis eandem diuinitatem quam tu quoq; habes. Tu ueniã partho. Augustꝰ finito hispano bello in syriam ad componendum orientis statum peruenit: metumq; phraharti iniunxit ne bellum parthiæ uellet inferre. Itaq; tota parthia captiui ex Crassiano siue Antonii exercitu recollecti: signaq; cum his militaria Augusto remissa. Sed & filii nepotesq; Phrahartis obsides Augusto dati: pluscq; Cæsar magnitudine nominis q̃ armis alius imperator facere potuisset, autor Iustinus. De expeditiõe parthica plura diximus in Ouidiũ de arte amandi: quam non a Tiberio sed a Caio sumptam fuisse in secunda editione emendauimus Senecæ autoritate. Sunt tamen (quod magis etiam placet) qui hunc uersum ita legant. Tu ueniam parti superatæ sæpe dedisti: ut ad multos bellis ciuilibus superatos referatur. Nam Tráquillus ita scribit in Augusto. Clemẽtiæ ciuilitatisq; eius multa & magna documenta sunt: ne enumerem quot & quos diuersarum partium uenia & incolumitate donatos principem etiam in ciuitate locum tenere passus sit. Qui tulerant in caput arma tuum. Plynius quoq; meminit Augusti uitam sæpe fuisse insidiis petitam: quo in loco plura scripsimus autoribꝰ Seneca & Tranquillo. Quæq; dies bellum. Sẽsus est. Eodem die quo coniuratio in te patuit cõiuratis ueniam placatus dedisti. Parsq; simul. Coniurati templis deorum dona optulere ob placatum imperatorem: tu uero ob mortis periculũ quod euasisti. Sic cur se uictum. Sic hostis tuus cognoscit se uictum iusta de causa. Contraria arma. Bella tibi aduersa. Per tertia numina. Per aquas. Cœlestia sydera tarde. Sero morereris & in cœlum ires. Sic Oratius Serus in cœlum redeas diuq; Lætus interfis populo quirini. Crimina nostra. Nostræ criminationes. Nam librorum de arte amandi causa me in exilium eiecisti. Est autem appositio nota figura. Inspice maiꝰ opus. Aspice metamorphosim. Gorpora uersa Corpora transformata. Inuenies uestri. Laudat in met. & in calce potissimum Iulium Cæsarem & Augustum. Nec quo. Nec qua ratione. Fama Ioui supersit. Iupiter satis magnam famã habet adeo ut illius etiam multum supersit. Belli gigantei. Belli suscepti contra gigantes. Animaduersum a Ioue in gigantes ob eam causam dicunt q; magnitudine ac robore corporis confisi aduersis legibus & multa ægerint in homines iniusta: & propinquas gentes in seruitutem redegerint bellumq; his intulerint: qui ob singularia in omnes nationes beneficia dei sint existimati: eos autẽ Iupiter sustulit. In Creta quidem Milinum. In phrygia Tiphonẽ. Ante pugnã quæ cũ gigantibus in Creta habita est Iouẽ sacrificasse dicunt soli cœlo: ac terræ bouem: quæ sacra Iouẽ superiorẽ fore portẽdentia primũ uires & ab hostibꝰ defectionẽ: tñ finem belli futurq; mõstrarũt. Musæus qppe ab eis desciuit: ob idq; ei honores tributi. ab diis aũt oẽs hostes cæsi sunt. Sed & aliis quoq; diis ꝑsidiũ belli tulisse aduersus gigantes cõstat. Macedones qdẽ circa Palenẽ: Italos in campo quẽ a loci cõflagratione phlegræũ: postmodũ Cymeũ cognominarũt a colle: q olim plurimũ ignis instar ætnæ in Sicilia euomẽs nũc Vesuuius multa seruans ignis antiqui uestigia. In eo campo tradũt fuisse hoẽs admodũ fortes: & ob eoꝝ scelera gigãtes appellatos: qui cognito Herculis aduentu instructis copiis oẽs ei obuiã profecti sunt: acriq; cõmissa pugna (pollebant enim uiribus) ferunt diis adiutoribus superiorem Herculem pluribus eorum ĩterfectis eam regionẽ omni feritate purgasse. Autor Diodorus. Hic autem per bellum giganteum intelligendum est de eo quod gestum est contra Titanũ & eius filios. Titanus enim cœli filius uxorem habuit terram: ex qua plures suscepit filios: cum quibus ad-

Augustus in syriam uenit

Bellũ giganteum

Titanus

Vtere more dei numẽ habentis idem.
Idq; facis: nec te quisquã moderatius unquã
Imperii potuit frena tenere sui.
Tu ueniã partho superato sæpe dedisti:
Non concessurus quam tibi uictor erat.
Diuitiis etiam multos & honoribus auctos
Vidi qui tulerant in caput arma tuum.
Quæque dies bellum: belli tibi sustulit iram.
Parsque simul templis utraq; dona tulit:
Vtq; tuus gaudet miles qui uicerit hostem
Sic cur se uictum gaudeat hostis habet.
Causa mea est melior: quia nõ cõtraria dicor
Arma nec hostiles esse secutus opes.
Per mare p terras per tertia numina iuro:
Per te præsentem conspicuumque deum.
Hunc animũ fauisse tibi uir maxime: meq;
Qua sola potui mente fuisse tuum.
Optaui peteres cælestia sydera tarde.
Parsq; fui turbæ parua precantis idẽ.
Et pia tura dedi pro te: cũque omnibus unus
Ipse quoque adiuui publica uota meis.
Quid referã libros illos quoq; crimia nostra
Mille locis plenos nominis esse tui.
Inspice maius opus: qd adhuc sine fine reliqui
In non credendos corpora uersa modos.
Inuenies uestri præconia nominis illic:
Inuenies animi pignora multa mei.
Nõ tua carminibus maior fit gloria, nec quo
Vt maior fiat crescere possit habet.
Fama iouis superest: tamẽ hũc sua facta ferri
Et se materiã carminis esse iuuat:
Quũque gigantæi memorantur prælia belli:
Credibile est lætũ laudibus esse suis.

uersus Iouem deosq; reliquos pugnauit: eiq; cœlum conantes eripere montes montibus imposuere. Sed tandem a diis cæsi & fulmine interempti sunt dicẽte Vergilio. Tum partu terra nephãdo Cæum Iapetũq; creat sæuumq; typhœa Et coniuratos cœlum rescinde re fratres Conati ter sunt imponere pelio ossan. Scilicet atq; ossæ frondosum inuoluere olympu m. Ter pater extructos disiecit fulmine montes. & Properti us. Non ego titanas canerem: non ossan olympo Impositũ: ut cœli pelion esset iter. Scribit Higinus ideo dictum esse Ioui in bello gigantẽo aquilam fulmina ministrasse: q; ea Ioui præbuit uictoriæ augurium:

Cur aqla dicitur ioui fulmia ministrasse.

Cæsar quoq; in arato rettulit Aglaesthenem dicere Ioui qum ex Insula naxo aduersus Titanas, proficisceretur & sacrificium faceret in littore: aquilã in auspicium aduolasse: quam uictor bono omine acceptam tutelæ suæ subiugarit. Sacra uero historia ante cõsedisse illi in capite atq; ei regnũ portẽdisse testatur. Plynius scribit Aquilã solã auiũ nunq; fulmine exanimatã: ideo eam armigerã Ioui consuetudinem iudicasse. Illud obiter sciẽdum

Cur aquilæ ĩ signis romanorum

in romanoꝝ signis aquilas ferri solitas: q; ea auis uniuersaꝝ auiũ regnũ habeat & sit ualidissima. Itaq; illam principatus insigne putasse omẽq; uictoriæ quodcunq; bello petierint: autor Iosephus libro tertio de bello iudaico. Te celebrant alii. Maronem in primis designat. Sed tamẽ ut fuso. Per cẽtum tauros Hecatomben exprimit. Erat enim sacrificium centum boum a numero dictũ uictimarum ἑκατὸν enim centum significat: &

Hecatombe

βοῦς bos: uel quia (autore Eustathio) centũ pelopõnesi urbes id faciebant: & a numero sacrificãtium composita est dictio. Iulius Capitolinus de hoc sacrificio ita scribit. Hecatombe autem tale sacrificium est: cẽtum aræ uno in loco cespititiæ extruuntur: & ad eas centum sues: centum oues mactant. Nã si imperatoriũ sacrificiũ sit: cẽtũ leões cẽtũ aquilæ: & cætera huiusmodi animalia centena feriunt: quod quidem etiam græci quondam fecisse dicuntur: qum pestilentia laborarent. Delitias meas. Vel libros amorum: uel certe amatoria præcepta intellige. Carmina ne nris. Oñdit tibi ille delitias meas ut tu postea credẽs cætera, in quibus laudes tuæ continebantur lasciuia eadem aspersa illa reiiceres. Esse sed irato. Ostendit latenter multos & eum potissimum qui legit eius delitias Cæsari fuisse sibi iratum: propterea q; sciebat eum esse Augusto infestum uel certe dicit se omnibus fuisse inuisum posteaq; eius carmen damnauit Augustus. Vix eram non inimicus mihi. Vix mihi eram amicꝰ. Qum cœpit quassata domus. Similitudo sumpta est a domo terræmotu uel alio casu concussa: qua enim ea subsidet & pendet in eam partem totum onus inclinatur.

Te celebrant alii quanto decet ore: tuasque
Ingenio laudes uberiore canunt.
Sed tamẽ ut fuso taurorum sanguine cẽtum:
Sic capitur minimo turis honore deus.
Ah ferus & nobis nimium crudelior hostis:
Delicias legit qui tibi cunque meas.
Carmina ne nostris & te uenerantia libris
Iudicio possint candidiore legi.
Esse sed irato quis te mihi poslet amicus:
Vix tunc ipse mihi non inimicus eram.
Qũ cœpit quassata domus subsidere: partes
In proclinatas omne recumbit onus.
Cunctaq; fortuna rimã faciente dehiscunt:
Ipsa suo quædã pondere tracta ruunt:
Ergo hoium quæsitũ odiũ mihi carmic: q̃q;
Debuit est uultus turba secuta tuos.
At memini: uitamq; meã moresq; probabas
Illo quem dederas prætereuntis equo.

Cunctaq; dehiscunt. Omnes domus partes aperiuntur. Ipsa suo quædam. Ordo est. Ipsa: idest ipsæ partes domus ruunt suo pondere: quædam tracta ruunt: idest quædam cadunt proprio pondere nec possunt stare: quædam uero partes ipsius domus ab aliis tractæ labuntur: per domum autem quassatam se ipsum designat: per omne onus intelligit odium cunctorum quod contraxit carminis lasciuia: per eum autem qui domum concutit. Augustum designat: per fortunam rimam facientem denotat eiusdem Augusti potentiam: per suum pondus accipe Ouidii crimẽ: per partes uero tractas se odio etiam amicorum exulasse profitetur. Prætereuntis equo. Dionysius libro sexto scribit in honorem apparitionis castroꝝ eiusq; uictoriæ: quæ ad lacum regillum parta est: equites in equis sedentes transuehi incipientes a templo Martis extramurano perexisse per forum iuxta ædem Castoris. Fiebat autem hæc transuectio idibꝰ quintilibus: quo die apud lacum regillum prospere pugnatum est Castore & Polluce auxiliantibus. In transuectione autem equites uehebantur coronati oliuarum ramis indutiq; trabeis punicei coloris secum gestantes ornamenta premiaq; omnia fortitudinis quæcunq; in præliis ob rem bene gestam a ductoribus suis accepere. Valerius Maximus libro secundo de institutis antiquis scribit Fabium Rutilianum primũ instituisse: ut equites Romani idibus quintilibus ab æde honoris equis insidentes in capitolium transirent trabeati. Scribit Traquillus Equitum turmas Augustum frequenter recognouisse post longam interpedinẽ inducto more transuectionis: sed neq; detrahi quenq; ab accusatore passum fuisse: quod fieri solebat ex senio uel aliqua corporis labe. Scribit etiam Plutarchus morem Romæ apud equestres fuisse qũ per legitimum tempus ab aliquo militatum esset equm per medium forum duci coram duobus Censoribus præsidentibus: illiscq; quẽlibet ducum aut imperatorum sub quibus militatum sit recenseri: deinde censorum iudicio subiici: qui iuxta cuiusq; meritum uel laudem uel infamiam tribuunt: quem morem hic quoq; Ouidius designat.

Trãsuectionis mos

Quod si non prodest. Quod si nullo beneficio affectus fui ab Augusto ob uitam aut equestrem dignitatem bene ante actam. At nullum crimẽ adeptus eram. Saltem placet q̃ ille me nullo crimine notauit.

Nec male commissa est. His duobus uersibus designat se poeta cẽtumuirum fuisse. In eo enim iudicio causæ testamentariæ & hæreditariæ criminalesq; etiam audiebantur. Centumuiri autem a numero uirorũ dicebantur. Nam quum Romæ essent quinq; &. xxx. tribus. terni ex singulis tribubus eligebantur ad iudicandum: & licet quinq; supra centum fuerint: tamen ut facilius nominarentur. Cẽtumuiri sunt dicti: eorum uero iudicium centumuiralis hasta nominabatur: q̃ posita in suo foro hasta centumuiri iudicabãt: quemadmodum Auctionarii publici siue priuati in atrio auctionario hasta præconis (ut inquit Cicero) bona emptoris adiudicabant. Eligebantur autem sorte ex decuriis centumuiri per p̃torem qui iudicarent: quorum numerus non idẽ in omnib⁹ causis erat: sed maior aut minor ut diuersæ causæ acciderant: quibus numerus iudicũ ex lege dabatur: quemadmodum lex repetundarũ qua ratio a senatore repeti solebat: quinquaginta iudices ex equestri ordine dabat: ut docet Cicero pro. L. Flacco. Duo uero &. xxx. iudices sederunt in causa Oppianici: qui ueneni a Cluentio accusatus fuit. Iudices autem omnes Romæ in decurias redacti fuere: & eorum sortitiones ad diuersas cãs per prætorem fieri solebant: qui eos in legem iurare cogebant. Vnde iurati iudices dicebantur: notabanturq; in libro prætoris: ne alii ad iudicandum supponerentur autore Asconio. De decuriis iudicum ita scribit Plynius libro. xxxiii. Iudicum quoq; non nisi quattuor Decuriæ fuere primo: uixq; milia singula in decuriis inuenta sunt nondum prouinciis ad hoc munus admissis: seruatumq; in hodiernum diem est: ne quis e nouis ciuibus iudicaret. Fortuna reorũ. Sors eorũ qui cẽtumuirali iudicio subiiciebantur. Cicero pro. A. Cluentio. Respicite iudices hominum fortunas. Respicite dubios uariosq; casus. Respicite Caii Fabricii senectutem. Nec est male commissa nobis. Nec est male credita iudicio meo qa recte iudicaui. Decies decemuiris. Hoc est a centum uiris. Res quoq; priuatas statui. Hic Ouidi⁹ uidetur ostendere se ex quarta decuria iudicẽ hoc est triũuirum electum iudicasse de leuioribus sũmis. Tranquillus. n. scribit ad tres iudicum decurias quartã addidisse ex inferiore censu quæ ducenariorum uocarentur, iudicaretq; de leuioribus sũmis. iudices aũt eligit a. xxx. ætatis anno. i. quinquẽnio maturius q̃ solebant: aut certe (qd magis placet) per centũuirale iudiciũ docet se iudicia publica: per priuatas uero causas priuata etiam iudicia triũuirum exercuisse: publica enim iudicia sunt in quibus agitur de proditionibus in patriam. ambitu. maiestate. & accusatione repetũdarũ. Vnde in rhetoricis ad Herẽnium ita legimus. Et in publicis quæstionibus cauetur legibus: ut si ante reo cõmodũ sit. iudicium de accusatore fiat. utrũ illi liceat accusare: nec ne. Et Tranquillus in Augusto Centũuiralia iudicia publica appellat. Centũq; ĩquit: ut separatim in eo publica iudicia & sortitiones iudicum fierent. Sic etiam in oratore ea Cicero appellat: dicta autem sũt publica iudicia (ut Iustinianus seu Tribonianus scribit) q̃ cuiuis ex populo executio eorum plærũq; datur: priuata uero iudicia sunt ciuis ad ciuem personæ ad personam: priuũ enim uereres dixere quod nos singulũ. hinc priuata iudicia q̃ uniuscuiusq; propria sunt. Vnde apud Valerium caput legimus de priuatis iudiciis. Et Liuius scribit ius. xii. tabularum fuisse fontem omnis publici⁹: & priuati iuris. Sine crimine. Sine scelere aut sine cuiusq; criminatione superior expositio magis placet. Decq; mea fassa est. Ordo talis. Et pars iusta idest causæ æquitas: aut pars hominum iustorum qui iudicio meo interfuere etiam est fassa de mea fide idest confessa fuit meam in iudicando fidem: & integritatẽ. Si non extrema nocerent. Si non obesset iudicium de me tuum: quo relegatus sum. Iudicio tuo. Quia me uirum bonum esse iudicabas. Non semel. Quia in multis casibus tibi mea iusticia fuit cognita. Vltima. Vltimum de me iudicium tuum: idest relegatio. Mergit. Obruit & opprimit. Incolumẽ ratem. Me uiuum. Ima procella. Grauis tua ira. Nec mihi pars nocuit. Perstat adhuc in similitudine a nauigantibus sumpta. Intelligit autem non paruam Augusti indignationem. aut non solum Augustum: sed alios quoq; eius causa eũ oppressisse. Cur aliquid uidi. De causa relegationis Ouidii multi multa scripsere: in quibus non deest qui credat eum uidisse eis incestum cum filia Iulia: quod etiam Tranquillus his uerbis uerum fuisse ostendit. Prædicabat autem matrem suam ex incesto: quod Augustus cum Iulia filia admisisset procreatam. Ego tamen ut hac in re non meam obstringam fidem: sic affirmare ausim (ut etiam diximus) poetam uidisse aliquid agentem Augustum. quo in eius odiũ peruenit. id quod quũ hoc in loco: tum in aliis plærisq; liquido dignoscitur. Imprudenti mihi. Mihi ignoranti quæ ab Augusto fierent.

Cẽtũ uirale iudiciũ

Centumuiri

Cẽtũuirales hasta

Q uod si nõ prodest: & honesti gratia nulla
Redditur: at nullũ crimen adeptus erã.
Nec male commissa ẽ nobis fortuna reorũ.
Vsque decem decies inspiciẽda uiris.
Res quoq; priuatas statui sine crimĩe iudex:
Decq; mea fassa est pars quoq; iusta fide:
Me miserũ: potui: si non extrema nocerent:
Iudicio tutus non semel esse tuo.
Vltima me pdũt: imoq; sub æquor mergit
Incolumẽ totiens ima procella ratem.
Nec mihi ps nocuit de gurgite parua: sed oẽs
Pressere hoc fluctus oceanusq; caput.
Cur aliqd uidi? cur noxia lumina feci?
Cur ĩprudenti cognita culpa mihi est?

Iudicum numerus

Iudices iurati

Decuriæ iudicum

Iudicia publica

Iudicia priuata

Priuum

Actæonis Fabula

Inscius actæon. Actæon Aristei & Autonoes filius lõga fatigatus uenatione: ut æstũ euitaret in uallem Gargaphien puenit: ubi erat limpidissim⁹ fons: in quo qũ forte Dianã se lauãtẽ offendisset: ab ea mutat⁹ est in ceruũ ne rẽ cuiq̃ narrare posset. Demũ ẽt a suis canibus laniat⁹ est. Fabulã hẽs apud Ouidiũ in tertio met. Diodor⁹ scribit eũ a suis canib⁹ discerptũ: q̃ Dianæ cõcubitũ qum uenaret in mõtib⁹ iuxta tẽplũ sitis appetiuerit. Alii q̃ se illi Actæon prætulerit uenandi arte. Scilicet in superis. Dii inquit eos puniunt: qui ẽt casu peccãt: peccauimus. n. aut errore aut scelere. Errorẽ: fortunã: & casũ Quidius appellat. sic & i met. de Actæone. At bñ si q̃ras fortunæ crimen in illo Nõ scelus inuenies. qđ. n. scelus error hẽbat.

Sed sine labe. Sed sine crimĩe. Patrio dicatur ut æuo Clara. Vt hac nr̃æ patriæ ætate uel certe patris mei ætate clara dici possit. Superior sn̄ia magis placet. Nec ullius nobilitate minor. Nec minor nobilitate ulli⁹ dom⁹. uel nec minor ullius. s. dom⁹ nobilitate. Vbi notãdũ q̃ minor post se nõ mõ hr̃e põt abltũm casum: sed ẽt gtũm. Plynius. Aĩantiũ in eodẽ natura nulli⁹ ppe partis cõtẽplatione minor est: & Gelius libro. iii. Sed qũ in eo tpe Scipionẽ minorẽ. xl. annos̄ fuisse cõstaret. Et Varro in re rustica. Nec minores inq̃t ãnos̄. xxii. ad agriculturã dociles.

Minor cũ genitiuo

Vnde. Ex qua domo.

In neutrũ. In neutrã partẽ ut aut nimis amplas diuitias possideat: aut nimiæ pauptati obnoxia: ex quo designat mediocres fortunas possedisse.

Vel cẽsu. Vel fortunis. Vel ortu. Vel origine.

Quo. Scilicet ingenio. Nimiũ iuueniliter. Quod scribẽdo iuuenilia⁹ & amatoria Augustum offendi. Sub uno sed nõ⁹ exiguo crimine. Sub una criminatõe: sed nõ parua. hoc aũt dicit ne imperatorẽ offendat: quare ut ei⁹ beniuolẽtiã captet se ipsũ magis q̃ impatorẽ dãnat. Ematuruerit. Matura facta fuerit & lenita: ubi notãdũ Maturo uerbũ maturui tm̃ p̃teritũ facere: nõ maturaui: ut ĩdoct⁹ qdã nr̃i tpis existimauit. Nã & Quĩtilian⁹ ita scribit. Nã & ipse eos nõdũ opĩabar satis maturuisse. Et Colũella li. vii. Et qũ maturuit suppuratio: rescindit⁹ ferro. Quia q̃ existimauit a Quintiliano maturauisse dictũ: & ita ẽt legi posse errauit.

Ematuruerit

Maturui a uerbo Maturo

In euẽtu pœnæ. In euẽtu supplicii. Cui⁹. Augusti. s. Nr̃o metu. Quã timebã. Citraq̃ necẽ. Sine nece: qua locutõe freq̃nter autores utunt⁹ & in primis Plyni⁹: ut citra salẽ. i. sine sale. Paternæ opes. Primoniũ mihi a p̃re relictũ. Insup accedũt. Præterea mihi pmittunt⁹. Solebãt. n. exules bona amittere. ut docent cum alii: tũ in primis Cicero libro. v. Tusculanar⁹ q̃stionũ his uerbis. At mulctant⁹ bonis exules. Tanq̃ uita pax̄ muneris eẽt. Laudat Cæsaris clementiã: cui uita Ouidio cõcessa paruũ bñficiũ uidebat⁹: nisi ẽt illi fortunas suas cõcessisset. Decreto senatus. Senatus cõsulto in tuã sn̄iam facto ut relegarer. Secreto iudice. A iudice cui secreto dãnationẽ meã iniũgere potuisses. Sũt q̃dã exẽplaria in qb⁹ legit⁹ selecto. Fuerũt. n. q̃ttuor decuriæ iudicũ p̃rio plurib⁹ discretæ noĩbus. Náq̃ aliæ tribunox̄ æris. Aliæ iudicũ. Quidã nõgenti. Quidã selecti uocabant⁹. & diuisus hic quoq̃ ordo erat supba usurpatõe noĩum: qũ alius se nõgentũ. Alius Tribunũ. Ali⁹ Selectũ appellaret. autor Plynius libro. xxxiii. Selecti iudicis meminit Oratius in primo sermonũ eo uersu. Vnũ ex selectis iudicibus obiiciebat: & Ouidi⁹. Nõ bene selecti iudicis arca patet. Verbis tristib⁹. Verbis tristitiã significãtibus: q̃ ea cõmisissem: qbus pœna luẽda eẽt. Quippe relegat⁹. Relegare ẽ in insulam aliquẽ uel in aliũ locũ mittere. Differtq̃ exiliũ (ut iurisc̃onsultis placet) a relegatõe: q̃ Exiliũ est ppetuũ. Relegatio fit ad tẽpus. Vnde titulus est apud iurisc̃onsultos de relegatis: ubi legim⁹ relegatox̄ duo gña esse. Quidã. n. in insulã relegant⁹: qdã simpliciter: ut puinciis eis interdicat⁹. Calistrat⁹ iurisc̃onsultus sic scribit. Cæteræ pœnæ

Iudicum decuriæ Selecti iudices

Relegare Exilium Relegatio Relegatorum duo genera

Inscius actæon uidit sine ueste dianam:
Præda suis canibus nõ minus ille fuit.
Scilicet in superis etiam fortuna luenda est.
Nec ueniã læso numine casus habet.
Illa nostra die: qua me malus abstulit error:
Parua quidem periit: sed sine labe domus.
Sic quoq̃ parua tamen patrio dicatur ut æuo
Clara: nec ullius nobilitate minor.
Et neq̃ diuitiis: nec pauptate notanda est:
Vnde fit in neutrũ conspiciendus eques.
Sic quoq̃ nr̃a domus uel cẽsu parua uel ortu
Ingenio certe non latet illa meo.
Quo uidear quãuis nimiũ iuueniliter usus
Grãde tamen toto nomen ab orbe fero.
Turbaq̃ doctorũ nasonem nouit: & audet
Non fastiditis annumerare uiris.
Corruit hæc igitur musis accepta sub uno
Sed nõ exiguo crimine lapsa domus.
Atq̃ ea sic lapsa ẽ: ut surgere: si modo læsi
Ematuruerit cæsaris ira: queat.
Cuius in euentu pœnæ clementia tãta est:
Vt fuerit nostro lenior ira metu.
Vita data est: citraq̃ necem tua constitit ira:
O princeps parce uiribus use tuis.
Insuper accedũt te non adimente paternæ:
Tanquã uita parum muneris esset: opes.
Nec mea decreto damnasti facta senatus:
Nec mea selecto iudice iussa fuga est.
Tristib⁹ iuectus uerbis (ita principe dignũ ẽ)
Vltus es offensas: (ut decet) ipse tuas.
Adde qđ edictũ quãuis immite minaxque:
Attamen in pœnæ nomine lene fuit.
Quippe relegatus: non exul dicor in illo:

Parcaq; fortunæ ſunt tibi uerba meæ
Nulla qdem ſanæ grauior mentiq; potenti
Pœna eſt: q̃ tanto diſplicuiſſe uiro.
Sed ſolet interdū fieri placabile numen.
Nube ſolet pulſa candidus ire dies.
Vidi ego pāpineis oneratā uitibus ulmum:
Q uæ fuerat ſæuo fulmine tacta iouis.
Ipſe licet ſperare uetes: ſperabimus: atq;
Hoc unū fieri te ꝓhibente poteſt. Ceps
Spes mihi magna ſubit: cū te mitiſſime prin
Spes mihi reſpicio cū mea facta cadit.
Ac ueluti uentis agitātibus æquora: non eſt
Aequalis rabies: continuuſq; furor.
Sed modo ſubſidūt intermiſſiq; ſileſcunt:
Vimq; putes illos depoſuiſſe ſuam.
Sic abeunt: redeūtq; mihi: uariātq; timores:
Et ſpem placādi dantq; negantque tui.
Per ſuperos igitur: q̃ dāt tibi longa: dabuntq;
Tempora romanū ſi modo nomen amāt.
Per patriā: quæ te tuta & ſecura parente eſt:
Cuius & i populo pars ego nuper eram.
Sic tibi: quē ſemp factis animoque mereris:
Reddatur gratæ debitus urbis honor.
Liuia ſic tecum ſociales impleat annos:
Q uæ niſi te nullo coniuge digna fuit.
Q uæ ſi non eſſet cælebs te uita deceret:
Nullaq; cui poſſes eſſe maritus erat.
Soſpite ſic te ſit natus quoq; ſoſpes: & olim
Impium regat hic cum ſeniore ſenex.
Efficiantq; tui ſidus iuuenile nepotes.
Per tua perque tui facta parentis eat.
Sic aſſueta tuis ſemper uictoria caſtris:
Nūc quoq; ſe p̃ſtet: notaque ſigna petat.
Auſoniūque ducem ſolitis circunuolet alis:
Ponat & in nitida laurea ſerta coma.
Per quē bella geris: cuius nūc corpe pugnas
Auſpiciū cui das grande: deoſque tuos.
Dimidioq; tui p̃ſens & reſpicis urbem
Dimidio procul es: ſæuaque bella geris.
Hic tibi ſic redeat ſupato uictor ab hoſte:
Inque coronatis fulgeat altus equis.
Parce p̃cor: fulmēnque tuū fera tela recōde:
Heu nimiū miſero cognita tela mihi.
Parce pāter patriæ: nec nominis īmemor hu
Olim placādi ſpem mihi redde tui. Cius
Nō p̃cor ut redeam: quamuis maiora petitis
Credibile eſt magnos ſæpe dediſſe deos.

ad æſtimationē: & ſi nō ad capitis piculū pertinēt uelut relegatio ad tēpus: uel in perpetuū: uel in in ſulā. Verba meæ fortunæ. Decretū tuū de infœ licitate mea. Sunt parca. Paucis exponit. Mē tiq; potēti. Generoſæ menti. Oneratā uitibus ul mum. Vites ſexto anno maritant: & inter cæteras arbores prima oīum ulmus habetur: quæ ab eo hanc ob cauſam Marita appellat. Martialis. Nec melius teneris iunguntur uitibus ulmi. Liuia ſic tecum. Liuiam Druſillam dicit: quam Augu ſtus repudiata Scribonia duxit uxorem. Eam ma trimonio Tiberii Neronis & quidem prægnantē abduxit: dilexitq; & probauit unice: ac perſeuerā ter ut ſcribit Tranquillus. Cælebs uita. Vita ſi ne uxore. Soſpite ſic te ſit natus quoq; ſoſpes. Tiberiū deſignat. Nā de Agrippa nō placet intel ligas. Efficiantq; tui. Ordo eſt. Et tui nepotes Caius. ſ. qui in lycia periit: & Luci⁹ qui Maſſiliæ ut alibi diximus appoſitiue ſydus iuuenile effici ant ut natus Tiberius eat per tua & per parētis tui facta. hoc eſt te & patrem Iuliū imitetur. Legitur etiam ita hoc carmen in uetuſtiſſimo codice. Vt fa ciūtq; tui ſydus iuuenile nepotes Per tua perq; tui facta parentis eant: q̃ lectio nobis ēt clarior & can didior uidetur: ut ſit ordo. Et tui nepotes appoſi tiue ſydus iuuenile. i. iuuenū romanoꝝ ſplendor eant: ut faciunt: per tua & per facta tui parentis. p nepotes autem Caiū & Luciū adhuc uiuētes deſi gnat. Sic aſſueta tuis ſemper uictoria. Victoria dea fuit: quā Apuleius libro. ii. met. palmarē deā appellat his uerbis. Atria longe pulcherrima colū nis quadrifariā per ſingulos angulos ſtantibus at tollebant ſtatuas Palmaris deæ facies quæq; pin nis explicitis ſine greſſu pilæ uolubilis: inſtabile ueſtigiū. plantis roſidis decitantes. Et Ouidi⁹. Pri ma loco fertur ſparſis uictoria pennis. Auſoni umq; ducē. Tiberiū deſignat: qui nūciata illyrici defectione tranſiit ad curā noui belli: quod grauiſ ſimum omniū belloꝝ poſt punica per. xv. legio nes parēq; auxilioꝝ copiam triennio geſſit: quo tpis ſpatio domuit totū illyricū quod intra Italiā regnūq; noricū: & Thraciā: & Macedoniā: īterq; Danubium flumen & ſinum maris Adriatici pa tet: quas ob res triumphus ei decret⁹ eſt: quem di ſtulit mœſta ciuitate clade uariana. nihilomin⁹ ur bem prætextatus. & laurea coronatus intrauit: po ſitumq; in ſeptis tribunal ſenatu aſtante conſcēdit ac medius inter duos cōſules cum Auguſto ſimul ſedit. Vnde populo conſalutato circum templa de ductus eſt: autor Tranquillus. Potes etiam intelli gere (quod magis placet) Germanicam expeditio nem: quaꝝ Druſus Tiberii frater & Auguſti priui gnus ſuſcepit Auguſti auſpiciiſ ut Florus ſcribit: ī qua expediti one periit ex fractura cruris: ſup q̃ d' lapſus eſt equs. ut Liuius exiſtimat: Tranquillus ue ro eū morbo periſſe ſcribit. Deoſq; tuos. Apolli nem. Iulium Cæſarem. & cæteros deos Auguſti familiares.

Vlmus

Victoria Palmaris dea

Bellū illyricum

Istri ortus Danubi⁹

Septemplicis istri. Istri ortus est in Germania: qui per innumeras lapsus gentes Danubii noīe immenso aquaꝝ auctu. & unde primū illyricū alluit: Ister appellatur. lx. amnibus receptis medio ferme numero eorum nauigabili in pontū uastis sex fluminibus euoluitur: quoꝝ noīa Plynius ostendit libro. iiii. sed plenius Herodotus. Scribit Strabo Ephoꝝ asserere Istrum constare quinq; ostiis. Idē tñ paulopost ait eū in septena ostia distingui. Docet ēt Dionysius Istrum per quinq; ingētes alueos in Euxinū proripi. Istrum quinq; alueis delabi per scythiā docet ēt Herodotus. Pomponius tñ & Solinus scribunt Istrū totidē ostia hēre quot Nilus. i. septē: tria uero reliqua tenuia: quoꝝ priora quattuor adeo magna sunt: ut p longitudinē. xl. miliū passuū nō misceat̄ æquori: dulcēq; haustū: incorrupto detinēt sapore. Idē ēt docet Cornelius Tacitus his uerbis. Danubius molli & clementer edito mōtis Arbonæ iugo effusus plures populos adit: donec in ponticum mare sex meatibus erūpit: septimū enim os paludibus hauritur. Parrhasiæ uirginis. Caliſtus ex arcadia q̄ in ursam mutata a Ioue in septētrione locata fuit: sic dicta a Parrhasia urbe arcadiæ. Ouidi⁹ in met. Parrhasis erubuit. Iazyges. Iazyges populi fuere scythaꝝ: quos Plynius scribit cāpos & plana tenuisse. Nam paulū supra Daciā fuere Peucini & Basternæ: & per totā Mæotin Iazyges. hīc Roxolani & his interiores Amaxobii: & Alani scythæ: ut est autor Ptolemæus: nunc quidam septem castra appellari putant. Valerius Flaccus. Neurus & expertes canentis iazyges æui. Strabo post Tirrhe getas ponit Sarmatas cognomento Iazygas. sunt n. in Sarmatia Europæ. Hñt aūt Iazyges terminos a septētrione Sarmatiā Europæ. i. eā Sarmatiæ partē: q̄ est ad Austrū Sarmaticoꝝ mōtiū usq; ad mōtē Carpatū. Ab occasu & austro Germaniæ partē a Sarmaticis. s. mōtib⁹ ad Carpatū Danubii fluuii usq; scissionē Tibisci amnis: qui ad arcton fluit. Ab oriēte Daciā iuxta ipm Tibiscū fluuiū: q ad oriētē uersus sub mōte Carpato desinit: a quo ducit̄. Et colchi. Colchi (autore Dionysio) fuere ad extremū pōti Caucaso mōti adhærētes olim ex ægypto profecti: qđ ēt docet Herodot⁹. Colchicæ regiōis alteꝝ lat⁹ in Euxinū & Mæotin deuexū eē. Alteꝝ in Caspiū & Hyrcanū mare scribit Plyni⁹. Hic uero nō Colchi sed Corsi legēdū arbitror. Corsos. n. Sarmataꝝ populos fuisse Plynius scribit: q̄uis eo in loco qdā nō colchi sed corsi legēdū putarit. Nā e pōto ad ostiū Mæotidis nauigātibus dextra sunt Scythæ & taurica cherronesus: leua uero e regiōe in littore pōti ad mōtē Caucasū (ut dixim⁹) sūt Colchi: q quū mari distūcti sunt: & Mæotidis ostiū q Cimeri⁹ Bosphor⁹ uocat̄. Latitudinē stadiorum xxx. Lōgitudinē. lx. (autore Polybio) cōplectat̄: quo pacto Danubio ab his se arceri dicat Ouidi⁹ nō intelligo: nisi accipias illos Cimeriū Bosphoꝝ trāsfretare: & in Tauricā regionē accedere: quod non placet.

Iazyges

Colchi

Corsi

Mitius exilium si das propiusque roganti:
Pars erit e pœna magna leuata mea.
Vltima ppetior medios eiectus in hostes:
Nec qsquam patria longius exul abest.
Solus ad egressus missus septēplicis istri
Parrhasiæ gelido uirginis axe premor.
Iazyges. & colchi: metereaq; turba: getæq;:
Danubii mediis uix prohibētur aquis.
Cumq; alii tibi sint causa grauiore fugati:
Vlterior nulli q̄ mihi terra data est.
Lōgius hac nihil ē nisi tātū frigus: & hostis:
Et maris astricto quæ coit unda gelu.
Hactenus euxini pars ē romana sinistri:
Proxima basternæ; sauromatæque tenēt.

Metereaq; turba. Aut urbē Metereā eā intellige: quā Ptolemæ⁹ supra Thyrā fluuiū ponit penes Daciā & Metoniū appellat: aut certe Neurea legas: ut Neuros itelligas ap̄d quos orit̄ borysthenes. ut ē autor Plynius. Neuroꝝ meminit ēt Curtius. Pōponi⁹: ac Dionysi⁹. Getæq;. Getas Strabo eos appellatos dicit: q ad pōtū in orientē uergebāt. Dacos uero q in oppositū uersus Germaniā & ad Istri fōtes: quos olim Dauos uocatos fuisse arbitrat̄. Plyni⁹ scribit scythaꝝ gētes uarias fuisse: inter cæteros getas ponit: quos a Romanis Dacos noīatos scribit: eos ita ēt noīat Ptolemæ⁹. Mediis aqs danubii. Aqs Danubii distermināntibus urbē Tomon a nationib⁹ supradictis. Nisi tantū frigus. Fuere. n. urbes illæ in septētrionali regione. In uetustissimo codice hoc carmē ita legi. Lōgi⁹ hac nihil ē terra nisi frigus & hostis. Astricto gelu. Cimeri⁹ Bosphor⁹ q Asiā ab Europa separat. & (ut dixim⁹) in. xxx. stadioꝝ lōgitudinē excurrit: ita glaciat̄: ut mare illud pedib⁹ plærūq; peruiū sit: ut Plyni⁹ docet: quā glaciē dicit poeta eē paulo ultra terras ad quas relegat⁹ est: uel certe intellige pōti partē quā brumali rigore durari dixim⁹ supra ex autoritate Pōponii. Scribit ēt Herodot⁹ (autore ēt Gelio) mare Bosphoꝝ qđ scythicū dicit̄ gelu strīgi & cōsistere. Hactenus. Vsq; ad Danubiū: quē dicit eē terminū romani impii. Euxini sinistri. Pōtici maris: q est a sinistra nauigātibus ad Cimeriū Bosphoꝝ. Est pars romana. Est ditiōis romanæ. Basternæ. Basternæ populi fuere (ut Dionysi⁹ scribit) ad oceanū septētrionalē uersi. Eos Ptolemæ⁹ scribit fuisse in Sarmatia Europæ Plutarch⁹ in Paulo Aemilio docet Basternas circa Istꝝ incolētes gētē fuisse pugnacē: & eq̄tatu maxīe ualētē: quos & galatas appellarūt. Hos Tacit⁹ Peucinos noīat: dubitatq; Sarmatisne an germānis ascribat. q̄uis sermōe: cultu: sede: ac domiciliis ut germani agāt. Eruptōi aūt Istri fluminis magna pars insula Peuce noīe: eā basternæ qū occupassent: Peucini sūt appellati. Basternas aūt Pōpeiū domuisse ac de his triūphasse autor ē Plyni⁹. Eos ēt. C. Cæsar domuit: ut Diodor⁹ refert. Sed postmodū Augusto impatore credēdū est eos a romanis defecisse: quēadmodū aliæ ēt gētes: ut Flor⁹ docet. De Sarmatis aūt abūde dixim⁹ supra Dicti aūt fuere Galatæ a filio Herculis: quē Galatē appellarūt: ut ē autor Diodor⁹. Ea aūt regio a plu:ib⁹

Metoniū Neuri Getæ Daci

Basternæ

Galatæ Peucini Peuce

Galatarū appellatio

nationibus colebaꝫ: quæ inuicem gentium numero differebat. Tenẽt proxima. Tenẽt loca Istro uicina.

Hæc est nouissima. Hæc terra ad quam relegatus sum est extremus terrarum populi romani terminus.

Ne sit cum patria. Ne amissa patria perdam etiam pacem. hoc petit ut amissa patria: saltem pacato uiuat citra ullum hostilẽ tumultum. Non bene summouet. Non bene arcet. Carmen. Præcepta amatoria. Et error. Et imprudentia ac casus: de quo supradiximus. Alterius facti. Erroris. Altera pars supereſt. Reſtat ut purgẽ me de carmine amatorio. Doctor obscœni adulterii. Præceptor amoris. Fas ergo est. Carmen amatorium non esse culpãdum arguit: idq; non potuisse Augustum in maioribꝰ occupatũ recte iudicare significat. Aliqua. Aliqua ratione & modo: quasi dicat: dii etiam fallũtur aliquo modo: quum res non pensiculate intuentur: ut tu Auguste: qui præ magnis negociis nõ potuisti carmẽ meũ legere. Et sũt notitia. Multa sũt inqt q̃ a te reiiciunt̃ tanq̃ friuola tenuia & minora tuis uiribus ut fuere mea carmina: qbus uerbis p̃ insinuationẽ reddit Augustũ beniuoluꝫ.

Hæc est ausonio sub iure nouissima: uixq;
Hæsit in imperii margine terra tui.
Vnde p̃cor supplex ut nos i tuta releges:
Ne sit cũ patria pax quoq; adepta mihi.
Ne timeã gẽtes: q̃s nõ bene sũmouet hister:
Neue tuus posſim ciuis ab hoste capi.
Fas ꝓhibet latio quenquã de sanguine natũ
Cæsaribus saluis barbara uincla pati.
Perdiderit cũ me duo crimia: carmẽ: & error:
Alterius facti culpa silenda mihi.
Nã nõ sum tãti: renouẽ ut tua uulnera cæsar:
Q uẽ nimio plus est indoluisse semel.
Altera pars supest: qua turpi carmine factus
Arguor obscœni doctor adulterii.
Fas ergo est aliqua cælestia pectora falli.
Et sunt notitia multa minora tua.
Vtq; deos cœlumq; simul sublime tuenti
Non uacat exiguis rebus adesse ioui.
A te pendentẽ sic dum circumspicis orbem
Effugiũt curas inferiora tuas.
Scilicet imperii princeps statione relicta
Imparibus legeres carmina fata modis?
Nõ ea te moles romani nominis urget:
Inq; tuis humeris tã leue fertur onus.
Lusibus ut possis aduertere numen ineptis:
Excutiaſq; oculis ocia nostra tuis.
Nũc tibi pannonia ẽ: nũc illyris ora domãda:
Rhetica nũc p̃bent: thraciaq; arma metũ.

Orbẽ pẽdentẽ. Impiũ terraꝝ in te inclinatum.

Inferiora. Minora orbe ipso: ut fuere mea carmina de arte amatoria. Imparibus modis. Versu elego. Ea moles. Ea reꝝ magnitudo. Ineptis lusibus. Inepto carmini. Nũc tibi pãnonia est. Natio ingẽs circa Istꝝ p̃ longũ incolẽs ab Iapodũ populis supra Dardanos ꝓtẽdit̃. Hi peones a græcis: a romanis pãnonii appellati fuere: & ab illis ĩter illyrios numerabãt̃: Autor Appianus: De Pãnoniis hæc Florus. Pãnonii duobus saltibus ac tribꝰ fluuiis. Drauo. Sauo. Istroq; ualant̃. Ad eos domandos Augustus Vibiũ misit. cæsi sũt ĩ utrisq; fluminibꝰ arma uictorũ non ex more belli cremata: sed capta sunt & in ꝓfluentes data: ut cæteris q resistebãt: sic uictoria nũciaret̃. Peones. Pãnonii

Nũc illyris ora domãda. Post finẽ bellorꝝ ciuiliũ Augustus (ut Florus docet) reliqua bella gessit aduersus exteras gẽtes: quæ districto circa mala sua imperio diuersis orbis oris emicabant. Noua q̃ppe pax necdũ assuetæ frenis seruitutis tumidæ gẽtiũ inflatæq; ceruices ab ĩposito nup iugo resiliebãt. Ad septẽtrionẽ cõuersa ferme plaga ferocius agebat. Norici. Illyrici. Pãnõii. Dalmatæ. Mysi. Thraces: & Daci: Sarmatæ: atq; Germãici. Noricis aĩos dabãt alpes atq; niues q̃ bellũ ñ posset ascẽdere. Sed oẽs illiꝰ cardinis populos Brennos: Senones: atq; Vindelicos Augustꝰ p̃ priuignũ suũ Claudiũ Drusũ pacauit. In Illyricos aũt ipse expeditionẽ sũpsit. Agũt aũt hi sub alpibꝰ: imaq; ualles eaꝝ: & q̃dã quasi claustra custodiũt abruptis torrẽtibus ĩplicati. Fieri igit̃ põtẽ Augustꝰ ĩpauit. Hic se & aqs & hoste turbãtibꝰ cũctãti ad ascẽsum militi scutũ de manu rapuit: & in uia primꝰ tũc agmine secuto qũ illyricꝰ multitudine põtẽ succidisset: sauciꝰ manibus ac cruribꝰ ꝑspecioſiore sanguiẽ & ipso ꝓiculo augustior terga hostiũ p̃cidit. Illyria

Illyrii ora domãda. Post finẽ bellorꝝ ciuiliũ Augustus (ut Florus docet) reliqua bella gessit aduersus exteras gẽtes: quæ districto circa mala sua imperio diuersis orbis oris emicabant. Noua q̃ppe pax necdũ assuetæ frenis seruitutis tumidæ gẽtiũ inflatæq; ceruices ab ĩposito nup iugo resiliebãt. Ad septẽtrionẽ cõuersa ferme plaga ferocius agebat. Norici. Illyrici. Pãnõii. Dalmatæ. Mysi. Thraces: & Daci: Sarmatæ: atq; Germãici. Noricis aĩos dabãt alpes atq; niues q̃ bellũ ñ posset ascẽdere. Sed oẽs illiꝰ cardinis populos Brennos: Senones: atq; Vindelicos Augustꝰ p̃ priuignũ suũ Claudiũ Drusũ pacauit. In Illyricos aũt ipse expeditionẽ sũpsit. Agũt aũt hi sub alpibꝰ: imaq; ualles eaꝝ: & q̃dã quasi claustra custodiũt abruptis torrẽtibus ĩplicati. Fieri igit̃ põtẽ Augustꝰ ĩpauit. Hic se & aqs & hoste turbãtibꝰ cũctãti ad ascẽsum militi scutũ de manu rapuit: & in uia primꝰ tũc agmine secuto qũ illyricꝰ multitudine põtẽ succidisset: sauciꝰ manibus ac cruribꝰ ꝑspecioſiore sanguiẽ & ipso ꝓiculo augustior terga hostiũ p̃cidit. De his aũt eũ post Marcũ Antoniũ deuictũ triũphasse scribit Appianꝰ: ex cuiꝰ sñia de illyria alibi plura diximꝰ. Illud addimus ab Euſtathio scribi illyriã ab Illyrio Cadmi filio appellatã. Illyria

Rhetica nũc p̃bẽt. Rheti (ut docet Strabo) ad Italiã usq; ꝓtinẽt: q̃ supra Veronã & Comũ est. Rhetios & Noricos existimat Appianꝰ. C. Cæsarẽ qũ aduersus Celtas depugnaret subægisse: a ut Augustũ qũ peones aggrederet̃ bello supasset: ĩ medio q̃ppe amborꝝ sedes hñt: nec ullũ in Rhetios aut Noricos bellũ gestũ priuatim se reppisse scribit: sed eos cũ reliquis finitimis deuictos asserit. Iustinꝰ libro. xx. scribit Tuscos duce Rheto auitis sedibus amissis alpes occupauisse: & noĩe ducis gẽtẽ Rhetiorꝝ cõdidisse. Plyniꝰ inter alpiũ incolas ponit ẽt Rhetos: quos Noricis uicinos eẽ scribit: & tuscorꝝ prolẽ fuisse a gallis pulsos duce Rheto: a qua regiõe Maro Rheticã uitẽ noĩauit. Et plyniꝰ scribit Rhetica uina ĩ ueronẽsi agro fuisse: Ea nũc eius urbis ĩcolæ Vernatias uulgo appellãt: falernis tñ posthabita ex Maronis sñia: & Strabo docet Vinũ Rheticũ ĩter Italica egregie cõmẽdata nõ saneiferius ĩ mõtanis illorꝝ radicibus nasci. Rheti. Rhetica uina.

Thraciaq; arma. Thraces quoq; cũ cæteris desciuerãt: q & signis militaribꝰ: & disciplĩa armis ẽt romãis assueti fuerãt. Sed a Pisonẽ ꝓdomiti ĩ ipsa captiuitate rabiẽ Thraces domiti.

ostenderunt: quippe qm cathenas morsibus tentarent: feritatem suam ipsi puniebant. Scribit Herodot⁹ gentem Thracum secundum Indos omnium maximam esse: quæ si aut unius imperio regeretur: aut idē sentiret: inexpugnabilis esset: & omnium gentium ualidissima. Pausanias etiam scribit nullam nationem præter galliam Thracia maiorem esse. Nunc petit armenius pacem. Armenios uicto rege Tigrane in hoc unum genus assueuerat: Pompeius ut rectores a romanis acciperet: itermissum ergo ius Augustus p Caium nepotem recuperauit non incruento nec inulto tamen certamine: quippe Domnis quem rex Arta xatis præfecerat simulata proditione adortus uigē intentum libello: quem ut thesaurorum rationem continentem ipse porrexerat interfecit: autor Florus. Armenia autem duplex fuit maior & minor Asiaticæ regiōis prouinciæ: ut libro. vi. docet Plynius. Lucanus populos utraq; uagantes Armenia Dicta est autem Armenia (autore Iustino) ab Armenio Thessalo uno de numero ducum Iasonis: qui recollecta multitudine quæ amisso Iasone rege passim uagabatur: Armeniam condidit. Idem uidetur sentire Strabo ita scribens. Armeni⁹ ex Armenia Thessaliæ urbe: quæ inter Pheras & Larissam iacet iuxta Bœbeida cum Iasone in Armenia militauit: dicunt ex huiusmodi nomine Armeniā appellatam. Parthus nunc porrigit arcus. Augustus (autore Iustino) finito hispano bello in Syriam ad cōponendū orientis statum peruenit: metumq; Phraharti iniunxit ne bellum Parthiæ uellet inferre: Itaq; tota Parthia captiui ex Crassiano siue Antonii exercitu recollecti signaq; cū his militaria Augusto remissa: Sed & filii nepotesq; phrahartis obsides Augusto dati: pluscq; Cæsar magnitudine nominis sui fecit: q̄ armis alius imperator facere potuisset: Strabo etiā refert Phrahartē regem parthorum tantū circa Cæsaris amicitiā studuisse: ut illi etiā Throphæa remitteret: quæ parthi de romanis erexerāt. & uocato in colloquio Tito: qui per id tēpus Syriæ præerat: quattuor ei filios legitimos obsides tradidit: Sarospadem. Corospadē. Phraanem. & Boonē: & duas eorū uxores & filios quattuor seditionem metuens & ne sibi insidiæ struerent. Scribit Tranquillus parthos & Armenios uindicāti Augusto facile cessisse: & signa militaria quæ. M. Crasso: & Antonio ademerāt reposcēti reddidisse. obsidesq; optulisse: quos quodā muneris die missos p mediā harenā ad spectaculū induxit: Illud sciēdū parthos impium ab exulibus scythas deductū fuisse. autore Iustino. Vnde parthi scythico sermone exules dicunt. De parthis plura Plynius: & Iustinus libro. xl. Nūc te prole tua. Germanicā expeditionē designat: quā Drusus Augusti priuignus suscepit eius auspiciis: quē poeta supius Ausonium ducē appellauit: hic uero augusti prolē nominat. qm eius erat priuign⁹ & frater Tiberii. Scribit Trāqllus Augustū germanicū atq; pannonicū bellū p legatos administrasse: ut tū aut interueniret: aut nō longius abesset: Sciebat Augustus patrē suū Cæsarē bis trāsuectū pontē rheno quæsisse bellū. In illius honorē cupiit facere prouinciā. Missus in eā prouinciā Drusus primos domuit Vsipetes. Inde cæteros pcurrit ut Marcomios. Cheruscos. Sueuos: & Sicābros. quos equos. pecora. torques. ipsosq; præda diuisit ac uēdidit: Præterea ī tutelā ꝓuinciæ p̄sidia ubiq; disposuit p Mosam flumē. p Albim. p insurgiā. p rheni qdē ripā qnquaginta amplius castella direxit: bonā & genosiā pōtibus iunxit classibusq; firmauit. Inuisum atq; inaccessum ī id tēpus hyrcinū saltum patefecit: Ea deniq; in germania pax erat: ut mutati hoīes alia terra cœlum ipsum mitius molliusq; solito uideret. Eā deniq; nō p adulationē: sed meritis defuncto ibi Druso ipsi qđ nūq̄ alii: senatus cognomē ex ꝓuincia dedit. autor Florus. Germania aūt (autore Tacito) a gallis: rhetiisq; & pānoniis rheno & Danubio fluminibus a Sarmatis Dacisq; mutuo metu & mōtibus separatur. Cætera oceanus ambit latos sinus & insulas immēsa spatia cōplectēs. Idē autor scribit Germaniæ uocabulū recēs: & nup additū: quoniā q primi rhenū trāsgressi gallos expulerint: ac nūc Tūgri: nūc germani uocati sint: Ita nationis nomē nō gentis eualuisse paulatim: ut oēs primū a uictore ob metum: mox a se ipsis inuēto noīe Germani uocarent. Bellaq; pro magno cæsare. Sensus ē. Drusus bella gerit ꝓ Augusto. Appellat aūt Drusum Augusti priuignū Cæsarē: ut ēt Germanicū in fastis: quz inqt. Excipe pacato cæsar germanice uultu: Sūt q faciāt hūc sensum. Augustus pugnat cū Bruto & Cassio Caii Cæsaris interfectoribus: qđ falsum esse hac sola ratione manifestū est: qm Augustus suscepit Germanicā expeditionē post bella ciuilia ut supius docuimus ex Flori sentētia. Deniq; ut in tuto. Ordo est. Deniq; ut ꝓ qualiter: Vel deniq; nulla pas impii est quæ labet: ut ꝓ sicut in tāto corpore scilicet impii: q̄tum nō extitit unq̄: nā nunq̄ romanū imperiū maius fuit q̄ fœliciſſimo Augusti tpe. Vrbs quoq; te. Vrbē Augustus pro maiestate impii ornatā & inundationibus incendiisq; obnoxiā excoluit. adeo ut iure sit gloriatus marmoreā se relinquere quam lateritiam accepisset. Idem in ea publica opa plurima extruxit: Spatiū urbis in regiones uicosq; diuisit: instituitq; ut illas annui magistratus sortiti tuerentur. autor Trāquillus. Et legū lassat tutela tuarum. Leges retractauit etiā Augustus. & quasdā ex itegro sanxit. ut sumptuaria & de adulteriis. & de pudicitia. de ambitu. de maritandis ordinibus: diuortiis modum imposuit: multaque alia ad urbis commodum constituit: quæ omnia pleniſſime exequitur Suetonius. Et mo-

Thracuz gens omnium maxima

Armenii uicti

Armenia duplex

Armenia unde dicta

Augustus in Syriā

Signa augusto a parthis remissa

Parthorū nomen

Germanica expeditio

Germāia

Germāiæ uocabulū

Vrbē ornauit Augustus

Leges Augusti

Nūc petit armenius pacē: nūc porrigit arcus
Parthus eques: timida captaq; signa mānu.
Nūc te prole tua iuuenem germania sentit:
Bellaq; pro magno cæsare: cæsar habet.
Deniq; ut in tāto: quātum nō extitit unquam
Corpore pars nulla ē: quæ labet imperii.
Vrbs quoq; te & legū lassat tutela tuarum
Et morū: similes quos cupis esse tuis.

rum. Augustus impetratis a senatu decem adiutoribus unumquemq; equitum rationem uitæ reddere coegit. atq; ex improbatis alios pœna: alios ignominia notauit: plures admonitione: notauitque aliquos & pecunias leuioribus usuris mutuati grauiore fœnore collocassent. Miror in hoc igitur. Quum inquit rerum magnitudine obrutus semper fueris: mirandum est te nunq̃ scripta mea attigisse: Ex quo latenter designat non potuisse eum damnare ob carminis lasciuiam ignota causa & uersu. At (si quod mallẽ) Incipit arguer nullũ eẽ in eius carmĩe crimẽ relegatiõe dignũ. Seueræ frõtis. Seueritatẽ ullã in prima pagina p̃se ferẽtia. Romanas erudiũtq; nurus. Nec docẽt amare castas mulieres. Quibus scripsi. Quib⁹ tradidi ea p̃cepta amatoria. E trib⁹ unus. Vnus e trib⁹ illis libris de arte amãdi cõpositis: quoq; eruditio & elegãtia tãta & tã multiplex ẽ: ut nõ relegatiõe: sed ãplissimis honoribus & p̃miis dignus fuerit poeta. Vittæ tenues. Virgines designat & innuptas p uittas ut plenius diximus in secũda editione Enarrationũ nostrarum non uestales: ut quidam falso suspicati sunt: per Institam uero nuptas intellige. Ecquid. Nunquid. Omnes rigidas. Omnes seueras matrõas Ab hac arte: Ab arte amandi. Vetat contingi. Prohibet uiolari. At matrona potest. Docet esse alias artes. quibus corrumpi possũt romæ castissimæ fœminæ. Quod trahat. Quod sequatur. Nil igitur matrona legat. Nullum scriptorum genus a matronis excutiendum esse asserit: si hæ p̃sertim sint sinistræ mẽtis. quoniã nullum est scriptũ: in quo nõ sit aliqd quod nõ possit in deteriorẽ partem & in uitium interp̃etari. Ad delinquẽdum. Ad peccandum. Est studiosa sinistri. Studet res in sinistrã & contrariam partem accipere. Sũpserit annales. Si sumpserit libros gesta populi romani continentes obseruato cuiusq; anni ordine. Quid aũt sint Annales abũde docet Gelius. Nihil est hirsutius illis. Nihil est illis seuerius. nã rerũ gestarũ memoriã cõtinẽt: nõ uoluptuosa: & lasciua. Hirsuti aũt seueri uidẽt: Iuuenalis. Hispida mẽbra qdẽ: & duræ p̃ brachia setæ Promittũt atrocem animum. Facta sit unde parens ilia. Quomodo Ilia seu Rhea Siluia grauida e Marte geminos pepit. Historiaq; habes apud Liuium: Ouidium fastorũ: & alios: Sed eã ex omnibus plenius exeqtur Dionysius Halicarnasius.

Sumpserit æneidẽ. i. si accepit diuinũ Maronis opus. Genitrix ubi prima requiret. Ordo est. Studiosa sinistri prima hoc est ante alias uel primũ ut sit nomẽ p̃ aduerbio reqret ubi. i. quo in loco alma uenus sit facta genitrix subaudi æneæ q̃ri. n. potest a studiosa sinistri fœmina ubi concubuerit Venus cũ Anchise. Alludit aũt ad carmen illd Marõis. Tu ne ille æneas: quẽ dardãio anchise Alma uen⁹ phrygii genuit simoentis ad undas.

Aeneadũ genitrix. Romanorũ mater. Vnde sit. Vnde ducat originẽ. q̃si dicat a partib⁹ obscœnis. Saturnũ. n. (autor Macrobio) aiũt abscidisse Cœlis p̃is pudẽda qbus in mare derectis Venerẽ p̃creatã fabulãt: q̃ a spuma uñ coaluit ἀφρο Δι ΤΗ nomẽ accepit. Proseqũr iterius: Ordo ẽ. Inferi⁹ p̃seqũr oẽ gnũs carmĩs posse nocer aĩs. si mõ lẽ

Censura Augusti

Nõ tibi cõtingunt: quæ gẽtibus ocia præstas
Bellaque cum multis irriquieta geris.
Miror in hoc igitur tãtarum pondere rerum
Vnq̃ te nostros euoluisse iocos.
At si (quod mallem) uacuus fortasse fuisses:
Nullũ legisses crimen in arte mea.
Illa quidẽ fateor frõtis non esse seueræ
Scripta: nec a tãto p̃cipe digna legi.
Nõ tamẽ iccirco legum contraria iussis
Sunt ea: romanas eruditq; nurus.
Neue qbus scripsi possis dubitare: libellis
Quattuor hos uersus e tribus unus habet
Este procul uittæ tenues insigne pudoris.
Quæq; tegis medios instita longa pedes.
Nil nisi legitimũ cõcessaque furta canemus.
Inque meo nullũ carmine crimẽ erit.
Ecqd ab hac oẽs rigidas sũmouimus arte
Quas stola cõtingi: uittaque sũpta uetat?
At matrona potest alienis artibus uti:
Quodque trahat: quãuis nõ doceat: hẽt.
Nil igit̃ matrona legat: quæ carmĩe ab omni
Ad delinquendum doctior esse potest.
Quodcũque attigerit: si q̃ ẽ studiosa sinistri
Ad uitium mores instruet inde suos.
Sumpserit annales: nihil est hirsutius illis:
Facta sit unde parens ilia nempe leget.
Sumpserit æneidẽ: genitrix ubi prima req̃ret
Aeneadum genitrix unde sit alma uenus.
Persequar iferius: modo si licet ordine ferri
Posse nocere animis carminis omne genꝰ
Nõ tamen iccirco crimen liber omnis habet
Nil p̃dest: quod nõ lædere possit idem.
Igne quid utilius? si qs tamen urere tecta
Cœperit: audaces instruit igne manus.
Eripit interdum: modo dat medicina salutem.
Quæq; iuuet mõstrat: quæq; sit herba no
Et latro & cautus p̃cingit̃ ense uiator: (cẽs
Ille sed insidias hic sibi portat opem.

ferri ordie. Iccirco. Hác ob cãm q̃ in scriptis sit aliqd qđ possit aĩs nocer. Si q̃ eẽ sinistri studiosa uoluerit. Habet crimẽ. Criminari põt. Eripit interdũ. Docet a simili medicinã quoq; hre p̃cepta qb⁹ morta lib⁹ sal⁹ aut dat: aut adimit: qđ meli⁹ apit eo uersu. Quæq; iuuet monstrat. Et latro. Et crassator uiarũ.

Vt agat innocuas causas. Vt tractet causas iustas: quod ēt docet Cicero & Fabius. Vnde Oratorē uolūt esse uirum bonum. Protegit hæc fontes. Tamen aliqui contra institutum oratoris causas iniquas susci piunt. Quicunq; concipit hoc uitium. Quicunq; existimat hoc q̄ carmen possit etiam nocere. Er rat. Fallitur. Abrogat. Detrahit. Ludi quoq; semina præbent Nequitiæ. Ludi etiam qui in deorum honorem fieri solent habent semina quædam lasciuiæ. Tolli tota theatra iube. Ironice dicit. Ergo quia habent semina lasciuiæ remouendi sunt ludi. & loca ubi fiunt? quasi dicat non. De theatris in arte aman di ita scribit Ouidius. Sed tu præcipue curuis ue nare theatris. Hæc loca sunt uoto fertiliora tuo: & paulopost subiungit. Spectatum ueniunt: ueniūt spectentur ut ipsæ Ille locus casti damna pudoris habet. Et Propertius. Colla caue inflectas ad sum mum obliqua theatrū. Peccandi causam. Ludi etiam gladiatorii fuere causa ut multæ peccarent: id quod etiam Ouidius in arte amandi docet: qū ait. Hos aditus circusq; nouo p̄bebit amori Spar saq; solicito tristis harena foro: in enarratiōe quo rum uersuum de gladiatoribus abunde diximꝰ.

Qum harena martia. Qum harena ubi pugnā gladiatores inibant: cuius deus est Mars. Ster nit durum solum. Hoc dicit quia ludi gladiatorii exhibebantur in foro harena constrato. Tollat circus. Idem apertius in primo de arte amandi ita ostendit. Nec te nobilium fugiat certamen equoꝝ Multa capax populi cōmoda circus habet. Lege q̄ in eo loco de Circo & ludis circensibus scripsimꝰ.

Qum quædā spatiatur in hac. Porticus quoq; ostendit habere quod possit obesse: qum amicæ il lic spatiantes amatores expectarent. De porticibus abunde diximus in Ouidium de arte amādi. Idē enim sæpius repetere nimis molestū esset. Qua re porticus ulla patet. Cur porticus ædificantur & omnibus patent. quasi dicat: Ironice tamen: Porti cus q̄ eo ueniunt amantes non deberent patere.

Quis locus est templis augustior. Templa etiā deorum probat habere quod possit obesse. Nec tū ideo ea esse uitanda colligit. Hæc autem omnia eo pertinēt: ut a simili carmen amatorium a se compositum excuset. Hoc idem docet etiam in principio pri mi de arte amandi de templo ueneris assyriæ & iudæoꝝ ac etiam Isidis. Si qua est ingeniosa in suā cul pam. Si qua est ingeniosa ad peccandum illic cum amantibus: uel si qua est ingeniosa ad interpretandum posse sibi templa criminis cām & locum afferre. Qum steterit iouis æde. Qum uenerit in ædem Iouis Capitolini. Quam multas matres fecerit. Quam multas grauidas fecerit. Sane Iupiter primā mortalē

Fœminæ a Ioue cognitæ

fœminā Nioben Phoronei cognouit: ultimā Semelē: quā sextādecimam a Niobe scriptores genitam tra dunt: a cuius primum maioribus gignere homines cœpit: in eaq; ipsa desiit. posthac nullius appetiit con cubitum mortalis: neminē sperans huic similem fore nolensq; melioribus īmiscere deteriora: autor Dio dorꝰ. Iupiter quoq; apud Homerum libro. xiiii. iliados ita alloquitur. Nunq̄ enim tam imperiosus neq; fœminæ neq; deæ amor pectora mea possedit. Nam uxor Ixionis quæ præstantissimum Pirithoum ge nuit: non Danae Acrisionis filia quæ insignissimum uirorum persea peperit: non phœnicis filia quæ mi hi singulares uiros Minoem Rhadamantumq; progenuit: non Thebanæ: Semelē: atq; Alcmenē: quarū hæc magnanimum Herculem: illa iucunditatem hominum Dionysium mihi ac filium enixa est: nō Ce reris non Latonæ & reliqua. Proxima adoranti. Ordo est. Qum fœmina ingeniosa in suam culpā subi bit templa Iunonia proxima scilicet ædi Iouis succurret illi adorāti deam Iunonem indoluisse multis pel licibus. Pallade conspecta. Visa palladis statua. Natum de crimine. Natum de lite. Nam qum Vul canus diis arma feciſſet: eiq; Iupiter optionem dedisset premii quod uellet postulandi: iurassetq; (ut sole bat) per infernam paludem se nihil negaturum: tum faber claudus Mineruæ nuptias postulauit: hic Iupi ter optimus maximus tanta religione constrictus abnuere non potuit. Mineruam tamen monuit repu gnare: pudicitiamq; defendere. Tum in illa colluctatione Vulcanum in terram profudisse semen aiunt. Vnde sit Erichthonius natus: idq; illi nomen impositum ἀπὸ τῆς ἐρίδος καὶ χθονός: ideſt ex certa mine atq; humo: autor Lactantius: Fabulam refert etiam Seruius & Ouidius libro met. secundo. Augu stinus scribit hunc puerum Athenis in Vulcani Mineruæq; templo inuentum serpente implicatum: & quia regnum sibi portendebatur diligenter enutritum.

Vulcani & Mineruæ fabula

Díscitur innocuas ut agat facundía causas:
Protegít hæc fontes immeritosq; premít.
Sícigitur carmen: recta sí mente legatur.
Constabít nullí posse nocere meum.
Et tādem uítiū qcunq; hoc concípit: errat:
Et nimiū scríptis abrogat ille meís.
Vt tamē hoc fatear: ludi quoq; semía p̄bent
Nequitíæ: tollí tota theatra iube.
Peccādí causam q̄ multís sæpe dederunt:
Martía cū durum sternít harena solum.
Tollatur circus: nō tuta licentía circi est.
Hic sedet ignoto iuncta puella uíro.
Cū q̄dā spatíetur in hac ut amator eodem
Cōueníat: quare porticus ulla patet?
Quis locus ē tēplis augustíor? hæc quoq; uí
In culpā sí qua ē ingenioſa suam. Stet:
Qū steterit iouís æde: iouís succurret í æde:
Quam multas matres fecerít ille deus.
Proxima adorāti iunonía templa subíbit
Pellícibus multís índoluisse deam.
Pallade cōspecta natum de crimíne uirgo

Quare ſuſtulerit erichthoniũ. Quare Erichthoniũ educarit, ſic Lactantius. Sic ne illæ quidẽ uirgines illibatã caſtitatẽ ſeruare potuerũt. Vnde. n. putem⁹ Erichthoniũ eẽ natũ? an ex terra ut poetæ uideri uolunt. At res ipſa clamat. Et paulopoſt. Cur igit inquit uirgo eũ puer cũ dracone cõcluſum & obſignatũ trib⁹ uirginibus Cecropidis cõmẽdauit. Euidens (ut opinor) in ceſtũ: qđ nullo modo poſſit colorari. Venerit in magni tẽplũ. Tẽplũ Martis ultoris deſignat: quod Auguſtus bello philippenſi pro ultione paterna ſuſceptũ uouerat: in quo uoluit de bellis triũphiſq; cõſuli ſenatũ: ſanxitq; ut puincias cũ imperio petituri ex eo deducerẽtur: quicq; uictores rediiſſent: eo inſignia triumphor inferrent: autor Tranquillus. Martis ultoris templum

Suſtulerit quare quæret erichthonium.
Venerit in magni templũ tua numina martis
Stat uenus ultori iuncta uiro ante fores.
Iſidis æde ſedens cur hãc ſaturnia quæret
Egerit ionio boſphorioque mari.
In uenerẽ anchiſes: in lunã latmius heros:
In cererem iaſius qui referatur erit.
Omnia puerſas poſſunt corrũpere mentes:
Stãt tamen illa ſuis omnia tuta locis.
Sed pcul a ſcripta ſolis meretricibus arte
Summouet ingenuas pagina prima manꝰ
Quæcũq; erumpit qua nõ ſinit ire ſacerdos:
Protinus hæc uetiti criminis acta rea eſt.
Nõ tamẽ eſt facinus uerſus euoluere molles:
Multa licet caſtæ nõ facienda legant.
Sæpe ſupercilii nudas matrona ſeueri:

Stat uenus ultori. Quaſi dicat: ſuccurrit adulterium Martis cũ Venere. Intelligit aũt ædẽ Veneris genitricis iunctã Martis tẽplo: de qua diximus in primo de arte amãdi. Stat ante fores. Stat ante tẽpli ianuã. Iſidis æde ſedens. De tẽplo Iſidis diximus in primo de arte amãdi. Cur hãc ſaturnia. Iuno Iſidem ægit per mare Ioniũ & Boſphorum: q̃ ea cũ Ioue concubuerat. Notũ eſt Io Inachi filiã ab ipſo Ioue Iunonis aduentũ cõuerſam eſſe in uaccã: cui Iuno œſtrum imiſit: quo toto orbe fatigata: tandẽ aliquando uenit in ægyptum: & illic in Iſim conuerſa eſt. Tranſiit autem per mare Ionium ac Boſphorum: quod ab ea ita appellatum fuiſſe Seruius ſcribit. Ionio mari. Marẽ qđ primo ſinus accipit Europa ægæũ dicitur: quod ſequenti in ore Ionium, Adriaticũ interius: quod ultimo nos Tuſcum græci Tyrrhenum perhibẽt ut docet Pomponius. Scribit Plynius græcos Ionium mare diuidere in Siculum & Creticum. Seruius quoq; docet Ionium ſinum eſſe immenſum ab Ionia uſq; ad Siciliã: & huius partes eſſe Adriaticum, Achaicum, Epiroticum: ut non imerito Maro Ionium magnum appellarit. Idem ab Ionia prouincia Ionium appellari exiſtimat. Appianus uero ab Ionio Dyrrachi filio: ut antea diximus. In uenerem anchiſes. Succurrit etiam Anchiſen e Venere ſuſtuliſſe Aeneam: qum ad eius templum uentum erit. Boſphorũ mare Aegæum mare Ionium Adriaticum Tuſcum

In lunam latmius heros. Endymionem deſignat a Latmio monte cariæ cognominatum: de quo Cicero in primo tuſculanarum ita ſcribit Endymion uero ſi fabulas audire uolumus: neſcio qñ in Latmio obdormiuit: qui eſt mons cariæ: nondũ opinor eſt experrectus. nũ igitur eum curare cenſes: qñ luna laboret: a qua conſopitus putatur: ut eũ dormientẽ oſcularetur, quod ideo fingit: qñ primus (autore Plynio) lunæ curſũ deprehendit. Scribit Strabo apud Latmiũ montẽ cariæ. Endymionis ſepulchrũ poſitũ in ſpelunca quadã oſtendi. Ouidius libro. iii. de arte amandi. Latmius endymion non eſt tibi luna pudori. & Propertius. Nudus & endymion phœbi cœpiſſe ſororem Dicitur: & nudæ cõcubuiſſe deæ. Martialis eũ dormitorem appellat a longiſſimo ſomno: quo corrept⁹ eſt in Latmio monte: qum ſic inquit. Quid tibi dormitor pderit endymion. Endymionis fabula.

In cererem iaſius. Iaſium filium Abantis argiuoꝝ regis fuiſſe comperio. Fuit etiam Iaſius de quo hic poeta intelligit filius Iouis & electræ: fraterq; Dardani & Armoniæ Cadmi uxoris: qui ſumpta uxore Cybele Corybantum genuit, a quo Corybantes appellati ſunt. Ex Iaſio autem & Cerere Plutonem natum fabulæ tradunt: Quin in gratiam Iaſii conſtat frumenti copiam a Cerere dono datam in nuptiis Armoniæ: autor Diodorus. Scribit Dionyſius Halicarnaſeus Iaſium Cereris concubitum appetentem in Samothracia inſula fulmine percuſſum interiiſſe. Higinus etiam ſcribit Iaſiona a Cerere dilectum atq; ad ſydera perlatum. Ouidius libro nono met. Queritur canescere mitis Iaſiona ceres Iaſius
Corybantes
Iaſius cũ cerere concubuit

Illa omnia. Ea quæ poſſunt corrumpere mentes peruerſas. Stant tuta. Neminem offendunt: tuto poſſunt frequentari. Suis locis. Si locis ſuis conſiderarentur: ut ſi uiſo Ioue non furta: ſed deum eſſe eũ cogitabimus. Aſcripta arte ſolis meretricibus. Ab arte amandi quã ſolis meretricibus ſcripſimus reiectis uirginibus & matronis. Quæcunq; erupit. Arguit a ſimili ream eſſe illam: quæ prohibita & reiecta inſpexit eius præcepta: quemadmodum ea quæ prohibente ſacerdote erupit quo non licet. Superciſii ſeueri: Seueræ grauitatis. Nudas. Scilicet meretrices: quæ nudæ Floralia magna licentia celebrabant. Cur autem meretrices ludos Florales celebrarent: cauſam aſſignat Ouidius libro quarto Faſtorum. Quod autem nudarentur: docet Valerius Maximus ſcribens Catone theatrum ingreſſo non auſum eſſe populum in ludis Floræ poſtulare: ut mulieres nudarentur: Catonem q̃ e theatro diſceſſiſſe: ne præſentia ſua ſpectaculi conſuetudinem impediret. Martialis. Noſſes iocoſæ dulce qum ſacrum floræ. Cur in theatrum Cato ſeuere uenisti? An ideo tantum ueneras ut exires? Fuit autem Flora mulier, quæ qum magnas opes quæſtu meretricio quæſiuiſſet: populum Romanum ſcripſit hæredem: certamq; pecuniam reliquit: cuius ex annuo fœnore natalis eius dies celebraretur editione ludorum: quos Floralia dixerunt: Floralia
Flora dea

Chloris

q̃uod quia ſenatui flagitioſum uidebatur: ut ſcribit Lactantius: ab ipſo noſſe argumentum ſumi placuit: ut pudendæ rei quædam dignitas adderetur: deamq; eſſe finxerunt: quæ floribꝰ præeſſet: quã prius Chlo rim appellatam fuiſſe ſcribit Ouidius in faſtis: camq; Zephyro nuptam quaſi dotis loco id accepiſſe mu neris a marito: ut haberet florum oĩum poteſtatẽ. Erant autẽ ludi florales iocoſi. In his ædiles cicer: Fabã aliaq; eiuſmodi populo ſpargebant: ut eſt autor Porphyrio. Inſtituta aũt ſunt floralia (ut Plynius docet) menſe Aprili, hoc eſt. iiii. calendas Maii. anno urbis quingenteſimo. xvi. ex oraculis Sibyllæ: ut oĩa bene

Floralia quo die inſtituta

defloreſcerent: quoꝝ diẽ Varro determinauit Solle tauri partẽ quartamdecimam optinentem: quoniam ſi in quatriduum inciderit pleniluniũ: fruges & omnia quæ florebunt lædi neceſſe ſit. Floralia ſcribit Ouidius in fine Aprilis in calendas Maias. Floram enim ita alloquitur. Incipis aprili: trã ſis in tempora maii. Alter te fugiens qum uenit alter habet. Ad floralia autẽ per tubam meretrices accerſebantur. Iuuenalis. Digniſſima prorſus Floratali matrona tuba. Stãtes ad omne genus uene ris. Stantes uel in ludis uel in proſtibulis ſtare ſolitas: ſenſus eſt. Meretrices utuntur omni genere coitus: & tamen nudæ a matronis ſæpenumero ſpectantur: dum nudæ celebrant floralia. Corpora meretricia. Meretrices ipſas. Hoc dicit. Veſtalibus quoq; caſtitati obnoxiis licet ſpectare meretrices impune. Nec domino pœnæ. Dominũ pœnæ pontificem Maximum appellat: qui in ueſtales animaduertebant ſi inceſtum commiſiſſent: ut docet Plutarchus: & Ouidius in faſtis. Cur ue meus nequam. Legitur etiam cuiq̃. Seipſum autẽ dãnat poeta q̃ in libris de arte amãdi nimia uſus fuerit laſciuia & amatoria p̃cepta tradiderit. Cur non argolicis. Varias materias deſcribit: quibus ſe laudem comparare potuiſſe dicit: ſi in his potiꝰ q̃ in p̃ceptis amatoriis laborare uoluiſſet. Vexata eſt iterum. Troia iterũ dicitur uexari carmine: qũ eius caſus & ruina quaſi uera clades deſcribitur. Et mutua uulnera fratrũ. Per mutua uulnera fratrum Eteoclis & Polinicis mortem intelligẽ: qui mutuo ictu cecidere ut Diodorus ſcribit & Statius cecinit: ex quo Thebanũ bellũ deſignat.

Thebæ Eptapylæ

Et ſeptẽ portas. Thebæ ab autoribus Eptapylæ ſunt noĩatæ: qa ſeptẽ portis ambiebãt. Vnde Statius oſtendẽs Nioben quattuordecim habuiſſe filios ait. Bina per ingentes ſtipabant funera portas: & alibi. Tunc uiſa leuari Culmina ſeptenæq; iugo concurrere portæ. Sub duce quanq; ſuo. Septem enim reges contra Eteoclem pro Polinice conſpirarunt: ſcilicet Achaſtus Argiuorum rex. Amphiaraus. Hyppomedon. Capaneus. Tydeus. Parthenopeus. & Polinices. pro quo bellum geſtum eſt Adraſti ductu & auſpiciis. Vnde Propertius dixit. Longe miſer agmina ſeptem Flebis in æterno ſurda iacere ſitu. In oppugnatiõe autem thebarum horum ducum unuſquiſq; portam ſibi oppugnandam ſumpſerat.

Duces thebani

Pars una de multis. Vna pars meritorum tuorum quæ multa ſunt.

triplex optimo de videndi ratione

Videndi ratio

Vtq; trahunt oculos. Hic Ouidius Platonem ſequitur: qui de ui oculorum atq; uidendi rationibꝰ a ſtoicis atq; epicureis diſſentit. Stoici. n. cãs eſſe uidendi dicunt: radioꝝ ex oculis in ea quæ uideri queũt emiſſionem aeriſq; ſimul intentionem. Epicurei uero affluere ſemper ex omnibus corporibus ſimulacra quædam corporum ipſorum eaq; ſeſe in oculos inferre atq; ita fieri ſenſum uidendi exiſtimarunt. At Plato putat genus quoddam ignis luciſq; de oculis exire: idq; coniunctum continuatumq; uel cum luce ſolis: uel cum alterius ignis lumine ſua ui externa nixum efficere: ut quæcunq; offenderint illuſtrauerintq; cernamus. Vnde nocte lumine abſente: aut proxime aere obtenebrato non amplius producitur a nobis radiorum fluxus. Arguor immerito. Dicit ſe immerito reprehendi q̃ non ſcripſit aliquid eorum quæ p̃poſuit: quoniam humili magis q̃ arduæ materiæ aptum ſe eſſe intelligit. Tenuis campus. Tenuis materia. Iuuenalis. Cur tamen hoc potius libeat decurrere campo. Aratur mihi. A me tractatur. Illud opus. Vel bellum thebanum: & reliqua uel Auguſti geſta. Forſan in hoc dubitem. Se fatetur dubitare an ſit ſatis aptus leuiori ſcribendi generi & elegis. Numeris leuioribus. Tenuiori materiæ. Gigantes domitos. Bellum giganteum. Onus. Operis difficultas.

Et ueneris ſtãtes ad genus omne uidet:
Corpora ueſtales oculis meretricia cernunt:
Nec domino pœnæ res ea cauſa fuit.
At quare in noſtra nimia eſt laſciuia muſa?
Cur ue meus cuiq̃ ſuadet amare liber?
Nil niſi peccatũ: manifeſtaq; culpa fatẽda ẽ.
Pœnitet ingenii: iudiciique mei.
Cur nõ argolicis potius quæ cõcidit armis
Vexata eſt iterum carmine troia meo:
Cur tacui thebas: & mutua uulnera fratrũ:
Et ſeptem portas ſub duce quanq; ſuo.
Non mihi materiam bellatrix roma negabat
Et pius eſt patriæ facta referre labor.
Deniq; cũ meritis impleueris omnia cæſar:
Pars mihi de multis una canenda fuit.
Vtq; trahũt oculos radiantia lumina ſolis:
Traxiſſent animum ſic tua facta meum.
Arguor immerito: tenuis mihi cãpus aratur:
Illud erat magnæ fertilitatis opus.
Nõ ideo debet pelago ſe credere: ſi qua
Audeat exiguo ludere cymba lacu.
Forſan hoc dubitẽ numeris leuioribꝰ aptus
Sim ſatis: ĩ paruos ſufficiamque modos.
At ſi me iubeas domitos iouis igne gigantes
Dicere; conãtem debilitabit onus.

Materia ne ſuperetur opus. Ne maior ſit materia q̃ opus & carmen. Auſus eram. Auſus eram ſcribere tua geſta. Sed detrectare uidebar. Videbar recuſare: quia ingenium nõ erat aptũ materiæ. Quodq; nephas. Ordo eſt. Et uidebar eſſe damno tuis uiribus: quod ſubaudi erat nephas. Iuuenilis carmina. Carmina iuuenum luſus tractantia. Eſt autem figura appoſitio. Moui meum pectus. Solicitaui aut moui ad ſcribendum mentem meam. Falſo amore. Simulando me aut eſſe aut fuiſſe amore captum.

Mea fata trahebant. Fata uoluere ut ſcriberem laſciuas res: & ob eam cauſam poſtea relegarer. Vetitos toros. Caſtas matronas. Me magiſtro. Me earum præceptore. Quod parum nouit. Quod parum percepit: quaſi dicat: non potui docere nuptarum furta quandoquidem ea ignoro: nec nuptam ullam uiolaui. Strinxerit meum nomen Læſerit meam famam. Fabula nulla. Nullus ſermo quo nuptas turpe aliquid docuerim: aut q̃ meis præceptis aliqua uiolata dicatur. Sit dubius pater. Dubitet pater eius filium eſſe alterius: & ex adulterio procreatum. Vitio meo. Meis præceptis. Plus ſibi permiſit. Plus ſibi conceſſit laſciuiæ pars magna meorum operum. Cõpoſitore ſuo. Me Ouidio: qui ea cõpoſui. Nec liber indicium eſt animi. Non ex libro mentem alicuius cognoſcimus uel laſciuam uel ſeueram.

Sed honeſta uoluntas. Sed mea uoluntas honeſta aſperſit laſciuia quadam ſcripta: ut ea legentium aures demulceret. Accius eſſet atrox. Exemplis probat poetas non uerſu: ſed uita prohandos. Eſſet atrox. Eſſet crudelis propterea q̃ tragœdias ſcripſit. Fuit enim. L. Acci⁹ (autore Euſebio) tragœdiarum ſcriptor natus Mãcino & Serano conſulibus: parentibus libertinis: qui ſeni iã Pacuuio Tarenti ſua ſcripta recitauit: a quo & fũdus Accianus iuxta Piſauꝛ appellatus: q̃ illuc inter colonos fuerat deductus ex urbe. Conuiua Terenti⁹ eſſet. Hoc dixit quia Terẽtius in Andria deſcribit conuiuium a quibuſdam adoleſcentib⁹ celebratum fuiſſe. Deſcribit etiam parcam Simonis cœnam & piſciculos emptos obolo. Eſſent pugnaces. Eſſent bellicoſi. Quid niſi cum multo. Incipit eos commemorare poetas: qui de amoribus libros compoſuere. Cõfundere uenerem cum multo mero. Dare operam Veneri multo uino prius hauſto: ſic & Apuleius liberum Veneris hortatorem & armigerum appellat. Lyrici⁹ ſenis. Anacreontis poetæ lyrici. Fuit enim Anacreõ lyricus poeta ætate Piſiſtrati & Pherecydis hiſtorici Pythagoræ magiſtri autoꝛ Euſebio. Teia muſa. Anacreontis muſa. is enim Teon patriam habuit: ut eſt autor Strabo. & nos de eo alibi plura ſcripſimus. Leſbia qd docuit ſappho. Sappho Leſbia prima plectrum repperit: libros lyricos nouem compoſuit. Epigrammata. Nænias. Iãbos. & Elegias: ut Sudas eſt autor. Huius autem poemata laſciua erant. Vnde in arte amandi ita Ouidius ait. Nota ſit & ſappho: quid enim laſciuius illa? & Oratius. Viuuntq; commiſſi calores fidibus puellæ. Tutus & ille fuit: Anacreon ob carminis laſciuiam nulla pœna affectus eſt. Nec tibi battiadæ nocuit. Battiades Callimachus appellatur: a Batto generis ſui autore: qui Cyrenen condidit. ut Strabo: Herodotus: & Iuſtinus ſcribunt. Compoſuit autem Callimachus uerſus de inſulis. Poemata omni genere carminum: Lyden puellam amauit: de qua etiam elegias ſcripſit. Propertius. Sed neq; phlægræos iouis enceladiq; tumultus Intonet anguſto pectore callimachus. & alibi. Callimachi manes & coi ſacra philetæ In ueſtrum quæſo me ſinite ire nemus. Is autem Fabii iudicio in elegia primas tenuit. Delitias tuas. Tuos amores.

L. Accius poeta

Accianus fundus

Compoſitor

Anacreon poeta

Sappho

Battiades callimachus

Diuitis ingenii eſt immania cæſaris acta
Cõdere: materia ne ſuperetur opus.
Et tñ auſus eram: ſed detrectare uidebar.
Quodq; nefas damno uiribus eſſe tuis.
Ad leue rurſus opus iuuenilia carmina ueni.
Et falſo moui pectus amore meum.
Nõ eqdem uellem: ſed me mea fata trahebãt
Inq; meas pœnas ingenioſus eram.
Hei mihi cur didici? cur me docuere parẽtes
Litteraq; eſt oculos ulla morata meos.
Hæc tibi me inuiſum laſciuia fecit ob artes:
Quas ratus es uetitos ſollicitaſſe toros.
Sed neq; me nuptæ didicerũt furta magiſtro
Quodq; parũ nouit nemo docere poteſt.
Sic ego delitias: & mollia carmina feci:
Strinxerit ut nomen fabula nulla meum.
Nec q̃ſquã eſt adeo media de plebe maritus
Vt dubius uitio ſit pater ille meo.
Crede mihi diſtãt mores a carmine noſtro.
Vita uerecunda eſt: muſa iocoſa mea eſt:
Magnaq; pars mendax operis ẽ & ficta meorũ
Plus ſibi permiſit compoſitore ſuo.
Nec liber idiciũ eſt animi: ſed hõeſta uolũtas
Plurima mulcendis auribus apta refert.
Accius eſſet atrox: cõuiua terentius eſſet:
Eſſent pugnaces qui fera bella canunt.
Denique cõpoſui teneros nõ ſolus amores.
Compoſito pœnas ſolus amore dedi.
Quid? ẽ niſi cũ multo uenerẽ cõfudere uino
Præcepit lyrici teia muſa ſenis?
Leſbia qd docuit ſapho: niſi amare: puellas?
Tuta tamen ſappho: tutus & ille fuit.
Nec tibi battiade nocuit: quod ſæpe legenti
Delicias uerſu faſſus es ipſe tuas.

Fabula iucundi. De Menandro lege quæ ſcripſimus in enarrationibus in Ouidium de arte amandi.

Ilias ipſa. Homeri opus de ilio. Niſi turpis adultera. Helenam deſignat. Inter amatorem: Amatorem paridem. Virum uero Menelaum intellige. Quid prius eſt illic flamma chryſeidos? Quid in principio ſtatim iliados deſcribitur: certe Agamemnonis amor erga chryſeida continetur. Rapta puella: Briſeis achilli erepta ab Agamemnone: cuius rei cauſa ortæ ſunt inter eos inimicitiæ: De Agamemnonis amore erga chryſeida & de raptu briſeidos repete quæ ſcripſimus in ſecundo de arte amandi. Niſi fœmina. Niſi penelope ulyſſis uxor. Dum uir abeſt. Dum errat Vlyſſes poſt troiæ excidium.

Fabula iucūdi nulla eſt ſine amore menādri:
Et ſolet hic pueris: uirginibuſque legi.
Ilias ipſa qd eſt niſi turpis adultera? de qua
Inter amatorem pugna uirumq; fuit.
Quid prius eſt illic flāma chryſeidos. aut q̄
Fecerit iratos rapta puella duces.
Aut qd odiſſea eſt? niſi fœmina ꝓpter amorē
Dum uir abeſt multis una petita procis.
Quis niſi mæonides uenerē: martēq; ligatos
Narrat in obſcœno corpora p̄henſa toro?
Vnde niſi indicio magni ſciremus homeri
Hoſpitis igne duas incaluiſſe deas?
Omne genus ſcripti grauitate tragœdia uicit
Hæc quoq; materiā ſemp amoris habet.
Nā qd i hyppolito ē? niſi ſæuæ flāma nouercæ
Nobilis eſt canace fratris amore ſui. (cæ
Quid? nū tātalides agitāte cupidine currus
Piſæam phrygiis uexit eburnus equis?
Tingeret ut ferꝛ natorum ſanguine mater
Concitus a læſo fecit amore dolor.

Mæonides. Homerus. Cur autem Mæonides dictus ſit: alibi diximus. Venerem martemq; ligatos. Veneris & Martis adulterium deſignat: quos Vulcanus tenuiſſimis rætibus deprehendit ac diis ridiculos præbuit. Fabulā habes apud Ouidium in met. & libro ſecundo de arte amandi: & in primo deſine titulo & apud Homerum in odyſſea. In obſcœno toro. In lecto ubi obſcœnum adulterium commiſſum fuit. Hoſpitis igne. Amore ulyſſis. Duas deas. Calypſō & Circen. Incaluiſſe. Captas fuiſſe amore. ſic & in ſecundo de arte amandi. Non formoſus erat: ſed erat facundus ulyſſes. Et tamen æquoreas torſit amore deas. In enarratione quorum uerſuum quædam diximus huic loco cōuenientia. Grauitate tragœdia uincit. Graues enim res in tragœdiis tractantur propter reges & magnæ auctoritatis perſonas in illis ītroductas. Hæc quoq; materiam. Continent tamen etiam amores: quod ita eſſe probat exemplis. Sæuæ nouercæ. Phædræ crudelis: quæ fuit cauſa mortis Hippolyti: quꝫ ille noluiſſet turpi eius petitioni aſſentiri: nota ē fabula Ouidii met. monumentis, Maronis carmine. & Senecæ etiam tragœdia. Nobilis eſt canace. Canace ex fratre Machareo filium peperit: quo ſcelere comperto ſeipſam iuſſu patris ītерfecit. Macareus uero in templum Apollinis delphici confugit. Quid? num tantalides. Legitur etiam. Quis niſi tantalides. In ipſa autem peloponneſi ciuitate Mars & Aegina Aſopi filia genuit Oenomaum. hic unicaꝫ filiam Hippodamiam appellauit. finem uitæ ab oraculo ſciſcitante reſponſum eſt tunc in fata illum conceſſurum: qum filia hippodamia nupſiſſet. Igitur filiæ nuptias ueritus decreuit ut in perpetua aſſeruaretur uirginitate hoc maxime exiſtimans pacto uitæ periculum uitaturum. Multis puellam ſibi uxorem dari poſtulantibus. illis id propoſuit certamen. quo qui uictus eſſet interficeretur. uictor uirginem uxorem duceret. Equorum inſtituit curſum a piſa ad aram Neptuni. quæ eſt apud Iſthmum corinthi: Curſus erat eiuſmodi. Oenomaus arietē Ioui ſacrificabat: qui uirginem poſtulabat quattuor equorum ferebatur curru. Oenomaus ſacris peractis curſu ſequebatur præcedētem auriga Mirthilo aſſecutum haſta quam geſtabat manu: interficiebat: hoc pacto qum plures equorum uelocitate interfeciſſet: pelops Tātali filius qui piſam acceſſerat uiſa hippodamia id concipiens cōnubium corrupto Mirtihlo illius opera uictoria uſus eſt. primuſq; ad aram neptuni peruenit: Qua ex re dolore actus Oenomaus piſæ regnum tenuit: qui uiribus ac prudentia inſignis qum plurimos in peloponneſum accolas deduxiſſet: eam patriam peloponneſum ab ſe denominauit. autor Diodorus: Fabulam etiā Seruius refert. Agitante cupidine currus. Amore currus impellente. Piſæaꝫ. Hippodamiam ex piſa ciuitate arcadiæ. Phrygiis equis. Pſilla & Hirpina: quos equos pelops e phrygia ueniēs ſecum duxit: Hirpini meminit Martialis eo uerſu: Hirpini ueteres qui bene nouit auos. Pelopen Thucydides refert magnitudine opum quas e phrygia attulerat. deuinxiſſe ſibi peloponneſi incolas: qui pauperes erant: atq; ita inſulā occupauiſſe. Eburnus. Eburnus pelops uocatur a poetis: quoniam Tantalus eius pater (autore Seruio) uolens deorum tentare diuinitatem eis inuitatis filium ſuum epulandū appoſuit: a quo omnes dii abſtinerunt excepta Cerere: quæ brachium eius conſumpſit: poſtea dii petente Tantalo: qum uoluiſſent eius filium reuocare ab inferis: Ceres ei eburneum brachium reſtituit: quod ideo fingitur: quia ceres ipſa eſt terra: quæ corpora uniuerſa cōſumit oſſa tantū reſeruās. Tingeret ut ferꝛ. Medeæ fabulā deſignat. q̄ irata q̄ Iaſon ſe expulſa Glaucam ſeu Creuſam duxiſſet uxorē: in ultionē patris filios iugulauit: ut diximus in Ouidiū de arte amādi enarrādo eū uerſum. Cōiugis admiſſū uiolataq; iura mariti Barbara p̄ natos phaſias ulta ſuos. In his āt oīb⁹ Tragœdiis: q̄ ī theatris recitabāt amores cōtinebāt. Alæſo amor Ab amor medeæ ab Iaſōe uolato

Canaces & machareī fabula

Hippodamiæ fabula

Equi pelopis

Pelops eburnus

Fecit amor ſubitas uolucres. Terei tragœdiã itelligit. Nota ẽ fabula Ouidii met. carmĩe. Ordo ẽ. Amor fecit regẽ. ſ. Tereũ cũ pellice. i. Philomena ſubitas aues. Quæq; ſuũ luget. Prognẽ deſignat Terei regis Deulidis uxorẽ: q̃ Itym filiũ occidit: & pr̃i appoſuit pp Sororẽ Philomenã uiolatã: poſtea mutata fuit in luſciniã. Varro tñ & Seruiꝰ Philomenã uerſã eẽ in luſciniã ſcribũt. Si nõ europẽ. Atrei tragœdiã intelligit. notũ eſt aũt Europen Atrei uxorẽ cũ Thyeſte cõcubuiſſe: ut docet Seneca: qđ ægre ferẽs Atreꝰ liberos ei epulãdos appoſuit: q̃ ſol: ne polluereť: aufugit. plura diximꝰ in enarratiõibꝰ nr̃is in Ouidiũ de arte amãdi. Impia nec tragicos. Fabulã hãc quoq; (ne iterũ repetamꝰ) ſcripſimꝰ ĩ pr̃io de remedio amoris. Prognes fabula

Fecit amor ſubitas uolucres cũ pellice regẽ:
Quæq; ſuũ luget nũc quoq; mater itym.
Si nõ Europẽ frater ſceleratus amaſſet:
Auerſos ſolis non legeremus equos.
Impia nec tragicos tetigiſſet Scylla cothurnos:
Ni patriũ crinem deſecuiſſet amor. (nos:
Quí legís Electrã: uel egẽtẽ mentís Oreſtẽ:
Aegiſthi crimen: Tyndaridoſque legís.
Nã qđ de cetrico referã domitore chimeræ?
Quem letho fallax hoſpita pene dedit.
Quid loq̃r hermionẽ? qđ te ſchœneía uirgo
Teque mycenæo phœbas amata duci?
Quid danaen? danaeſq; nuꝝ? matrẽq; lyæi?

Tragicos cothurnos. Tragicũ ſtilũ. Qui legis Electrã. Electrã tragœdiã deſignat: quam Sophocles apd græcos cõpoſuit: & ab eo ΗΛΗΚΤΡΑ ſcripta fuit. Eãdẽ tragœdiã ſcripſit ẽt Euripides. In ea. n. ĩducit Electra Oreſtis ſoror: q̃ illũ e manibꝰ clytæmneſtræ mr̃is & Aegyſthi uitrici liberauit: occultauitq; apud Strophiũ phocẽſem. Ipſa urnã ſimulatis fraternis oſſibꝰ extulit deflẽs: Oreſtes ab argiuis adiutus mr̃e; Aegyſthũq; occidit: Electrã ſororẽ Pyladi Strophii filio dedit uxorẽ: quẽ in iſania ſp habuit comitẽ. Pollux tragœdiaꝝ hiſtrio hæc repſẽtaturꝰ qũ dolor filii pauloãte amiſſi ãge reť: allatis oſſibꝰ in urnã ex illiꝰ tumulo falſã actiõnẽ uero dolore ĩpleuit exẽplo memorabili. Nec egẽtẽ mẽtis Oreſtẽ. Nec Oreſten adhuc inſanũ facẽũ. In alio exẽplari magis emẽdate legiť. Qui legis Electrã: uel egẽtẽ mẽtis Oreſtẽ. Electræ tragœdia

Aegyſthi crimen. Aegyſthi adulteriũ cũ Clytæmneſtra: uel certe Agamẽnonis mortẽ: quẽ Aegyſthꝰ & Clytæmneſtra interfecerũt: qũ a bello troiano rediiſſet. Tyndaridoſq;. Et Clytæmneſtræ filiæ Tyndari ex leda: uxoriſq; Agamẽnonis: q̃ cũ Aegyſtho Thyeſtis filio: dũ bello troiano maritꝰ interfuit: adulteriũ cõmiſit. Nã qđ de tetrico. Bellerophõtes filiꝰ fuit Glauci uir munere deũ eximiꝰ tũ roboris: tũ decoris: quẽ Iupiter ſub impio Prœti regis oĩ græcia potẽtiſſimũ eẽ uoluit: cuiꝰ uxor Shtenobœa: qũ Bellerophõtẽ ad furtiuũ cõcubitũ allicere nõ potuit: accuſauit apud regẽ q; ſe de ſtupro interpellaſſet: & nolẽti uim uoluiſſet inferre. Quæ qũ audiſſet rex ingẽti indignatõe cõmotꝰ. ueritꝰ tñ iura familiaritatis offendere eũ in lyciã ad Eurien ſocerũ mittit cũ: lr̃is in qbꝰ agebať de eius morte: q ubi in Lyciã puenit a rege lycioꝝ honorifice excipiť. Sed poſtq̃ decimꝰ dies illuxit rex a bellerophõtẽ qd lr̃aꝝ attuliſſet a genero q̃ſiuit ac dari popoſcit: qbꝰ acceptis & lectis (cõtinebãt aũt & crimẽ Bellerophõtis & pœnã) principio impauit Chymerã expugnet atq; occidit aĩal indomabile: inexpugnabile: neq; humano: ſed diuinoꝰ gñe ortũ: anteriꝰ qdẽ leonẽ: poſterius uero draconẽ: medio aũt caprã: atq; terribiles ex ore flãmaꝝ globos cũ ſpũ effundẽtẽ. Hãc Bellerophõtes oĩbꝰ deoꝝ fretꝰ auxiliis ĩteremit. Secũdo loco iuſſus eſt pugnare cũ pugnaciſſimis Solymis: quoꝝ certamẽ ſolebat ipſe narrare q̃ acerrimũ fuiſſe. Tertio cõgreſſus cũ fortibꝰ amazonibꝰ eas interemit. Poſtremo aliud genus doli qũo hũc pimeret excogitat. Hoĩum robuſtiſſimoꝝ ad fontẽ lyciæ inſidias collocat. ut reuertentẽ aggreſſi obtrũcarẽt: ſed ipſi ecõtra nũq̃ domũ reuerſi ſunt: ad unũ oẽs obtrũcanť: cuiꝰ uirtutẽ admiratꝰ rex ſtatim filiã cũ dimidia & regni & dignitatis portõe dedit uxorẽ. autor Homerꝰ libro iliados. vi. Quid loquar hermionen? Hermionen Menelai uel (ut alii malũt) Theſei & Helenæ filiã fuiſſe cõſtat: quæ Oreſti Agamẽnonis filio deſpõſata fuit. Sed qũ Aegyſthꝰ cũ Clytæmneſtra Agamẽnonis uxore cõcũberet: & Electræ ſororis induſtria (ut diximꝰ) eius manꝰ euaſiſſet Oreſtes: cõceſſit illã Aegyſthꝰ Pyrrho Achillis filio: q̃ poſtea ab Oreſte interfectꝰ fuit. Bellerophontes

Quid te ſceneia uirgo? Ceneia legẽdũ eſt. Atalãtã. n. intelligit Cenei regis Scyri inſulæ filiã: cuiꝰ fabulã hẽs apud Ouidiũ met. libro. x. Diodorꝰ tñ nõ Ceneũ: ſed Scheneũ illũ appellat: a quo Scheneiã qdã uirginẽ nõ Ceneiã malũt appellare. Scheneia uirgo

Teq; mycenæo. Caſſandrã deſignat Priami regis filiã: quã poſt troiæ excidiũ Agamẽnon mycenas captiuã duxit captꝰ eiꝰ amore. Eã aũt Clytæmneſtra occidit: ut cecinit Homerꝰ. Caſſandræ mors

Quid danaen? Danaes fabulã diximꝰ in. iii. de arte amãdi ſuper eo uerſu. Quis danaen noſſet ſi ſemp clauſa fuiſſet? Inq; ſua turri ſi latuiſſet opus. Danaeſq; nuꝝ. Andromedẽ deſignat: cuiꝰ ẽt fabulã abũde diximꝰ in primo de arte. Legi tñ ĩ alio codice (qđ magis ẽt placet) Danaiq; nurus: ut ad qnquaginta belides referať: de qbus abũde diximꝰ in enarratõibus ĩ Ouidiũ de arte amãdi.

Mr̃emq; lyæi. Scribit Diodorꝰ Iouẽ Semele ante partũ fulmine icta ſumpſiſſe in femore infantẽ: & ut clã Iunone eẽt: uſq; ad pariẽdi tẽpus abſcõdiſſe: inq; Naxo inſula natũ filiæ coronidi Cliediq; loci nymphis p̃buiſſe educãdũ. Fulminaſſe aũt ante partũ Semelen: ut nõ ex mortali: ſed ex duobꝰ diis ortꝰ ueſtigio fieret ĩmortalis. Idẽ autor alibi ita ſcribit. Semelen Iupiter ob pulchritudinẽ in forma hoĩs cognouit: qđ exiſtimãs a Ioue in ſui cõtemptũ agi rogauit: ut ſecũ pro ut cũ Iunone aſſueuerat coiret. Iupiter dei maieſtate aſſũpta cũ tonitribus ac fulgure ad eã deſcẽdit. At illa p̃gnans qũ neq; fulguris neq; tonitrꝰ uim ferre poſſet: partu ĩmaturo edito expirauit. Infantẽ Iupiter Mercurio dedit ad antrũ nyſæ: quod inter Bacchi & ſemeles fabula

phœniciã nilũq; est deferẽdũ a nymphisq; omni studio curaq; educãdũ. Vnde ab Ioue Nysaq; Dionysiũ dixerũt. Idẽ ẽt alibi scribit Iunonẽ zelo & ira motã sumpta unius ex Semeles ancillis forma ad ulciscendũ iniuriã suasisse illi a Ioue petere: ut ea maiestate honoreq; cõcũberet: quibus cũ Iunone cõsuesset: cui qũ Iupiter annuisset: cũ tonitruo ac fulmine ad Semelen descendit: quæ insolita re territa expirãs abortũ edidit: quẽ Iupiter absconditũ in femur qum tenuisset partus tpe editũ in Nysam Arabiæ urbẽ tulit: ubi a nymphis educatus infans a pre loco q; appellatus Dionysius est. Fabulã etiam refert Ouidius libro tertio met.

Hemona? Sic qdẽ in omnibus exẽplaribus legitur. Nõ me fugit Hemona Antigonẽ amasse. nã Antigõe cõtẽpto edicto ne quis Polynicẽ mortuum sepeliret: eũ qm̃ frater erat humauit: deprehensa iussu Creõtis regis iugulat' ex lege ad tumulũ polynicis: Hemon: q eã impatiẽter amabat: perfosso pector gladio ibidẽ sibi mortẽ cõsciuit. Eũ secuta est mr̃ Eurydice doloris ĩpatiens. Tragœdia extat Sophocl̃is: quæ antigone inscribit' hoc argumẽto: & Euripidis. Sed illic deprehensa ĩ adulterio cũ Hemone dat' ei uxor: & parit Hemonẽ filiũ. Ouidius.

Antigões tragœdia

Hemonis mors

Hemona? & noctes quæ coiere duas?
Quid genero; peliæ? qd theseа; qdue pelasgũ
Iliacam tetigit qui rate primus humum.
Huc iole; pyrrhiq; parẽs; huc herculis uxor;

Nec tibi siqd amas fœlicius hemone cedat. & Propti⁹. Quid nõ antigonæ tumulo boetius hemon Corruit ipse suo saucius ense latus. Quare qũ syllaba hic repugnet: nisi forte ita corrigas: Hemona uel noctes & reliqua: Alcmenã reponẽdũ censeo: nã ẽt poetæ sensus uidet' ita exposcere. Fuit aũt Alcmena (ut scribit Diodorus) filia Lectriõis & Eurydices a Perseo oriũda. Ex Danae. n. Acrisii ac Ioue natũ Persea ferũt: ex eo Andromedeq; Cephei Lectrionẽ. Is deiceps sũpta Eurydice Pelopis Alcmenã procreauit. Hãc Iupiter qũ cognouisset: Herculẽ genuit. Iouẽ eniq; ferũt tres noctes ĩ unã redactas Alcmenæ operã dedisse: qd̃ nõ amoris cupiditate: ut in aliis mulieribus contigit: factũ: sed pueri gignẽdi gratia. Itaq; nolẽs ui Alcmenã aggredi: neq; fidẽs posse illi coitũ ob eius prudentiã psuadere: dolo mulierẽ aggressus est Amphitryõis forma assumpta: ut ẽt Plautus docet. Et noctes quæ coiere duas. Ex tribus noctibus unã fecisse Iouẽ diximus: ut Herculẽ cõciperet. Hic uero Ouidi⁹ ex duab⁹ tm̃ unã factã asserit. Vnde Sosia Plautinus ita loquitur in Amphitryone. Neq; ego hac nocte longiorem me uidisse cẽseo.

Ex tribus noctibus unam fecit. Iupiter Alcestis admeti Thesei gesta

Quid generum peliæ? Per generum Peliæ Admetum accipe: qui Alcesten Peliæ filiam maiorem natu despondente Iasone post Peliam Medeæ fraude peremptum duxit uxorem. Designat autem hic Ouidius Alcestidis tragœdiam: quam Euripides scripsit: unde a Iuuenale dictum est. Spectant subeuntem fata mariti Alcesten. Eam autem amauit Apollo: & eius amore captus nouem annis Admeti pauit armenta. De Admeto & eius uxore plura diximus in tertio de arte amandi. Quid thesea? Tragœdiã de Theseo intellige: qui (ut ẽ autor Diodor⁹) natus est ex Ethra Pitthei filia ac Neptuno in troezene nutritus penes Pittheum maternum auum: ac signa ab Aegeo sub saxo posita recognoscẽs Athenas uenit. Is: ut Herculis uirtutes imitaretur ad ea certamina animum adiecit: quæ laudem & gloriam sibi essent allatura: & primo Corinetum: deinde Scinem sustulit. postea aprum siluestrem in Crõmione occidit. Scyronem etiam Certionem ac Procusten deleuit. Taurum Marathonium ac Minotaurum domuit. Demum Phædræ accusatione interempto Hippolyto turbatus Theseus pulsus patria apud hospitem functus est uita. De Thesei interitu Pausanias ita scribit. Aiunt Theseum uinctum fuisse quoad ab Hercule reduct⁹ est: Sed omnium uerisimillimum mihi uidetur: quod ita audiui. Qum Theseus ĩ Thesprotidas iuisset: ut Thesprotorum uxorem raperet magnam exercitus partem illic amisit. Ipseq; & Pirithous (is enim quærendæ uxori operam impendebat) capti sunt: & uterq; a rege in uincula coniectus in Cichyro oppido. Eo tempore Tyndari filii expeditionem in Aphidnam egerunt: oppidoq; capto Mnestheum in regnum reduxerũt. Mnestheus filiorum Thesei qui ad Elpenorem in Euboiam clam emãdati fuerant: nullã rationẽ ducebat. Sed quoniam Theseo: si aliquando ex Thesprotis reduceretur: se uiribus haud parem fore intelligebat: popularem beniuolentiã sibi conciliauit: ut si Theseus seruatus rediret: excluderet. Interea Theseus in Cretam ad Deucalionem mittitur. Sed tempestate in Scyron insulam delatus: a Scyriis honorificentissime susceptus ẽ. Adducebantur enim illi generis gloria & autoritate: quã sibi Theseus comparauerat. Iccirco Lycomedes ei necem per insidias struxit. Plutarchus scribit Theseum a Lycomede auxilium contra Athenienses imploraſſe. Sed Lycomedes siue uiri gloriam reformidans. Siue Mnesthei sibi gratiam conciliare uolens: ipsum qum ad regionis fines perduxisset: quasi inde sibi agros ostensurus ex saxis deturbauit atq; interemit: quanq̃ aliqui affirment per se nullo cogente: sed errore loci post cœnam (ut consueuerat) deambulantem concidisse: atq; in præsentia eius mors nemini curæ ac solicitudini fuit. Cimon postea Milciadis filius Scyron incolis desertã reddidit ultus eo pacto Thesei necẽ ossaq; Athenas rettulit. In tragœdia aũt Thesei describebat' Helenæ raptus: eiusq; opa: quã Pirithoo p̃stitit ad rapiẽdã Proserpinã: ut antea diximus. Deinde quo pacto Phædrã & Ariadnã abduxerit. Tũ Phædræ turpis amor erga priuignũ Hippolytũ & accusatio: in qhus scriptis poeta designat amores cõtineri. Quidue pelasgũ? Protesilaũ dicit: de quo pluria scripsim⁹ in tertio de arte amãdi. Vbi ẽt Ioles fabulã pleni⁹ descripsim⁹. Pyrrhiq; parẽs. Deidamia Pyrrhi mr̃ Lycomedis Scyroq; regis filia: apud quẽ Thetis Achillẽ sub muliebri habitu celauit: qm̃ a Proteo accepat illũ perituq; esse in bello troiano: ut Statius cecinit. Ex ea Pyrrhũ peperit Achilles: cuius amor cõtinebat' in ea tragœdia. Huc herculis uxor. Megarã dicit: quã Creon rex thebarum cognita

Thesei mors

Deidamia Megara

Herculis uirtute illi uxorem dedit: urbisq; ei ueluti filio curã permisit. Eurysthe⁹ (ut scribit Diodorus) habens argis regnum nota Herculis fama eum ad perficienda certamina accersit: renuentem iussit Iupiter Eurysthei obtẽperare. At is delphos adiens consulto super his deo responsum tulit a diis iniunctum esse: ut Eurysthei iussu. xii. certamina ꝑficeret. quibus exactis immortalitate potiretur. Ex ea re haud parum est animo commotus Hercules. Nam & sua dignum uirtute uidebatur humiliori seruire: & Ioui ac patri nõ obtemperare tum inutile: tum impossibile ducebat: Hac anxietate perplexo animo iuno rabiem iniecit.

Huc accedat hylas: iliacusque puer.
Tempore deficiam: tragicos si ꝑsequar ignes
Vixque meus capiet nomina nuda liber.
Est & in obscœnos deflexa tragœdia risus.
Multaq; prætriti uerba pudoris habet.
Nec nocet auctori: mollem qui fecit achillẽ
Infregisse suis fortia facta modis.
Iunxit aristides milesia crimina secum:
Pulsus aristides nec tamen urbe sua est.
Nec qui descripsit corrumpi semia matrum
Eubius impuræ conditor historiæ.
Nec q composuit nuper sibaritida fugit.

Itaq; in insaniã (ut etiam scribit Seneca in Hercule furente) amentiam q; uersus Iolaum occidere uoluit. Quo fugiente filios qui prope Megaram stabant: sagittis uelut hostes appetiit: paulatim abscedente dementia præteritum recognoscens facinus doluit ex tanta calamitate: deinde proposita certamina absoluit. Megaram uero uxorem Iolao concessit: aliasq; deinde ipse accepit. Per Herculis autẽ uxorem: poeta Herculis tragœdiã designat: in qua continebantur eius gesta & amores: ut Omphales Ioles: aliarumq; etiam mulierum. Huc accedat hylas. Hylas puer fuit comes Herculis: quem amisit in Ionia iuxta Mysiam: & qum fuerit compertum q; extinctus fuisset in fonte: instituta sunt sacra: in quibus eius nomen clamabatur in fontib⁹. Solinus scribit Hylam lacum Bithyniæ esse: ĩ quẽ Hylam Herculis delitias cecidisse credunt. In cuius memoriam solẽni saltatione populus lacum circuibat, Hylam uoce clamans. Scribit etiam Strabo libro. xii. Hylã unum e sociis Herculis fuisse: qui etiã argonauta erat: & qum aquatum egrederetur: a nymphis captum finxerunt. Fuit autem in Bithynia iuxta Prusiadem urbem: ubi adhuc festa quædam celebrabantur: in quibus per montes uagi ac saltantes Hylam uocant: quasi in siluas ad illum inquirendum egrediantur. ὑλακῶ enim resono uel clamo significat. Intelligit aũt poeta aut tragœdiã de Hyla: aut Herculis tragœdiã: ĩ qua Hylas Herculis delitiæ cõtinebaẽ. Hylas puer

Iliacusq; puer. Et Ganymedes troian⁹ fili⁹ Trois regis & frater Illi & Assaraci: q a diis raptus ẽ in pĩcernã Iouis: ut docet Diodorus. Potes & Atym phrygiũ pueꝝ pulcherrimũ intelligere: quem Cybele casto sibi amore deuinxit: iussitq; ut castus eius templa tueret: qui postmodũ capt⁹ amore Sagaritidis nymphæ in furorem cõuersus putans domũ ruere fugit: & per sũma Dindymi montis phrygiæ qui deæ sacer est: furiose discurrens arrepto lapideo cultro seipsũ castrauit: ut docet in quarto fastoꝝ Ouidius: de qua re hic tragœdiã compositã intelligit. Ganymedes

Atys puer

Ignes tragicos. Amores qui in tragœdiis continentur. Tragœdia autem (ut in Minoe scribit Plato) est antiquissima: nec (ut plæriq; putant) a Thespide aut Phrynico sumpsit initium: sed multo ante ab athenienſi ciuitate. Quid autẽ sit tragœdia: & unde dicaẽ. docet Diomedes grammaticus. Tragœdia

Nomina nuda. Nomina aperta & obscœna: uel (qđ magis placet) noĩa sola eoꝝ: quoꝝ causa cõposita est tragœdia absq; alia uitæ eoꝝ narratõe: quasi dicat sola ipsa noĩa tragœdiaꝝ uix possent numerari: nedũ amores: qui in illis continentur. In obscœnos risus. Tractantur etiam plærunq; in tragœdiis rẽs obscœnæ: quibus rident spectatores. Magis tamen emendate alibi legi in obscœnos uersus. Præteriti pudoris. Præteritæ obscœnitatis. Inducitur enim aliquis olim obscœnũ aliqd gessisse. Nec nocet autori. Nec nocet Homero. Infregisse fortia facta. Denigrasse fortia eius gesta⁹ ob raptã Briseida: aut lyra personasse. Suis modis. Eius pertinacia uel lasciuia: aut certe suis modulationibus. Iunxit aristides. Aristides libros quosdã edidit: qui Milesii appellabant⁹ de luxuria & delitiis cõpositi: ut est autor Plutarchus: & Appianus. Fuere autem Milesii delitiis luxuq; notabiles. Vnde prouerbium græcorum extat tale οἱ κοῖτα μιλησία μηγαρ ἐνδαλε. ideſt domi non hic Milesia. Iunxit secum. Ingenio suo ac commodauit aut simul composita scripsit. Milesia crimina. Delitias & lasciuiam Milesiorum. Fuere enim perq̃ impudici: ut in Crassi uita docet Plutarchus. Pulsus aristides. Aristides (ut in tusculanis docet Cicero) expulsus est patria q; præter modum iustus esset. Sed hunc de quo hic Ouidius intelligit: aliũ fuisse manifesto apparet. Nec qui descripsit. Nec Eubius historicus exulauit: q; docuit partus matrum corrumpi & eiici. Semina matrum. Partum: semen genitale: conceptum. Corrumpi. Violari: emitti. Impuræ conditor historiæ. Credendum est Eubium historicum in eius opere historiam aliquam posuisse: qua exponebat fœminam aliquam potione & ueneficiis partum corrupisse: quod qum fecerit: uidetur alios eiusmodi crimen docuisse. Nec qui composuit nuper sybaritida. Hemitheon Sybarita (ut scribit Lucianus in oratione ad ineruditum qui multos emptitabat libellos) mirificas leges conscripsit quomodo insanire oporteat: & uelli: pati: ac facere illa. De huius poetæ libellis obscœnissimo argumento cõpositis nimirum intellexit Martialis libro duodecimo eo uersu. Qui certant sybariticis libellis. De Sybaritarum luxuria multa Suidas & Strabo. Sybaritida. Opus Hemitheõis plenum Sybaritanæ lasciuiæ. Fuit autem Sybaris oppidum Calabriæ inter Crathim & Sybarim fluuios. Nec fugit. Nec exulauit.

Aristidis libri Milesii

Aristides

Hemitheon sybarita

Sybaris

Nec quí cōcubitus non tacuere ſuos.
Sunt ea doctorū monumentis mixta uirorū.
Mumeribuſq; ducū publica facta patēt.
Neue peregrinis tātum defendar ab armis:
En romanus habet multa íocoſa líber.
Vtq; ſuo martē cecínit grauís ennius ore:
Ennius íngenio maximus: arte rudís.
Explicat ut cauſas rapidi lucretíus ígnis:
Cauſarumq; triplex uaticínatur opus:

Elephātis

Nec qui concubitus. Eos poetas intelligit: qui uarios concubitus carmine complexi ſunt: inter cæteros notatur Elephantis: qui apud priſcos uaria coeundi genera deſcripſit: ut plenius diximus in Ouidium de arte amandi. Sunt ea doctorum. Ea inquit ſcripta quanuis ſint obſcœna: tamen numerantur inter doctorum hominum monumenta. Muneribus ducum. Concedentibus imperatoribus. Publica facta. ea ſcripta omnibus expoſita. Patent. Aperta ſunt. Ab armis peregrinis. Ab externorum ſcriptorum uoluminibus. Romanis liber. Poemata a romanis & latinis edita. Vtq; ſuo martem. Quemadmodum inquit ſunt poetæ qui grauia ſcripſere: ut Ennius & Lucretius: ſic quidam laſciua opera edidere: ut Catullus & alii. Martem. Prælium & annales uerſu heroico: ut docet Gelius: quibus bella Italiæ continebantur: ut diximus in tertio de arte amandi.

Enníus Ingenio maximus

Ennius ingenio maximus. Ingenio maximum appellat: arte autem rudem: quoniam poeta ille uſus eſt inuentione & ſententiis egregiis: ſed uerbis non multum ornatis. Vnde Maro dicere ſolebat ſe ex ſtercore Ennii aurum colligere.

T. Lucretius poeta

Explicat ut cauſas. T. Lucretius poeta (autore Euſebio) amatorio poculo in furorem uerſus: qū aliquot libros per interualla inſaniæ conſcripſiſſet quos poſtea Cicero emendauit: propria ſe manu interfecit anno ætatis. xliii. Rapidi ignis. Ignis omnia rapientis & conſumentis. Lucretius enim grauia hoc eſt naturas rerum deſcribit: quas per ignem intelligit: de quo ita inquit. Verum (ut opinor) itaſt ſunt quædam corpora: quorum Cōcurſus: motus: ordo: poſitura: figuræ Efficiunt ignis mutatoq; ordine mutant Naturam: neq; ſunt igni ſimulata: nec ulli Præterea rei: quæ corpora mittere poſſet Senſib⁹: & noſtros a tactu tangere tactus.

Numerus cauſarum mundi

Cauſarumq; triplex. Vt carmen hoc intelligatur Senecam audiamus: qui in epiſtola poſtrema octaui libri epiſtolarum ad Lucilium ita ſcribit. Triplex cauſa eſt. Dicunt (ut ſcis) ſtoici noſtri duo eſſe in rerum natura: ex quibus omnia fiunt Cauſam & Materiam. Materia iacet iners: res ad omnia parata ceſſatura ſi nemo moueat. Eam autem ratio materiam format: & quocunq; uult uerſat: ex illa uaria opera producit. Eſſe ergo debet unde fiat aliquid. Deinde a quo fiat. Hoc cauſa eſt: illud materia. Ois ars naturæ imitatio eſt. Itaq; quod de uniuerſo dicebā ad hæc tranſfer quæ ab homine facienda ſunt. Statua & materia habuit quæ pateretur artificem: & artificem qui materiæ daret faciē: ergo in ſtatua materia æs fuit. Cauſa opifex. Eadem conditio rerum omniu; eſt. Ex eo conſtat quod fit: & ex eo quod facit. Stoicis placet: unam cauſam eſſe id quod facit. Ariſtoteles putat Cauſam tribus modis dici. Prima inqt cauſa eſt materia ipſa ſine qua nihil poteſt effici. Secunda opifex. Tertia eſt forma: quæ unicuiq; operi imponiť tanq̄ ſtatuæ. Nam hanc Ariſtoteles Idos uocat. Quarta quoq; inquit his accedit propoſitum totius operis. Quid ſit hoc aperiam. Aes prima ſtatuæ cauſa eſt: nunq̄. n. facta eſſet: niſi fuiſſet id ex quo funderetur duceretur ue. Secunda cauſa artifex eſt: non enim potuiſſet æs illud in habitum ſtatuæ figurari: niſi acceſſiſſent peritæ manus. Tertia cauſa eſt forma: neq; enim ſtatua illa Doryphoros: aut Diadumenos uocaretur: niſi hæc illi eſſet impreſſa facies. Quarta cauſa eſt faciendi propoſitum: niſi enim hoc fuiſſet: facta non eſſet: quod eſt propoſitum quod inuitauit artificem? quod ille ſecutus fecit: uel pecunia eſt: hoc ſi uenditurus fabricauit: uel gloria ſi laborauit in nomen: uel religio ſi donum templo parauit. Ergo & hæc cauſa eſt propter quam fit. His quintam Plato adiicit. Exemplar quam ipſe Idæam uocat: hoc eſt enim id ad quod reſpiciens artifex id: quod deſtinabat: effecit. Hæc exemplaria rerum omnium deus intra ſe habet: numeroſq; uniuerſorum: quæ agenda ſunt: & modos mente complexus eſt: plenus his figuris eſt: quas Plato Idæas appellat īmortales: īmutabiles: infatigabiles: īnumerabiles. Itaq; hoīes quidē pereūt. Ipſa aūt humanitas ad quam homo affingitur permanet: & hominibus laborantibus intereuntibus illa nihil patitur. Quinq; ergo cauſæ ſunt: ut Plato dicit: id ex quo: id a quo: id in quo: id ad quod: id propter quod: nouiſſime id: quod eſt ex his: eſt tāq̄ ex ſtatua. Id ex quo æs eſt: id a quo artifex eſt: id in quo forma eſt: quæ aptatur: id ad quod exemplar eſt quod imitatur: is qui facit: id propter quod faciendi propoſitum eſt: id quod ex iſtis eſt: ipſa ſtatua eſt. Hæc omnia mundus quoq; (ut ait Plato) habet facientem: hic deus eſt. Ex quo fit hæc materia eſt. Forma hæc eſt habitus: & ordo mundi quem uidemus. Exemplar ſcilicet ad quod deus hanc magnitudinem operis pulcherrimi fecit. Propoſitum propter quod fecit. Quæris quid ſit propoſitum? dei bonitas eſt.

Idos

Idæa

Triplex opus cauſarum. Tripartitam materiam uel triplicē effectum cauſarū: ut Ariſtoteli placuiſſe diximus: quanuis & quartam addiderit. Ex quo deſignat Ouidius Lucretium cauſas rerum tres: ex quibus omnia fiant carmine complexum fuiſſe. In quodam tamen uetuſtiſſimo codice legi nō cauſarum: ſed caſurum: ut dicat poeta Lucretium ceciniſſe quomodo tria elemēta: Mare. ſ. Cœlum: ac Terra interitura ſunt: qđ libro qnto ita cecinit. Prīcipio maria: & terras: cœlūq; tuere. Quoꝝ naturā tripli cē: tria copora mēmi: Tris ſpecies tam diſſimilis: tria talia texta Vna dies dabit exitio: multoſq; per ānos Suſtentata ruet moles & machina mundi: quomodo autem cauſas ignis Lucrecius deſcribat: diximus ſupra. In enarratione huius uerſus: quidam delirant.

Vaticinatur. Canit tanq̄ uates & poeta.

Sic ſua laſciuo. Sic econtra alii fuere: ut Catullus: qui carminis laſciuia inſignes fuere. Catullus autem Leſbiam pro Clodia amicam nominauit: amauitq; ardentiſſime: carmineq; eam complexus eſt: & quoniam in Catulli mentionem incidimus ſenſum & ordinem ſecũdi epigrammatis: quod ita incipit. Paſſer delitiæ meæ puellæ obiter enarremus: Poeta Catullus non deflet mortem paſſeris: non admiratur etiam eius luſus: ut plæriq; arbitrati ſũt. Sed cupit poſſe amorẽ pellere eo mõ quo amica: q̃ triſtitiã ponit ludẽdo cũ paſſere: qđ ſi cõtingeret: id illi tã gratũ eẽt: q̃ malũ aureolũ puellæ Atalãtæ fuiſſe ferũt. Eſt aũt ordo

Catulli locus

Sic ſua laſciuo cantata eſt ſæpe catullo
Fœmina: cui falſum leſbia nomen erat.
Nec cõtentus ea: multos uulgauit amores:
In q̃bus ipſe ſuũ faſſus adulterium eſt.
Par fuit exigui: ſimiliſque licentia calui.
Detexit uariis qui ſua facta modis: (quos
Quid referã Tycidæ? qd mẽmi carmẽ? apd
Nomẽ adeſt rebus: nominibuſq; pudor.

O paſſer delitiæ meæ puellæ qcũ ea ſolet ludere: quẽ illa ſolet tenere in ſinu: cui appetenti illa ſolet dare primũ digitũ & ĩcitare acris morſus: Qum libet deſiderio meo nitẽti iocari neſcio qd cas. Et quẽ paſſerẽ credo eẽ ſolatiolũ ſui doloris. Vt id ẽ utinam. Terẽtius. Vt te dii deæq; omnes perdãt: poſſem tecum ludere ſicut ipſa. Et pro id eſt leuare curas triſtis animi qum grauis ardor: ideſt grauis dolor amicæ acquieſcat: hoc eſt ſoleat acquieſcere & leniri: poſtea ſubiungit. Tam gratum eſt mihi: ſcilicet hoc quod cupio poſſe dolorem ponere luſu paſſeris ut facit amica Leſbia. Hic eſt uerus poetæ ſenſus: & ordo a nobis primum excogitatus: qui an uerus ſit: legentes quæſo iudicent. Sic etiã a nobis declaratum eſt carmẽ illud eiuſdem poetæ in calce prioris epigrammatis: Patroa uirgo Plus uno maneat perenne ſæclo: idq; in epiſtola quadam ad Alexandrum fratrem in prima ſtatim pagina faſtorum Ouidii: ubi docuimus uirginem Patroam pro charta patriæ poetæ & ueronenſi: quemadmodum apud Martialem eo uerſu: Scrinioq; ſignatas Cuſtodit ipſe uirginis pater chartæ: & a patros fit poſſeſſiuum patrous: ut ab eos eous. Eſt autem ordo. Virgo patroa maneat perenne pro perenniter: ut ſit nomen pro aduerbio poſitum. ſic Vergilius. Toruumq; repente Clamat: plus uno ſæclo plus multis annis: quibus uerbis non inuocat Pallada: non muſam: quod minime fit a poetis epigrammatariis: ſed optat ut perenne ſit opus: & charta uirgo: ideſt charta quæ nunquam antea edita fuit: quemadmodum uirginem ẽt eã appellamus: quæ nunq̃ partum edidit. Emendemus etiam carmen illud eiuſdem poetæ Propontidem trucẽue ue ponticum ſinum. Quidam enim eum locum ita legunt ut aſſignauimus. Ego uero propontida (ut oĩa habent exẽplaria) reponendum cenſeo: nam ultima ſyllaba eius nominis communis eſt ſequente muta cum liquida: quemadmodum quecopula apud Maronem in eo uerſu. Tribulaq; traheæq; & iniquo põdere raſtri. Multa etiam alia Catulli loca: aliorumq; etiam autorum: tum deprauata: tum ab aliis parum intellecta aut minus obſeruata in medium alias proferemus: nunc ne ab interpretatione noſtra digrediamur: ad Ouidii carmen redeundum. Cui falſum leſbia nomen erat. Legitur etiam falſo: hoc eſt quæ falſo Leſbia dicebatur: id quod etiam docet Apuleius in Apologia prima his uerbis. Eadem igitur opera ac cuſent. C. Catullum qui Leſbiam pro Clodia nominauit: & Ticidam ſimiliter q̃ quæ Metella erat Perillam ſcripſerit. Multos uulgauit amores. Faſſus eſt ſe etiam alias amaſſe. Par fuit exigui: Caluus orator (autore Seneca libro quarto controuerſiarum) diu cum Cicerone iniquiſſimam litem de principatu eloquentiæ habuit: uiolentus accuſator & concitatus fuit. Carmina quoq; eius quanuis iocoſa fuerint: plena tamen fuere ingentis animi. Dixit de Pompeio: Digito uno caput ſcalpit Quo credas ſibi hunc belle uirum. Calui Meminit & Cicero in libro de claris oratoribus: ac etiam Tranquillus in. C. Cæſare his uerbis. C. Caluo poſt famoſa epigrammata de reconciliatione per amicos agenti ultro ac prior ſcripſit. Amauit autem Quintilia de qua ſcripſit elegias: eiuſq; etiam mortem carmine elegantiſſimo defleuit dicẽre Propertio. Hoc etiam docti confeſſa eſt pagina calui Qum Caneret miſeræ funera Quintiliæ. Eũ exiguum appellat Ouidius: propterea q̃ fuit paruæ ſtaturæ: ut docet Seneca de eo ita ſcribens. Erat enim paruus ſtatura: propter quod ẽt Catullus in endecaſyllabis uocat illũ Salaputiũ ſeu Solopachiũ. i. integgẽ cubitum. Non me fugit locum illum Catulli ab aliis aliter etiam legi. Quid referam tycide? Tycida poeta ſcripſit elegias de Perilla quam amauit: eius poetæ meminit Tranquillus in libro de claris grammaticis: cuius uerba hæc ſunt. Inſcripſit Cato prætẽr grammaticos libellos: etiam poemata: ex quibꝰ præcipue probantur Lydia & Diana. Lydiæ Tycida meminit. Lydia doctorum maxima cura liber: Dianæ Cinna Sæcula permaneat noſtri Diana Catonis. Quid memmi carmẽ? C. Memmii poetæ pariter & oratoris meminit Plynius in epiſtolis & Tranquillus ſcribens illum obieciſſe. C. Cæſari ſtetiſſe ad cyathum & uinum Nicomedi regi: & alibi ſcribit eundem Cæſarem. C. Memmii: cuius aſperrimis orationibus nõ minori acerbitate reſcripſerat: etiam ſuffragatorem mox in petitione conſulatus fuiſſe. Fuit autem mordaciſſimus: ut docuit Craſſus Orator: qui tota Taracina omnibus in parietibus has litteras inſcriptas fuiſſe dixit tria. LLL. & duo. M. M. qum quærerent quid ſignificarent quendam oppidanum ſenem dixiſſe hoc ſignificari. Lacerat lacertum Largii mordax Memmius. Is fuit prætor Bithyniæ: cum quo Catullus poeta nauigauit: ut ipſe docet in eo epigrammate Piſonis comites cohors inanis. Extant etiam Ciceronis epiſtolæ ad hunc (ut opinor) Memmium libro decimotertio. Nomen adeſt rebus. Res qum in aliquem

Catulli alius locꝰ

Catulli carmen emẽdatũ

Leſbia ꝓ clodia

Perilla ꝓ Metella

Caluus orator

Quintilia calui amica

Salaputiũ Solopachium

Tycida poeta

Mẽmius poeta & orator

Cinna poeta

Anſer poeta

Cornificius poeta

Cornificia

Valerius cato poeta

Metellus poeta

Varro attacinus pocta

Leucadia Varronis amica

Hortenſi⁹ poeta

Seruius Sulpitius poeta

L. Siſena

Corneli⁹ Gall⁹ poeta

Galli mors

Lycoris galli amica

ſcribunt uel obſcœnas ſuis etiam nominibus: & uerbis parum honeſtis appellant: id quod etiã facit Catullus. Cinna quoq; his comes eſt. Cinna poeta fuit: qui ſcripſit Smyrnam: quam decem annis elimauit ut Seruius docet. Cinnaq; procacior anſer. Anſer poeta fuit Antonii: qui eius laudes ſcripſit. de quo Cicero in philippicis. Ex agro phalerno anſeres appellantur. Ipſum enim donarat Antonius in campania. Propertius. Nec minor his animis: & ſi minor ore canorus Anſeris indocto carmine ceſſit olor: Fuit aũt Anſer in ſuis ſcriptis laſciu⁹. Et leue cornifici. Cornifici⁹ poeta a militib⁹ deſtitut⁹ interiit: quos ſæpe fugientes galeatos lepores appellarat: hui⁹ ſoror Cornificia inſignia condidit epigrammata: leue autem opus appellat propter amatoria quæ in eis continebantur: nam & amantes leues appellãtur. aut leue opus: ideſt molle opus: & laſciuũ. Parq; catonis opus. Valerius Cato (ut ſcribit Tranquillus de claris grammaticis) fuit Burſeni cuiuſdam libertus ex gallia: qui licentia Syllani temporis exutus patrimonio grammaticen docuit: uiſuſq; ẽ peridoneus præceptor maxime ad poetas tendentibus: ut apparet his uerſiculis. Cato grammaticus: latina ſyren Qui ſolus legit: ac facit poetas: Is ſcripſit præter grammatices libellos etiam poemata: ex quibus præcipue probata fuit Lydia & Diana: de quibus hic Ouidius intelligit. Et quorum libris. Metellus amicã habuit: quã Metellaq; diſſimulato nomine in elegiis: quas de illa compoſuit: appellauit. Is quoq; phaſiacam: Varronem Attacinum intelligit. qui Leucadiam amauit: de qua Propertius. Hæc quoq; perfecto ludebat iaſone uarro. Varro leucadiæ maxima flamma ſuæ: Varro autem ſcripſit argonautica Apollonium imitatus: quem potius in latinum uertit ut plenius diximus in Ouidium de arte amandi. Nec minus hortenſi. Hortenſius. & Seruius Sulpitius: q̃uis fuerint optimi oratores: manſuetioribus tamen muſis operam dedere: quam rem docet Plynius Iunior libro epiſtolarum quinto: cuius uerba hæc ſunt. Sed ego uerear ne me non ſatis deceat: quod decuit M. Tulium. C. Caluum. Aſinium Pollionem. M. Meſſallam. Qu. Hortenſium. M. Brutum. L. Syllam. Qu. Catulum. Qu. Sæuolam. Seruium Sulpitium. Varronem. Torquatum. immo Torquatos. C. Memium. Lentulum Getulicum. Sulpitii etiam meminit Auſonius: cuius poema prurire dixit propter carminis laſciuiam. Nec ſunt minus improba. Nec ſunt minus laſciua. Vertit ariſtiden Siſenna. L. Siſennam inter oratores enumerat Cicero: cuius uerba hæc ſunt. L. Siſenna doctus uir: & ſtudiis optimis deditus: bene latine loquens: gnarus rei publicæ: non ſine facetiis: ſed neq; laboris multi: nec ſatis uerſat⁹ in cauſis interiectuſq; inter duas ætates Hortenſii & Sulpitii: nec maioris conſequi poterat: & minori neceſſe erat cedere. Huius omnis facultas ex hiſtoria ipſius perſpici poteſt: quæ qum facile omnes uincat ſuperiores: tum indicat tamen quantum abſit a ſummo: quanq̃ genus hoc ſcriptionis nondum ſit ſatis latinis litteris illuſtratum. Tranſtulit autem e græco in latinum Ariſtidæ libros Mileſios: de quibus antea diximus. Nec obfuit illi. Nec nocuit Siſennæ: qui hiſtoriam romanam compoſuerat etiam laſciuos: & ipudiciſſimos illos Ariſtidæ libellos tranſtuliſſe. Nec fuit opprobrio. Cornelius Gallus res tenens romanas ægypti procurator exhauſit ciuitatem thebarum plurimis interceptis: reuerſuſq; qum furti acceſſeretur: & populatæ prouinciæ metu nobilitatis acriter indignatæ: cui negotium ſpectandum dederat: imperator ſtricto incubuit ferro ut docet Amianus Marcellinus: cui Euſebius quoq; aſtipulatur ita ſcribens Cornelius Gallus de quo Vergilius ſcribit in bucolicis: primus tenuit ægyptum: quæ ab Auguſto facta eſt romana prouincia: hic quadrageſimo ætatis ſuæ anno propria ſe manu interfecit: de quo Propertius ita cecinit. Et modo formoſa q̃ multa lycoride gallus Mortuus inferna uulnera lauit aqua: Hic tamen Ouidius uidetur ſentire cum nimio uino linguam nõ tenuiſſe: ſed de Auguſto oblocutum. a quo ex infima fortuna ad præfecturam ægypti fuerat euectus: poſtea dolore arbitrandum eſt ſe ipſum interfeciſſe: qum illum Auguſtus: & prouincia & domo interdixiſſet ob ingratum: & maliuolum animum: ut eſt autor Tranquillus. Cornelii Galli meminit etiam Strabo: Seruius ſcribit illum foroiulienſem fuiſſe: tranſtuliſſeq; in latinum Euphorionem. & de Citheride Volumnii liberta: & a ſe amata: quam Lycorida appellauit ſcripſiſſe libros quattuor: eum Tibullo: & Propertio duriorem fuiſſe ſcribit Fabius.

Credere iuranti: Quod hic dicit Ouidius: facit Tibullus in elegia ſexta. Dicit enim eius amicam Deliam ſibi negare cum nullo alio ſe rem habere quod ille fatetur eſſe incredibile: ita enim inquit. Illa quidem tam multa negat. ſed credere durum eſt. Sic etiam de me pernegat uſq; uiro. Hoc etiam. Ordo eſt. Quod etiam neget hoc: & reliqua uel certe hoc propter hoc.

Cinna quoq; his cões ẽ: cinnaq; procacior ãſer
Et leue cornifici: parque catonis opus.
Et quoq; libris modo diſſimulata per illos
Nomine nũc legitur dicta metelle tuo.
Is quoq; phaſiacas argonq; duxit in undas:
Non potuit ueneris furta tacere ſuæ.
Nec min⁹ hortẽſi: nec ſũt minus iproba ſerui
Carmina: quis dubitet nomina tanta ſeq;
Vertit ariſtidẽ ſiſenna: nec obfuit illi
Hiſtoriæ turpes inſeruiſſe iocos.
Nec fuit opprobrio celebraſſe lycorida gallo
Sed linguã nimio non tenuiſſe mero.
Credere iuranti durum putat eſſe tibullus:
Hoc etiam de ſe quod neget illa uiro.

Fallere cuſtodem. Id etiam de ſe ita profitetur Tibullus. Ipſe miſer docui: quo poſſet ludere pacto Cuſtodes heu heu nunc premor arte mea. Id autem docuit in ſecunda elegia eo uerſu. Tu quoq; ne timide cuſtodes Delia falle: Audendū eſt: fortes adiuuat ipſa Venus. Sæpe uelut gemmam: Id ita eſſe Tibullus cecinit. Sæpe uelut gemmas eius ſignumq; probarem: Per cauſam memini me tetigiſſe manum. Digitis ſæpe eſt nutuq; locutus. Tibullus. Neu te decipiat nutu digitoq; liquorem Ne trahat & menſæ ducat in orbe notas. Et quibus e ſuccis abeat. Tibullus. Tūc ſuccos herbaſq; dedi: quis liuor abiret Quem facit impreſſo mutua dente Venus. Deniq; ab incauto. Tibullus. At tu fallacis cōiunx incaute puellæ. Me quoq; ſeruato peccet ut ipſa nihil. Peccet ut illa minus. Vt amica cum aliis non audeat peccare. Scit cui latretur. Tibullus. Ille ego ſū nec me iam dicere uera pudebit. Inſtabat tota cui tua nocte canis. & alibi. Nō fruſtra quidam iam nunc in limine perſtat Sedulus: ac crebro proſpicit ac refugit. Et ſimulat tranſire domum mox deinde recurrit Solus & ātē ipſas excreat uſq; fores.

Fallere cuſtodē demum docuiſſe fatetur.
Seque ſua miſerū nunc aít arte premí.
Sæpe uelut gemmā dominæ ſignūq; ꝓbaret
Per cauſam meminit ſe tetigiſſe manum.
Vtq; refert: digítis ſæpe eſt nutuque locutus
Et tacítam menſæ duxít in orbe notam.
Et quíbus e ſuccís abeat de corpore líuor:
Impreſſo fieri quí ſolet ore docet.
Deníque ab íncauto nímiū petít ílle marito:
Se quoq; uti ſeruet: peccet ut ílla mínus.
Scít cuí latretur: cum ſolus obambulat ípſe:
Cuí totiens clauſas excreet ante fores.
Multaque dat furtí talís p̄cepta: docetque
Q ua nuptæ poſſent fallere ab arte uíros.
Nec fuít hoc ílli fraudí: legíturque tibullus.
Et placet: & iam te príncipe notus erat.
Inuenies eadem blandí præcepta properti.
Díſtrictus mínima nec tamen ílle nota ē.
His ego ſucceſſi: quoníam præſtantía cādor
Nomína uíuorū díſſimulare íubet.
Nō tímui fateor: ne qua tot íere carínæ
Naufraga ſeruatís omnibus una foret.
Sunt alíis ſcriptæ qbus alea ludítur: artes:
Hoc eſt ad ueſtros non leue crímen auos
Q uíd ualeāt tali: quo poſſís plurima íactu
Fígere: dānoſos effugíaſque canes.
Teſſara quos hēat numeros díſtāte uocato
Míttere quo deceat quo dare míſſa mō.
Díſcolor ut recto graſſet límite miles:

Ipſe. Alius amator: q̄ Tibullus cui latrat. Excreet. Amator alius amicæ Tibulli. Talis furti. Talis coitus. Eadem præcepta. Idem docentia quod Tibullus. Minima nota. Minima infamia. His ego ſucceſſi. Poſt hos ego quoq; eadem laſciuia ī meis ſcriptis uſus ſum. Nomina uiuorum. Poetarum uiuētium nomina: qui quáuis laſciua ſcripſerint: tamen ob eorum ſplendorē compellor eos tacere. Tot carinæ. Tot ingenia poetarum. Vna foret naufraga. Solus damnarer. Seruatis omnibus. Seruatis cunctis: qui eadem ſcripſere. Quibus alea luditur. Quibus alea deſcribitur. Eſt autem Alea omnis ludus magna ex parte in fortunæ uarietate cōſiſtens. Quid ualeant tali. Deſcripſere alii poetæ Talorum ludū de quo in Ouidium de arte plenius ſcripſimus.

Fingere: Ego uincere legendum eſſe arbitror: aut certe fingere componere: & formare plurima puncta uno iactu: Superior ſentētia magis placet.

Plurima. Res plurimas: uel plurima puncta: aut plurima pro plurimum: ut ſit nomen pro aduerbio. Quo iactu. Quo puncto. Venus enim in talis uictoriam afferebat: ut canis ſiue canicula iacturam. Senio uero interdum lucroſus: unde a a Perſio dexter appellatur: interdum damnoſus: ut deſignat Tranquillus in Auguſto. De Talis uero & eorum inuentore abunde diximus in Ouidium de arte amandi. Damnoſos canes. Puncta illa iacturam afferentia. Teſſara quos habeat numeros. Qui numeri ſint in ludo teſſarario dānum aut uictoriam afferentes. Teſſaræ autem habent ſex latera: & quadratæ ſunt. Has cubos appellari Gelius ſcribit: Tali uero habebant quattuor latera & pro uario iactu uaria puncta dabant: his iam non utimur: ut alibi plenius diximus. Illud notandum q; in ludo Talario Tali quattuor adhibebantur: In teſſarario uero tres tantummodo. unde Martialis ait Non ſum talorum numero par teſſara. Diſtante uocato. Vocato numero: qui diſtat a uictoria. hoc eſt uocato numero qui uictoriam præſtat: aut qui reſtat ad uictoriam optinendam: quibus uerbis deſignat poetas aliquos docuiſſe quomodo teſſaris ludendum ſit: quam rem etiam in arte amandi Ouidius monet eo uerſu Parua monere pudet. talorum dicere iactus Vt ſciat. & uires teſſara miſſa tuas. Mittere quo deceat. Quomodo deceat mittere paruas illas tabellas quibus utimur in alueolo.

Teſſaræ Cubi Tali Tali quatuor Teſſaræ tres

Quo dare miſſa modo. Quomodo etiam caute deceat locare eas a colluſore miſſas hoc eſt quum ille teſſaras miſit: nam in eo ludo non modo ex noſtro tabellas mouemus: ſed plærumq; etiam ex colluſoris iactu. Diſcolor miles. Calculus tuus diuerſi coloris: Nam calculi ſeu latrones olim fiebāt ex uitro & in duas partes diuerſi colores diuiſi alii appellantur Milites: alii hoſtes. Martialis. Inſidioſoq; ſi ludis

Calculi ex uitro

bella latronum Gẽmeus iſte tibi miles & hoſtis erit. Graſſetur. Inſidietur hoſti dum miles deph̃eſus obſidetur: ut ſi is pereat: pereat etiã hoſtis caute deph̃enſus in inſidiis: ut paria faciãt colluſores. Recto limite. Recta & aperta uia ne uideatur graſſari, aut recte ductus. ut ſolent in eo ludo calculi quidam. Qum medius calculus. Qum miles tuus ab hoſte circunuentus. Perit: Laborat: & eſt in pereundi periculo: niſi ei ſuccurratur. Sic & in arte amandi. Cautaq̃ non ſtulte latronum prælia ludat. Vnus qum gemino calculus hoſte perit. Gemino hoſte. Vel his duobus calculis: quos regem: & reginam appellant: Vel certe qum ſolus tuus latrunculus a duobus hoſtibus obſidetur. Velle ſequi. Velle hoſtẽ inſequi. Et reuocare priorem. Et reuocare præcedentem calculum: ne forte per imprudentiã longius elapſus: ab hoſtibus capiatur. Parua ſedet ternis: Hunc ludum ternarium appellant: de quo plenius diximus in Ouidium de arte amandi. Quiq̃ alii luſus. Ordo eſt. Et alii luſus ſunt ab aliis ſcripti: qui ſolent perdere tempora noſtra rem charam. neq̃ enim nunc perſequar omnes: hoc eſt per parentheſim dictum. Ecce canis formas. Docuere alii etiam formas & genera pilarum: quæ quatuor fuere. Erat pila trigonalis omnium minima dura: pilo plena: unde etiam nomen accepit. dicta autem Trigonalis a Trigone: qui locus erat ĩ thermis triquetra ideſt triangulari figura qua græci τρίγωνον uocant. ad huiuſmodi pilæ luſum ædificatur. hæc reddebatur tam dextra q̃ ſiniſtra manu. Martialis. Captabat tepidũ dextra læuaq̃ trigonem. Erat præterea pila paganica a pagis id eſt uillis dicta: q̃ pagani ea uterentur: ea laxior erat & pluma plena. Martialis. Nec quæ difficilis turget paganica pluma: Folle minus laxa eſt: & minus arcta pila. Erat & tertiũ pilæ genus quod ex pelle fiebat: & ſpiritu inflabatur pugno reddi ſolitum non palma: ut reliquæ pilæ. Vnde Plautus in rudentem follem pugillatorium appellat. Ego te inquit follem pugillatorium faciam: & pendentem incurſabo pugnis periuriſſime. A flatu autem quo impletur nomen optinuit ſiue a pelle: quam ueteres follem appellarunt. Eam pilam Tranquillus folliculum nominauit ſcribens Auguſtum ad pilam primo folliculumq̃ tranſiſſe. Erat præterea quartum pilæ genus: quod (ut quidam uolunt) Harpaſtum appellabatur ſiue ſphẽnida. Fiebat e pãno: aliquando ex pelle: lana: tomentoue implebatur: laborioſum erat hoc ludi genus: Nam multi ludentes in duas partes diuiſi e regione ſibi inuicem oppoſiti ad ſuos tranſmittere pilam conabantur: quam aduerſarii arripiebant: ea ſæpe in terrã decidebat: ad quam cateruatim currentes ſe inuicẽ proſternebant: puluereq̃ & ſudore infecti ſurgebãt. Fuſcandi coloris. Fuſcum ſignificat atrum & nigrũ Hinc fit uerbum fuſcare: hoc dicit: docuere etiam alii ut fuſcos redderẽt adoleſcentes romanos uariã certamina campi Martii: in quibus corpora exercebant: qui color in amãte laudabatur: quod ipſe præcipit in arte amandi eo uerſu. Munditiæ placeant: fuſcentur corpora campo. Hic epulis leges. Profeſſi ſunt & alii popinæ ſcientiam. Inter quos etiam Apicius: de quo Seneca in libro de conſolatione ad Albinam ita ſcribit. Quam Apicius noſtra memoria uixit: qui in ea urbe ex qua aliquando philoſophi uelut corruptores iuuentutis abire iuſſi ſunt ſcientiã popinæ profeſſus diſciplina ſua ſæculum infecit: cuius exitum noſſe operæpretium eſt: qum ſeſtertium milies in culinam congeſſiſſet: qum tot congiaria principum & ingens capitolii uectigal ſingulis commeſſationibus hauſiſſet: ære alieno oppreſſus rationes ſuas tunc primum coactus inſpexit: ſuperfuturum ſibi ſeſtertium centies computauit: & uelut in ultima fame uicturus in ſeſtertio centies ſi uixiſſet: ueneno uitam finiuit. Scripſit Apicius etiam libros amorum: quos Commodus impator in lecto ſemp habuit: ut ẽ autor Spartianus. Hoſpitio. Hoſpitibus: q̃bus lautiores epulæ apponi ſolent. De qua fingantur pocula. Apud romanos olim eo peruenit luxuria: ut fictilia uaſa eſſent in maximo pretio. Samia maxime laudabantur in eſculentis: retinebat hanc nobilitatem & Aretium in Italia & calicum tantum Surrentum: Aſta: Pollentia in Hiſpania: & Saguntum. In Aſia Pergamum: habuere & Trallis opera ſua. Cois laus maxima. Hadrianis firmitas: nobilitata fuere oppida: ut Rhegiũ & Cumæ: autor Plynius. Vitellius in principatu ſuo. cc. ſeſtertiis condidit patinam: cui faciendæ fornax in campis exædificata erat: q̃oniam eo peruenit luxuria: ut etiam fictilia pluris conſtarent q̃ Murina. Vnde etiam apud Iuuenalem Mõtanus ita alloquitur Domitianum. Teſta alta paretur Quæ tenui muro ſpatioſum colligat orbem Debetur magnus patinæ ſubituſq̃ prometheus. Argillam atq̃ rotam citius propera te: ſed ex hoc Tempore iam Cæſar figuli tua caſtra ſequantur. Figulinam autem fabricam inuenit Chorebus Athenienſis autore Plynio. Quæ teſta. Quod uas fictile & ex terra. Duo inquit alii docent: & ex quo genere terræ fiant pocula: & quod ex his magis ſit aptum potui.

Ludus ternarius

Pilarum genera

Trigonalis pila

Follis pugillatorij.

Harpaſtũ Sphenis

Fuſcum Fuſcandi coloris cura

Apicius

Apicii mors

Fictilia uaſa olim in prætio

Figulinæ fabricæ inuentor

Cum medíus gemíno calculus hoſte pít.
Vt mage uelle ſequí ſciat: & reuocare priorẽ:
Nec tuto fugiens íncomitatus eat.
Parua ſedet ternis íntructa tabella lapíllís:
In qua uicíſſe eſt contínuaſſe ſuos.
Quíq̃ alíí luſus: neq̃ enĩ nũc perſequar oẽs:
Perdere rem charam tẽpora nra ſolẽt.
Ecce canít formas alíus iactuſq̃ pilarum.
Hic artem nandí præcípit: ille trochí.
Cõpoſita eſt alíis fuſcandí cura coloris:
Hic epulis leges: hoſpitíoque dedít.
Alter humũ: de qua fingant pocula mõſtrat.
Quæq̃ decens líqdo teſta ſit apta mero.

Talia luduntur. Talia uasa celebrantur a poetis Saturnalibus decembri mense. Vnde etiam Martialis in Apophoretis Calices surrentinos laudat ac etiam saguntinos. Fumoso decembri. Ideſt Saturnalib⁹ quæ celebrabant decembri mense: ut docet Macrobius: Fumosum autem eleganti epitheto appellat decembrem propter ignem: qui eo mense maxime fieri soler: unde fumus etiam sequitur: idem quandoq; candidus appellatur propter niues. His ego deceptus. Deceptus horum exemplo. Non tristia carmina. Non tristes uersus. sed iocosos. Tristis pœna. Exilium dicit. Quid si scripsissem mimos. Mimi erãt poemata sine reuerentia lasciuiam imitãtia: quæ a mimographis: ideſt scriptoribus mimorum ludis ad Comœdiæ formam composita in scænis agebantur. dicebantur etiam mimi Ethologi: ideſt theatrales. Mimum esse scribit Diomedes sermonis cuiuslibet motum sine reuerentia uel fastorum cum lasciuia imitationem: ita appellatus est quasi solus imitetur: qum & alia poemata idem faciant: Sed solus quasi priuilegio quodã: quod fuit commune possedit. Dictus est autem a uerbo græco μιμεῖσθαι: quod significat imitor: Hæc fabularum species latine Planipedia uocatur. Donatus scribit Mimos appellatos a diuturna imitatione uilium rerum: & leuium personarum: sic dicta q planis pedibus: ideſt nudis proscœnium introirent: non ut tragici autores cum cothurnis: neq; ut comici cum soccis olim. autor Diomedes. Habent crimẽ. Habent criminationem. Ficti amoris. Amantis alicuius introducti in eo poemate: in quo ficta narrantur. In his autem uersibus licet intueri quod genus poematis fuerit mimus. Incestis uocibus. Impudicis uerbis. Multa pudenda. Multa obscœna: quæ fiunt in scæna ab ipsis mimis. Aliqua nouitate. Aliquo nouo inuento: quod in eo poemate a Mimographis describitur. Plauditur. Cum lætitia excipitur. Palma datur. Victoria concedi-
tur. Quodq; min⁹ prodeſt. Ordo eſt. Et id qđ minus prodeſt: eſt pœna lucrosa poetæ. Lucrãtur iquit poetæ ex eo opere quod minus prodeſt. qũ pœna afficiendi essent. Prætor emit. Prætores enim seu ædiles ludos faciebant: & a poetis fabulas emebant: quas ludorum die recitari iubebant. Vnde legimus Andriam Terẽtii actam ludis Megalẽsibus. Aliam ludis funebribus. Aliam ludis romanis. Inibi etiam ædilium nomina describũtur. Scribit etiam Tranquillus ludis Decium Laberium Equitem romanum Mimum suum ægisse: donatumq; fuisse quingentis sestertiis: & anulo aureo sessum in. xiiii. Scænam per solium Orchestram transisse. Tuis luminibus. Tuis oculis. Quibus utitur totus orbis. Quibus totum orbem uides: & gubernas. Scænica adulteria. Adulteria quæ a Mimographis in scæna recitata fuere. Imitantes turpia. Inhoneſta imitantes. Imitabãtur enim inhoneſtos mores hominum: ac naturas: unde etiam Mimi nomen deducitur ut diximus.

Decẽber fumosus

Mimi

Mimi ethologi

Planipedia

Prætores seu ædiles ludos faciebant

Proscænia

Materiæ minor eſt. Ordo talis. Pœna minor eſt debita meæ materiæ: quasi dicat si Mimographi non puniuntur: qui magis turpia scripsere: nec ego puniendus sum: quandoquidem materia mea honeſtior eſt mimorum scriptis. Eſt debita. Debetur. Sua pulpita. Sua proscænia: quæ erant ante scænam. ubi ludicra exercebantur: ut Seruius docet. Scæna licere dedit. Eas obscænitates licet in scæna spectare: & eorum autoribus ea impune agere in scæna cõcessum eſt. Et mea sunt populo: A simili arguit eius quoq; poemata in scæna recitata eũ illesum præstare debere: qũ pſertim sæpe illis interfuerit Augustus. Scilicet ĩ domibus uestris: Quasi dicat quemadmodũ in ædibus sunt qđã honeſta qđã uero turpia: sic ego scripsi uaria poematũ gña laude aut uitupatiõe digna. In domib⁹ uestris. In palatina porticu: de q̃ dixim⁹ abũde ĩ Ouidiũ de arte amãdi. Pusca corpa uiroꝝ. Corpa uiroꝝ fortiũ picta: q̃ priscis tpib⁹ fuer.

Talia luduntur fumoso mense decembri:
Quæ iam non ulli composuisse nocet.
His ego deceptus non tristia carmina feci:
Sed tristis nostros pœna secuta iocos.
Deniq; non uideo de tot scribẽtibus unum:
Quem sua pdiderit musa: repertus ego.
Quid si scripsissem mimos obscœna iocãtes
Qui semp ficti crimen amoris habent.
In quibus assidue cultus pcedit adulter.
Verbaq; dat stulto callida nupta uiro.
Nubilis hic uirgo matronaq; uirque puerq;
Spectat: & ex magna parte senatus adest.
Nõ satis incestis temerari uocibus aures:
Assuescũt oculi multa pudenda pati.
Cumq; fefellit amãs aliqua nouitate maritũ:
Plauditur: & magno palma fauore datur.
Quodq; minus pdest pœna ẽ lucrosa poetæ
Tãtaque non paruo crimina prætor emit.
Inspice ludorũ sumptus auguste tuorum:
Empta tibi magno talia multa leges.
Hæc tu spectasti spectãdaq; sæpe dedisti:
Maiestas adeo comis ubique tua est.
Luminibusq; tuis totus qbus utitur orbis:
Scænica uidisti lætus adulteria.
Scribere si fas ẽ imitãtes turpia mimos:
Materiæ minor ẽ debita pœna meæ.
An genus hoc scripti faciũt sua pulpita tutũ:
Quodq; libet mimis scæna licere dedit?
Et mea sunt populo saltata poemata sæpe:
Sæpe oculos etiã detinuere tuos.
Scilicet in domibus uestris ut prisca uirorũ
Artificis fulgent corpora picta manu.

Sic quæ concubitus. Obscure hic designat Ouidius: quod Tráquillus apertius denotat in Tiberio his uerbis. Cubicula plurifariã dispositã tabellis ac sigillis lasciuissimaq; picturaq; ac figurarum adornauit: libriscq; Elephantidis instruxit: necui in opera edenda exẽplar impetratæ scænæ deesset. Vtq; sedet uultu.

Tabulæ aiacis: & medeæ

Tabulas Aiacis & Medeæ intelligit a Cæsare ante ædẽ Veneris genitricis dicatas: ut ẽ autor Plyni⁹. Fassus irã uultu. Oñdens uultu se eẽ iratũ: q; arma Achillis Vlyssi adiudicata fuissent. Aiax. n. Telamonis filius fuit & Eriboeæ Alchati filiæ: q uidẽs arma Achillis nõ sibi sed Vlyssi in uirtutis singulare præmium potius fuisse cõcessa in insaniã cõuersus est. Et qũ ad Vlyssis pascua deuenissẽt: rat⁹ illius cõmilitões occidere: oues: & q̃dã pecora trucidauit: atq; alia nõnulla in caprũ quẽdã quẽ Vlyssem eẽ putabat: crudeliter attẽtauit: q̃ postq̃ se per insaniã feciss̃e rescisset: arrepto pprio gladio seip̃m interfecit: ut docuit Sophocles ĩ ea tragœdia: cui⁹ Titulus ẽ αἰας μαστιγοφορος. Eoq; cõtentionẽ elegãtissime descripsit Ouidi⁹ libro. xiii. met. Sepultus aũt fuit Aiax in Rhœteo pmõtorio. De insaniæ autẽ Aiacis cã aliqd dicam⁹. Aristoteles in pble. scribit homines q ĩgenio claruerũt melãcholicos oẽs fuisse: & alios ita: ut ẽt uitiis atræ bilis infestarent: ceu inter heroes de Hercule ferẽt. Hic. n. ea ipsa fuisse natura putat: & morbũ comitialẽ sacrũ ab illo: & Herculeũ Prisci noĩauere: puerosq; quoq; motio mẽtis idem hoc explicat & eruptio ulcerosq; q̃ mortẽ interdũ antecedit. Id. n. plærisq; atra bile cõsistit. & Lysandro lacedæmonio pxime añ obitũ gen⁹ id ulcerosq; emersit. Adde Aiacẽ & Bellerophõtẽ: quosq; alter penitus ad insaniã prupit. Alter loca psequebat⁹ deserta. Vnde illud Homeri. Ast hic qñ ẽt grauior diis oĩbus errat. In cãpos solus latos: inq; auia rura Ipse suũ cor edẽs hoĩum uestigia uitãs. Scribit Pausanias Aeolẽses de armorũ iudicio scribere solitos facto ab Vlysse naufragio cõtra Aiacis tumulũ arma delata fuisse. D⁹e illi⁹ uero corporis magnitudine Mysũ quẽdã ei dixisse multa. Inter cætera aiebat mare ad eã tumuli ptẽ q̃ littus respicit ĩundasse: aditũq; ad monumẽtũ parasse nõ difficilẽ. Cadaueris magnitudinẽ uel ex hoc eũ aĩaduertere iubebat: q; ipse pedis illi⁹ talo pro disco uteret⁹: ac potissimũ his genuũ ossib⁹: q̃ medici Molas uocãt.

Aiacis mors

Sic quæ cõcubitus uarios: ueneriscq; figuras
Exprimit: est aliquo parua tabella loco.
Vtq; sedet uultu fassus telamonius iram:
Inq; oculis facinus barbara mater habet:
Sic madidos digitis siccat uenus uda capillos
Et modo maternis tecta uidetur aquis.
Bella sonãt alii telis instructa cruentis.
Parsq; tui generis: pars tua facta canit.
Inuida me spacio natura coercuit arcto.

Causa ĩsaniæ aiacis

Sacer morbus uel herculeus

Medeæ Fabula

Idẽ autor⁹ scribit. Qui salaminẽ incoluere Aiace mortuo: tũc primũ apud se florẽ enatũ dixisse. Inq; oculis facin⁹. Medea Iasonis amore capta illũ a Colchis in Thessaliã secuta est: qũq; decẽniũ Corithi secũ fuisset: filiosq; ẽt pepisset: spreta ob nouã nuptã Creusam. s. uel Glaucã Creõtis filiã: ut alii appellant: furore ducta domũ incẽdit radice quadã a Circe inuenta ea uirtute: ut incẽsus ignis neq̃ret extingui. Iason tamẽ euasit: Glauca & pater igne absũpti sũt. Quidã tñ scriptores uolũt Medeæ filios dona q̃dã spõsæ attulisse uenenis illita: quibus tactis spõsa & pr cõsumpti sunt. Irata aũt Medea q; Iason euasẽrat: eãq; spreuerat: in ei⁹ calamitatẽ oẽs iugulauit natos excepto uno q; fugit: Thessalo. s. Hui⁹ rei meminit Diodor⁹ libro. v. Scribit Pausanias Mermerosq; ac Pherẽ Medeæ filios lapidib⁹ obrutos fuisse a Corinthiis: qm̃ munera Glaucæ detulerint. Idẽ autor tradit Medeã liberos pepisse: & clã oĩbus in Iunõis tẽplũ detulisse: q; eo pacto ĩmortalẽ futuros spabat. Tãdẽ qũ & ipsa se opinione sua frustrati aĩaduerteret: ab Iasone quoq; deph̃ẽsa est: q; errati ueniã petẽti nõ cõcessit: sed Iolcũ enauigauit: quas ob res tradito Sisypho regno abiit. De Medeæ sæuitia Vergili⁹ in bucolicis sic ait. Sæu⁹ amor docuit natosq; sanguĩe matrẽ Cõmaculare manus: crudelis tu quoq; mater. In ea igit⁹ tabula Medeæ filios occidẽtis facin⁹ cõtinebat⁹: q̃ oĩa dicit picta fuisse in locis ĩpatoris Augusti: qb⁹ uerbis designat magis hæc fuisse eiicieda q̃ ei⁹ scripta. Sic madidos digitis. Venerem

Venus apellis

designat ab Apelle pictã: de qua ita Plynius scribit. Venerẽ exeũtẽ e mari Diuus August⁹ dicauit in delubro pris Cæsaris: q̃ Anadyomene uocat⁹ ue. sib⁹ græcis tali ope dũ laudat⁹ uicta: sed illustrata. Huius enĩ inferiorẽ partẽ corruptã q reficeret nõ poterat inueniri: ueq; ipsa iniuria cessit in gloriã artificis. Cõsenuit hæc tabula Carie: aliãq; p ea Nero ĩ pricipatu suo substituit Dorothei manu Apelles inchoauerat aliã Venerẽ cois supatur⁹ ẽt illã priorẽ. Inuidit mors pacta pte: nec q; succederet opi ad p̃scripta liniamẽta. inuẽt⁹ ẽ. De Venere Apellea mẽinit Ouidi⁹ in. iii. de arte amãdi eo uersu. Si uenerẽ co⁹nũq̃ pinxisset apelles Mersa sub æquoreis illa lateret aqs: & alibi. Vt uen⁹ artificis labor ẽ & gloria coi Aequoreo madidas q̃ p̃mit ĩbre comas: de ea Ausonii quoq; tale extat epigrãma. Emersã pelagi nup genitalibus undis Cyprin apellẽi cerne laboris op⁹. Vt cõplexa manu madidos salis æquore crines Hũidulis spumas stringit utraq; comis. Iã tibi nos i præ iuno inqt & ĩnuba pallas Cedim⁹ & formæ p̃mia depim⁹. Et mõ mr̃nis. Et appet paulo añ tecta fuisse mari: e cui⁹ spuma nata fuisse dr̃: ut fi ĩmerito aquas mr̃nas appellarit. Ferũt. n. Cælo ptẽ Saturnũ pudẽda abscidisse: qb⁹ in mare deiectis Venerẽ pcreatã: q̃ a spuma uñ coaluit αφροδιτη nomẽ accepit dicẽte ipsa apud Ouidiũ in quarto met. Aliqua & mihi gr̃a põto ẽ. Si tñ in medio quõdã cõcreta pfũdo Spuma fui: gratũq; manet mihi nomẽ ab illa. Cur aũt id ita fictũ fuerit: docet Macrobi⁹ i. i. Sat.

Venus e spuma maris

Conchæ cytheriacæ

Deuecta aũt fuit Ven⁹ cõcha in Cythera: qũ primũ e mari orta fuisset. Vñ cõchæ a Martiale Cytheriacæ: & a Proptio Erycinæ appellant⁹. Sonãt. Canũt. Tui gñis. Lucii: Caii: Tiberii: Drusi: Germãici: & alioq;

Inuida me spatio. Dicit sibi a natura nõ eẽ tantũ ingenii cõcessum: ut possit Augusti laudes describere.

Ingenio uires exiguaſque dedit.
Et tamen ille tuæ fœlix æneidos auctor
Cõtulit in tyrios arma uirumque toros.
Nec legitur pars ulla magis de corpore toto:
Q uã non legitimo fœdere iũctus amor.
Phyllidis hic idẽ: teneræq; amaryllidis ignes
Bucolicis iuuenis luſerat ante modis.
Nos quoq; iã pridem ſcripto peccauim⁹ iſto
Suppliciũ patitur nõ noua culpa nouum:
Carminaq; ediderã: cum te delicta notãtem
Præterii totiens irrequietus eques.
Ergo quæ iuueni mihi non nocitura putaui
Scripta parũ prudens: nũc nocuere ſeni.
Sera redũdauit ueteris uindicta libelli:
Diſtat & a meriti tempore pœna ſui.
Ne tamen oẽ meũ credas onus eſſe remiſſũ:
Sæpe dedi noſtræ grandia uela ratí.
Sex ego faſtorũ ſcripſi totidemq; libellos:
Cumq; ſuo finem menſe uolumen habet.
Idq; tuo nuper ſcriptum ſub nomine cæſar:
Et tibi ſacratum ſors mea rupit opus.
Et dedimus tragicis ſcriptũ regale cothurnis.
Q uæq; grauis debet uerba cothurn⁹ hẽt.
Dictaq; lũt nobis: quis manus ultima cœpto
Defuit: in facies corpora uerſa nouas.
Atq; utinã reuoces animum paulíſper ab ira:
Et uacuo iubeas hinc tibi pauca legi.
Pauca q̃bus prima ſurgens ab origine mũdi
In tua deduxi tempora cæſar opus.
Aſpicies quãtum dederis mihi pectoris ipſe:
Q uoque fauore animi teque tuoſq; canã.
Nõ ego mordaci diſtrinxi carmine quẽquã.
Nec meus ullius crimina uerſus habet.
Candidus a ſalibus ſuffuſis felle refugi.
Nulla uenenato littera mixta ioco eſt.
Inter tot populi: tot ſcripti milia noſtri:
Q uem mea calliope læſerit: unus ero.
Non igit̃ noſtris ullũ gaudere quiritem
Auguror: at multos indoluiſſe malis.
Nec mihi credibile eſt quẽquã inſultare iacẽti
Gratia cãdori ſi qua relata meo eſt.
His precor: atq; aliis poſſint tua numina flecti
O pater o patriæ cura: ſaluſque tuæ.
Nõ ut in auſoniã redeã: niſi forſitã olim
Cum lõgo pœnæ tempore uictus eris.
Tutius exilium: pauloque quietius oro:
Vt par delicto ſit mea pœna ſuo.

Fœlix æneidos autor. Maronẽ deſignat: q̃ in Auguſti gr̃am ſcripſit Aeneida. In tyrios toros. In lectũ tyriæ Didõis. Innuit aũt q̃rtũ æneidos libr̃: q̃b⁹ uerbis colligit ihoneſta ẽt opi ſuo iſeruiſſe Vergiliũ. Arma uirũq; æneã: & ei⁹ bella. q̃ſi dicat ab æneа & ei⁹ geſtis ad laſciua deſcribẽda p̃ uenit. Nec legit̃ pars ulla magis. Quartũ æneidos dicit. q̃ pp̃ carmĩs laſciuiã & affect⁹ plurimũ delectat. & magis q̃ cæteri legit̃. De corpe toto. De toto ope. Quã ñ legitĩo. Quã didonis cũ ænea illicit⁹ coit⁹. Vñ Maro de ea inqt Cõiugiũ uocat hoc p̃texit noĩe culpã. Iſto ſcripto. Iſto laſciuo ſcribẽdi gr̃ã. Phyllidis hic idem. Cecinit Maro iuuẽis admodũ ĩ bucolicis phyllidis & Amaryllidis amores. Modis bucolicis. Nũeris bucolici carmĩs. Iſto ſcripto. Iſto laſciuo ſcribẽ di gr̃ã. Scripſit. n. iuuẽis primũ libros d̃ arte amã di. Nõ noua culpa. Nõ nouum crimẽ ſcribẽdi amatoria. Suppliciũ nouũ. Nouã pœnã: nã qũ iãdiu hæc ſcripſerim. nũc tm̃ pũior: Vel certe hoc dicit: qũ alii ẽt laſciua poemata ediderit. ſol⁹ affi cior nouo ſuplicio: quo ĩ nullũ añ me hãc ob cau ſã añaduerſũ fuit. Qum te delicta notãte. Deſignat Auguſtũ Cẽſorẽ minime notaſſe ſe eqtẽ p̃tereũtẽ de more: ut ſupius docuim⁹ cẽſores factitaſſe. Sui meriti. Suæ culpæ. Eſſe remiſſũ. Eẽ ab iectũ hũile: & laſciuũ. Grãdia uela. Maiorẽ materiã. Cũq; ſuo finẽ. Se digeſſiſſe dicit faſtor̃ o⁹ ĩ. xii. uolũina: & unicuiq; mẽſi ſuũ aſſignaſſe: & eo pacto cũ mẽſib⁹ ea finẽ hñt. Idq; tuo nup Ouidi⁹ relegat⁹ ĩ põtũ faſtor̃ libros plæriſq; additis: ac mutatis germãico Druſi priuigni Auguſti filio iſcripſit ut ei⁹ p̃cib⁹ ab Auguſto reditũ ipetraret: qũ eos ãtea Auguſto dicaſſet. ut ex hoc carmine p̃cipi p̃t. Et tibi ſacratũ. Et tibi dicatũ. Sors mea. Meũ ĩfortũiũ & exiliũ. Eo. n. tp̃e ĩ exiliũ eiectus ẽ: quo op⁹ illd̃ ſcripſit. Et dedim⁹ tragicis: Tragœdiã Medeã dicit. q̃ (autor Fabio) ofider ur q̃tũ uir ille p̃ſtar̃ potuerit ſi ĩgẽio ſuo tẽpar̃: q̃ idulgere maluiſſet. Grauis cothurn⁹. Grauis tragic⁹ ſtilus. Graues. n. p̃ſonæ & reges ĩ tragœdiis ĩducũt̃: Vñ nõ ĩmerito ſupius dixit. Oẽ gen⁹ ſcripti grauitate tragœdia uĩcit. Manus ultĩa. Caſtigatio ipſa. Op⁹. n. illud ĩemẽdatũ emiſit. In facies corpa uerſa nouas. Corpa mutata in nouas figuras: ex quo Metamorphoſim deſignat. Hĩc. Ex hoc met. ope. Quãtũ pectoris. Quãtũ aĩ & facũdiæ. Diſtrinxi. Laceraui. Crimĩa ullius. Criminatiões alicui⁹. Cãdid⁹. Ego ĩnocẽs. A ſalib⁹. A iocis. Suffuſis felle. Aſpſis amaritudĩe Venenato ioco. Mordaci ioco. Inter tot milia nr̃i populi. Inter tot milia romãor̃. Inter tot milia nr̃i ſcripti. Inter tot milia noſtror̃ carminum. Quẽ mea calliope læſerit: Quia ĩ exiliũ eiect⁹ fui ſub p̃textu carminũ artis amatoriæ. Inſuitare. Derider̃. Gr̃a cãdori. Ordo ẽ. Gr̃a ẽ relata meo cãdori: ſi q̃ ſubaudi ẽ relata. Eris uict⁹. Eris placat⁹. Tutius exiliũ. Locũ magis tutũ: q̃ tomũ. Vt par delicto. Vt talis ſit pœna: quale meruit crimen meum: quod eſt perexiguum.

Medea Ouidii

BARTHOLOMAEI MERVLAE IN TERTIVM OVIDII LIBRVM DE TRISTIBVS ENARRATIONES.

MISSVS in hanc uenio. Librũ Romã mittit poeta incultũ quidẽ & ſordidũ: inducitq; illum errare per uaria urbis loca precariq; Auguſtũ: ut patri exuli & poetæ det ueniã. Sed qũ nuſq; recipi ſe uideat: rogat manus plæbeias: ut eũ illæ ſaltẽ accipiãt: ut habeat ubi poſſit diuertere. Liber exulis. Liber exulantis Ouidii. In hanc urbẽ. In romanã ciuitatẽ.

Dare manum

Vẽio timide. Quia Auguſtũ timeo. Da placidã manũ. Placide me ſuſcipe: uel iunge dextram uel feſſum me itinere longo adiuua. Dare. n. manũ ſignificat quaſi manu alicui opẽ ferre. Quintilianus. Vt uelociſſimus quiſq; ſi forte iter cũ paruulo faciat' det manũ & gradũ ſuũ minuat. Feſſo. Longo itinere fatigato. Diſſimulare. Celare.

Vllis iocis. Vllis ſcriptis amatoriis: aut iocoſis Legimus ẽt uenuſtius ita ĩ alio exẽplari hos duos uerſus. Hæc domini fortuna mei eſt: ut debeat illam Infœlix nullis diſſimulare iocis. In uiridi æuo. In iuuentute. Intelligit aũt elegãtiſſimum opus illud de arte amãdi qđ iuuenis admodũ cõpoſuit. Nimiũ ſero. Nimis tarde: qa nihil ĩ pñtia ꝓdeſt. Niſi triſte. Niſi luctuoſũ. Intelligit autẽ opus hoc de triſtib⁹: ubi luctuoſa tractant'. Sub ſidãt clauda alterno uerſu. Sint cõpoſita uerſu elego: qui cõſtat ex hexametro lõgiore & pẽtametro breuiore. Vel pedis ratio. Quia in pentametro requirunt' quinq; pedes tm̃: qũ in hexametro ſint ſex: unde ẽt nomẽ accepe. Pentametro igit' dicit' pedẽ deeſſe debeꝛ: ne ſit par hexametro. & quia alter altero lõgior eſt uno pede. ideo claudũ appellauit.

Via lõga. Nõ ſine dolore innuit poeta lõgo itinere carmẽ claudũ factũ. Flauus cedro. De Cedro & eius uſu in ſeruãdis libris diximus ſupra. De pumice uero in Ouidiũ de arte amãdi abũde ſcripſimus. Qua ſit eũdũ. Qua uia ad Auguſti ædes proficiſcendũ ſit. Lingua titubãte. Lĩgua præ timore blæſa. Dii tibi dẽt. Hæc ſunt uerba ꝓcantis libri: ut qui ſibi iter monſtrarit: poſſit ĩ patria molliter mori. Ab orbe longinquo. e Scythia. Fora Cæſaris. Intelligit forũ Auguſti: de quo plenius dixim⁹ in primo de arte amãdi ĩ enaratõe eius uerſus. Et fora cõueniũt qs credere poſſet amori! Hæc eſt a ſacris. Viã ſacrã deſignat foro Auguſti: qui in Capitolio habitabat: uicinã: dictã q; per eã ab arce, i. a Capitolio ad augures ſacra ferebant': ut eſt autor Varro: uel (ut placet Põpeio) q; in ea fœdus ictũ ſit inter Romulũ & Tatiũ. Hic loc⁹ ẽ Veſtæ. Veſtæ tẽplũ rotũdũ multi putãt a Romulo pri⁹ erectũ. Dionyſi⁹ tñ libro. ii. ſcribit id a Numa ædificatũ in foro exiſtẽte in medio capitolii & palatii loco: idq; anno urbis quadrageſimo: ut in faſtis docet Ouidius. Atriũ autẽ Veſtæ fuit Numæ regia nõ ædes eius deæ ut falſo putauit Serui⁹. Id. n. atriũ fuit iuxta ædẽ Veſtæ: ſz ab ea remotũ: ut docet Solinus his uerbis. Numa habitauit in colle primũ Quirinali. Deinde ꝓpter ædẽ Veſtæ in regia: q ẽt ſuo tpe ita appellabat'. Et Tacit⁹ Numæ regia & Delubꝝ Veſtæ cũ penatib⁹ po. ro. exuſta. Et Plutarchus Numa inquit Regiã iuxta tẽplũ Veſtæ cõdidit: ubi maiorẽ tpis partẽ morabat': aut ſacris uacãs: aut ſacerdotes docẽs. Hoc Atriũ regiũ appellat Liuius: qũ iquit cõprehẽſæ latumiæ: forũq; piſcariũ: & atriũ regiũ: ædes Veſtæ uix defenſa ẽ.

Via ſacra

Veſtæ templum

Veſtæ atrium Numæ regia

Atrium regium

PVBLII OVIDII NASONIS DE TRISTIBVS LIBER TERTIVS.

Iſſus ĩ hãc uẽio timide liber exulis urbẽ.
Da placidã feſſo lector amice manum.
Neue reformida: ne ſim tibi forte pudori
Nullus ĩ hac charta uerſus amare docet.
Nec domini fortuna mei eſt: ut debeat illam
In fœlix ullis diſſimulare iocis.
Id quoq; qđ uiridi quondã male luſit in æuo
(Heu nimiũ ſero) dãnat: & odit opus.
Aſpice qđ portẽ: nihil hic: niſi triſte: uidebis:
Carmine temporibus conueniente ſuis.
Clauda qđ alterno ſubſidãt carmina uerſu:
Vel pedis hoc ratio: uel uia longa facit.
Q đ neq; ſum cedro flauus: nec pumice leuis
Erubui domino cultior eſſe meo.
Littera ſuffuſas quod habet maculoſa lituras
Læſit opus lachrymis ipſe poeta ſuum.
Si qua uidebũtur caſu non dicta latine:
In qua ſcribebat barbara terra fuit.
Dicite lectores: ſi nõ graue: qua ſit eundum:
Q uaſq; petam ſedes hoſpes ĩ urbe liber.
Hæc ubi ſum furtim lingua titubãte locutus
Q ui mihi mõſtraret: uix fuit unus: iter.
Dii tibi dent noſtro quod nõ tribuere poetæ:
Molliter in patria uiuere poſſe tua.
Duc age: nãq; ſequar: quãuis terraq; mariq;
Lõginquo referã laſſus ab orbe pedem.
Paruit: & ducẽs hæc ſũt fora cæſaris inquit:
Hæc eſt: a ſacris quæ uia nomen habet.
Hic locus ẽ Veſtæ: q pallada ſeruat: & ignẽ.
Hic fuit antiqui regia parua Numæ.

Aedem Veſtæ templum non fuiſſe ſcribit Gelius: Cuius rei cauſam docet Seruius ſcribens eam non fuiſſ. auguſtam: ideſt Augurio conſecratam: ut ſenatus eo non conueniret: ubi uirgines erant: cui licebat ad atri um conuenire: quod erat auguſtum. Nouimus enim ſenatuſconſulta non niſi in loco per augures conſti tuto iuſta fieri potuiſſe: quam ob cauſam in curia Hoſtilia: Pompeia: & Iulia: quæ ea loca profana fuerit: templa dicuntur ab auguribus conſtituta: hoc igitur priori uerſu ædem Veſtæ deſignat: ſequenti uero atri um regium: ubi Numa habitauit: de quo etiam in faſtis ſic ſcribit Ouidius. Hic locus exiguus qui ſuſti- net atria Veſtæ. Tũc erat intonſi regia magna Numæ. Euntes autem ad Auguſti ædes templũ Palla dis tranſibant. Martialis. Vicinum caſtora canæ Trãſibis Veſtæ: uirgineamq; domum. Inde ſacro uenerãda petes palatia cliuo Plurima qua ſummi fulget imago ducis. In templo autem eius deæ pal ladium erat: quod docet Lucanus eo uerſu. Veſta- lemq; chorum ducit uittata ſacerdos. Troianam ſoli cui fas uidiſſe Mineruam. Id autem Palladiũ qum lateret in loco ſecreto Helenus apud Ariſbã captus indicauit. Diomeden & Vlyſſem id troia- no bello per cuniculos ſurripuiſſe ſcribit Seruius: Diomedenq; apud ſe ſeruaſſe & prætereũti ad Ca labriam id Aeneæ optuliſſe: Nautenq; id accepiſ- ſe. Ignis præterea in templo Veſtæ ſeruabatur: cui" rei cauſam docuimus in enarratione eius uerſus Ouidii de arte amãdi. Illa poteſt uigiles flammas extinguere Veſtæ. Porta ẽ ait iſta palati. Ea por ta prius Saturnia: dein Pandania appellata fuit: ut eſt autor Varro & Solinus. Hic ſator. Hic pa ter Romulus primum habitauit. Hoc primũ condita roma loco eſt. Nam pelaſgi Arcades ex urbe Pallan tio exeuntes duce profectionis Euandro Mer- curii & nymphæ Themidis filio in uno ex ſeptem collibus ſedes poſuere: qui in medio ferme eſt Romæ Pallantium uocantes eum locum a patria ſua in Arcadia. Olympiade autem. xvi. poſt troianum bellum albani hæc loca habitarunt muro communientes & foſſa. Erant autem primum ea tuguria armentariiſq; & paſtoribus atq; aliorum pecorum nutritoribus diuerſoria. Ex Alba autem longa coloniam eo deduxe runt Romulus & Remus: ut ſcribit Dionyſius. Video fulgentibus armis Conſpicuos poſtes. Hic ædes Auguſti in palatio factas laudat Ouidius: quas etiã in ſeptimo Maro deſcribit: eaſq; in laurolauinio uult fuiſſe: ut Seruius docet. Poſtes autem cõſpicuos armis fulgentibus: idem etiam ita deſcribit. Multaq; præ terea ſacris in poſtibus arma Captiui pendẽt currus curruæq; ſecures: Et criſtæ capitum & portarum ingẽ tia clauſtra: Spiculaq; & clypei ereptaq; roſtra carinis. Iouis eſt. Eſt Auguſti. Querna corona. Coro na ex quercu: quæ arbor erat in Iouis tutela: ut Seruius docet. Velatur ianua lauro. Laurus ante Cæſa nitrix Cæſarum pontificumq;: quæ ſola & domos exornat: & ante limina excubat. De lauro quæ erat ante ianuam imperatorum ita in met. ſcribit Ouidius. Poſtibus auguſtis eadem fidiſſima cuſtos Ante fo- res ſtabis mediamq; tuebere quercum. Ea autem lauro uictores delphis coronabantur: & triumphantes: quæ delphica appellatur. Exiſtimauit Plynius lauro honorem habitum in triumphis: quia ſatarum re- ceptarumq; in domos fulmine ſola non icitur potius: q̃ quia ſuffimentum eſſet cædis hoſtium & purga- tio: ut uoluit Maſſurius. Ea romanis fuit lætitiæ uictoriarumq; nuncia: addebat litteris Liuius. Nequicq̃ exterrita ciuitate litteræ a Poſtumio laureatæ ſequuntur. Addebaturq; etiam militũ lanceis piliſq; & faſces imperatorum decorabat. An quia perpetuos. Rationem primam aſſignat: cur Auguſti ianua lauro ue laretur: & ea Auguſtus coronaretur. Perpetuos triumphos. Vt perpetuo triumpharet. Leucadio deo Deo Apollini. Auguſtus enim in ore ſinus Ambracii Actium cum nobili templo Apollinis condidit: haud longe a leucate promontorio: a quo deus Leucadius dictus eſt: ſeu a Leucadia peninſula: quæ olim Neritos appellata haud longe dicitur ſita autore Plynio. Quod autem Laurus Apollini grata fuerit: ita docet Ouidius in primo met. At quoniam coniunx mea non potes eſſe Arbor eris certe dixit mea: ſemp habebunt Te coma: te citharæ te noſtræ laure pharetræ. Tu ducibus lætis aderis: qum læta triumphum: Vox canet & longas uiſent capitolia pompas. Scribit Plynius Laurum ſpectatiſſimam fuiſſe in mõte Par naſo ideoq; etiam gratam fuiſſe Apollini. Ipſa ne q; feſta eſt? Feſtam laurum appellat: quoniam (ut di ximus) romanis ea lætitiæ uictoriarumq; nuntia fuit: deponebaturq; etiam in gremio Iouis optimi ma- ximi quotiens lætitiam uictoria nouam attuliſſet. Pacis an iſta nota eſt? Paciferam laurum fuiſſe docet Plynius his uerbis. Ipſa pacifera: ut quam prætendi etiam inter armatos hoſtes quietis ſit indiciũ. Qui ã tribuit terris. Quã terris dedit. Nã Auguſtus poſt multa bella pacatũ orbẽ tenuit. Vtq; uiret ſp. Quẽad modũ laur" ſp ẽ uiridis nec unq̃ frõdes amittit: ſic parta gloria: q̃ nũq̃ intermorit ornat lauro ſp uirenti.

Cur ædes ueſtæ nõ fuit augu ſta

Palladiũ i æde Ve ſtæ

Saturnia porta Pãdania Arcades pallãtium condidere Pallantiũ

Laur" an te cæſaris ianuam

Cur lau ro in triũ phis ho nos habi tus

Laurus uictoriæ nuncia Actium Leucas Leucadia Leucadi" deus Laurus apollini grata Laurus pacifera

Corona querna & seruatori ciuium & clemẽtiæ imperatorũ dabat

Corona ciuica primo iligna

Honores eius qui ciuicam accepisset

Causaq; suppositæ. In alio exemplari legitur ẽt: Causa superpositæ. Superior aũt pars ianuæ frondib⁹ lauri ornabat: cui subiecta erat corona querna: quæ ei dabat qui ciuẽ seruasset: & ciuica dicebatur. Valeri⁹ Maximus. Cæteꝝ ad quercũ pronæ manus porriguntˇ: ubi ob ciues seruatos corona dãda est: qua postes Augustæ domus sempiterna gloria triũphãt. Dabatˇ ẽt Clemẽtiæ impatoꝝ: ut docet Plynius his uerbis. Hinc ciuicæ coronæ militũ uirtutis insigne clarissimũ iãpridẽ uero & clemẽtiæ impatoꝝ postq̃ ciuilium belloꝝ pfanatiõe meritũ cœpit uideri ciuẽ nõ occidere. Illud notãdũ Ciuicã coronã iligñ primo fuisse: postea magis placuit ex Aesculo Ioui sacra uaria: taq; in hoc cũ quercu est ac data ubiq;: quæ fuerat custodito tñ honore glandis. Accepta licebat perpetuo uti ludis. Induenti sp assurgi ẽt ab senatu in more erat. Sedendi ius in pximo senatui. Vacatio muneri oĩum ipsi patriq; & auo paterno. xiiii. accepit Sicinius Dẽtatus. Sex. Capitolinus. Africanus de patre accipe noluit apud Trebiã. Leges aũt eius: qui ciuica corona donabatˇ: legito apud Plyniũ libro. xvi. De coronaꝝ generib⁹ Gelius multa. Vnũ ciuẽ. Me unũ Ouidiũ. In orbe extremo. In extrema parte orbis: hoc ẽ in Scythia. In quo pœnaꝝ. Ordo ẽ. in quo extremo orbe facin⁹ nõ habet cãm pœnaꝝ: & reliqua. Locũ. Capitoliũ. Potentẽ. Augustum. Alternos pedes. Vtrũq; carmẽ hexametrũ: & pentametrũ elegãter poeta pedes appellat: aut certe Dactylũ & spõdeũ accipe: his. n. pedibus cõstat ipsius poetæ carmẽ.

Quãdocũq; pcor. Quandocũq; placaris parẽti. ideſt Ouidio opis autori. Pari tenore. Pari ordine: quo p urbem hactenus incessi. Intonsi dei. Apollinis Capitolini. de quo & Danaidũ hi storia plenius alibi diximus. Quæq; uiri docto. Bibliothecã intelligit, quã Augustus ædificauit in parte domus palatinæ: ut in enarrationib⁹ nris in Ouidiũ de arte amãdi plenius rettulimus

Quærebã fratres. Quærebã in eadẽ bibliotheca cæteros libros ab Ouidio: quẽ eius liber patrẽ appellat cõpositos. Nõ genuisse. Non cõposu isse. designat aũt libros de arte amãdi. Custos. Præfectus bibliothecæ. E sedibus illis. E palatinis Augusti ædibus. Altera tẽpla peto. Sunt qui hic de tẽplo magnæ matris intelligãt: qđ fuit in Palatio ut Liuius docet. Plæriq; de templo Vestæ: Id. n. (autore Dionysio) extructũ ẽ a Numa in medio foro iter Capitolium & palatium: Magis placet propter sequens carmen Libertatis Atrium intelligas: quod ab Asinio Pollione erectũ ẽ.

Vestæ tẽplum

Libertatis atrium

Vicino theatro. Theatro Marcelli: aut Cornelii Balbi propinquo. Non adeunda. Ad quæ non debebam accedere. qum essem exulis filius: & poetæ minime liberi. Sua atria. Ipsius libertatis atrium. Doctis libellis. Operibus doctorum. Quæ prima. Quæ ante oẽs bibliothecas Nã Asinii Polliõis (autore Plynio) hoc rõæ iuẽtũ. q prim⁹ bibliothecã dicãdo ĩgenia hoĩum rẽ publicã fecit. In genus autoris miseri. In libros filios ĩfœlicis Ouidii. Et nati patimur fugã. Et nos liberi Ouidii fugamur. Nobis. Filiis Ouidii. Et illi. Et Ouidio. Neq; enim mihi turba rogãda est. Neq; alii dii pter Augustum rogãdi sunt. Est aũt p parenthesim dictũ. Statio publica. Publica imperatoris ædes. Priuato loco. In loco priuati hoĩs. Cõfusa. Attonita. Repulsæ. Quia me bibliothecæ custos expulit ex sacris Augusti ædib⁹. Vos quoq;. Nõ mõ in priuato loco habitare: sed ẽt a priuato hoĩe tractari cupit. Si fas est. Si uobis p Augustũ licet. Plebeiæ man⁹. Man⁹ plebeii & priuati hominis. Sunt qui falso legant phœbeæ manus.

Asinus pollio primus romæ bibliothecã dicauit

Carpitur: æternũ sic habet illa decus.
Causaq; suppositæ scripto testante coronæ
Seruatos ciues indicat huius ope.
Adiice seruatis unum pater optime ciuem.
Qui pcul extremo pulsus in orbe latet.
In quo pœnarum quas se meruisse fatetur:
Nõ facinus causam: sed suus error habet.
Me miserũ uereorq; locũ: uereorque potentẽ
Et quatitur trepido littera nostra metu.
Aspicis exãgui chartã pallere colore:
Aspicis alternos intremuisse pedes.
Quãdocunq; precor nostro placare parenti
Iisdẽ sub dominis aspiciare domus.
Inde tenore pari gradibus sublimia celsis
Ducor ad intonsi candida templa dei.
Signa peregrinis ubi sunt alterna columnis:
Belides: & stricto barbarus ense pater.
Quæque uiri docto ueteres fecere nouique
Pectore: lecturis inspicienda patent.
Quærebam fratres: exceptis scilicet illis:
Quos suus optaret non genuisse parens.
Quærentẽ frustra custos e sedibus illis
Præpositus sancto iussit abire loco.
Altera tẽpla peto uicino iuncta theatro.
Hæc quoq; erãt pedibus nõ adeũda meis.
Nec me: quæ doctis patuerũt prima libellis
Atria libertas tangere passa sua est.
In genus autoris miseri fortuna redundat.
Et patimur nati quam tulit ipse fugam.
Forsitan & nobis olim minus asper: & illi
Euictus lõgo tempore cæsar erit.
Dii pcor: atq; adeo (neq;. n. mihi turba rogãda)
Cæsar ades uoto maxie diue meo. (da ẽ)
Interea: quoniã statio mihi publica clausa ẽ:
Priuato liceat delituisse loco.
Vos quoq; (si fas est) cõfusa pudore repulsæ
Sumite plæbeiæ carmina nostra manus.

In Secundam Elegiam Enarratio.

ERgo erat in fatis. In hac elegia: quam plæriq; perperam iungunt cum superiore: queritur poeta q; fata eum in Scythiam compulerint: nec sacerdoti suo opem tulerit aut Apollo: aut Pierides. Deinde dicit se in Scythia in assiduo fletu & mœrore degere. Postremo deos precatur: ut quum totiens mortem effugerit: tandem ei mori liceat. Ergo erat in fatis nostris. Ergo fata mea ita constituerant. Incepit autem elegiam ab hac coniũctione. ergo cum dolore: quemadmodum etiã Augustus qum inquit. Ergo ne supremis potuit uox improba uerbis Tam dirum mandare nephas? Est etiam quandoq; aduerbium & significat causam. Vergilius. Illius ergo Venimus: & magnos erebi tranauimus amnes. Seruius tamẽ ita scribit. Ergo coniunctio fuit: sed per accentus mutationem in aduerbium transiit: & est sola particula: quæ habet in fine circunflexũ: Multi male putant nomen esse indeclinabile: & dicunt positum esse pro causa. Causa autem nomen. Scythiam quoq; uisere. Quasi dicat non modo relegari ab Augusto mihi cõtigit: sed etiam ĩ scythiã mitti: Scytharum natio (ut scribit Diodorus) primo iuxta Araxem flumen parua numero: ppterq; ignobilitatem contempta cõsedit: Ea demum gens nacta regem quendam bellicosum & militari uirtute præcipuum agros ampliauit: Montanos quidem usq; ad Caucasum: Campestres uero usq; ad oceanum: & Mæotidem paludẽ: aliaq; loca ad Tanaim usq; flumen: Fabulantur Scythæ natam apud eos ex terra uirginem umbilico tenus hominis forma: reliqua uiperæ: Eam genu isse ex Hercule puerum: cuius nomẽ fuit Scytha: hunc qum omnium: qui ante eum fuerant: clarissimus euasisset, indidisse populis scytharum nomen: Idem latius etiam refert Herodotus libro q̃rto. Scythiam duplicem esse scribit Curtius. Europeam & Asiaticam: quas diuidit Tanais: Ptolemæus Scythiam quoq; duplicem ponit intra & extra Imaum montem: De scythis: & eorum moribus plura Iustinus libro secundo. Sub axe lycaonio. Sub Septentrionali plaga: sic appellata a Calisto Lycaonis filia: quæ in maiorem ursam mutata Lycaonia a poetis nominatur. Fabulam narrat Ouidius: & Higinus. Stirps Latonia. Apollo Latonæ: & Iouis filius. Sacerdoti. Ouidio. Sunt enim poetæ Apollinis: & Musarum sacerdotes. Vergilius. Me uero primum dulces ante omnia musæ: Quarum sacra fero. Quod lusi sine uero crimine. Quod scripsi carmina citra crimen. quod uere mihi obiici possit. Vero autẽ addidit: ut ostendat se damnatum fuisse falso: & iniuste propter carmen amatorium. Quodq; magis. Nec magis mihi prodest q; scripserim iocosa. Duo ergo dicit sibi non profuisse: nec q; scripserit quæ non iure damnari potuerint: nec q; iocosa composuerit. Vstus ab assiduo frigore. Hoc dicit: quia regio pontica uergit maxime ad septentrionalem plagam: per quã spirat boreas: de cuius frigoris rigore multa Dionysius. Pontus. Pontus Euxinus: cui adiacet Tomitana ora: quã hic ,p Põto intelligit. Mare portubus orbum. Mare importuosum: Euxinus enim & geticum littus in primis est desertum: petrosum: importuosum: ad Aquilonis flamina late patens & apertum: ut docet Strabo. Sufficitq; malis animus. Suffecit legendum est: hoc est induruit: nam sufficit mediã corripit. Labor. Asperitas tempestatis: qua conficiebar. Et tellus meæ pœnæ. Et terra mei exilii. Designat autem Tomon. Nostro lumine. Nostris oculis. De uerna aqua. De niue quæ liquescit uere & fit aqua. Vergilius. Vere nouo gelidus canis cum montibus humor Liquitur. Ianua nostri sepulchri. Sæpius se mortem euasisse dicit. Tot gladios: Quia a Scythis sæpius Tomos: ubi erat Ouidius: oppugnata fuit. Deus unus. Augustus. Mei interitus. Meæ mortis.

Ergo

Scytharũ natio

Scytharũ appellatio

Scythia duplex

Littus geticum importuosũ

Rgo erat ĩ fatis scythiã quoq; uiser nrĩs
Quæq; lycaonio terra sub axe iacet?
Nec uos pierides: nec stirps latonia uestro
Docta sacerdoti turba tulistis opem.
Nec mihi qd̃ lusi uero sine crimine prodest:
Quodq; magis musa est uisa iocosa mea.
Plurima sed pelago terraq; pericula passum
Vstus ab assiduo frigore pontus habet.
Quique fugax rerũ securaque in otia natus
Mollis & impatiens ante laboris eram.
Vltia nũc patior: nec me mare portub9 orbũ
Perdere: diuersæ nec potuere uiæ.
Suffecitq; malis animus: nã corpus ab illo
Accepit uires: uixque ferenda tulit.
Dũ tamen & uẽtis dubius iactabar & undis:
Fallebat curas ægraque corda labor.
Vt uia finita est: & opus requieuit eundi:
Et pœnæ tellus est mihi tacta meæ.
Nil nisi flere libet: nec nostro parcior imber
Lumine de uerna quæ niue manat aqua.
Roma domusq; subit desideriumq; locorũ:
Quicqd & amissa restat in urbe mei.
Hei mihi qd̃ totiens nostri pulsata sepulchri
Iãnua: sed nullo tempore aperta fuit.
Cur ego tot gladios fugi? totiensq; minata
Obruit infœlix nulla procella caput.
Dii: quos experior nimiũ constãter iniquos:
Participes iræ: quã deus unus habet:
Extimulate precor cessantia fata: meique
Interitus clausas esse uetate fores.

In Tertiam Elegiam Enarratio.

Aec mea si coniunx. Ad uxorem scribens ex Scythia poeta se excusat q̃ aliena manu scriptam miserit epistolam: quod aliter non potuisse fieri ostendit ob aduersam ualitudinem: qua conflictabatur: si mulq̃ incommoda commemorat: sed præter cætera illud fatetur esse maximum q̃ caret ipsi⁹ uxoris aspectu: doletq̃ longe ab eius complexu moriendum esse in ea barbarie & Scytharum truculentia: ubi ei⁹ anima euagatura sit ex Pythagoræ sententia: mandat tamen ut eius ossa romam deferantur in parua urna & signentur Epithaphio a se cõposito. Ignoti orbis. Scythiæ ad quã perq̃ pauci accedunt: & ideo ignotum orbẽ appellat. Nec cœlum patior. Cœlum pro aere posuit: cui se dicit non posse assuescere propter nimium rigorem & frigus. Scribit Aristoteles in frigidissimis terris potius ardores febrium fieri: q̃ frigus calorem intus circumobsistit: cuius rei contrarium æstiuo tempore agitur: partes nanq̃ internæ frigidiores reddũtur. Ardor autem febris est: ergo partibus refrigeratis exterioribus caloris copia interiores redundant. Nec aquis assueuimus istis. Tria elementa quibus maxime fouentur mortales & alũtur: sibi infesta esse dicit. Apollinea arte. Medẽdi arte. Aliena locutum. Quum de aliis rebus incidit sermo: te tamen tanq̃ amens nomino. Lingua suppressa. Lingua subiacens & debilis: quod his euenit qui languẽt. Instillato mero. Vino leuiter infuso. Dominam. Te uxorem. Resurgam. Conualescam. Vel pœnam. Vel exilium meum. Præcessisset fugã. Præcessisset mors ipa exilium meum. Integer. Illæsus. Fient tristia ipso loco. Tristitiam afferent q̃ moriendum sitĩ Scythia. Accedent. Addentur. Meæ animæ. Quæ non tam cito discedet e corpore. Nec parua tempora. Nec exiguum spatium. Sensus est. Nec lachrymæ coniugis ex oculis fluentes protrahent mihi exiguum uitæ spatium: quandoquidẽ ea abest: nec potest mihi officium præstare. Clamore supremo. Solebant cadauera (ut Seruius docet) ablui calida aqua & per interualla conclamari q̃ solet plærunq̃ uitalis spiritus exclusus putari & homines fallere. Seruabantur enim septem dieb⁹ & calida abluebantur aqua: & post ultimam conclamationem comburebantur. Vnde dixit Apuleius libro secundo met. Ecce iam ultimum deflet⁹ atq̃ conclamatus processerat mortuus: & Terentius illud traxit. Desine iam conclamatum est. Vnde etiam Ouidius hoc in loco supremum clamorem appellat. Condet amica manus. Solebant magis propinqui etiam mortuorum oculos claudere: ut alibi plenius diximus.

Ardores febrium ĩ frigidissimis terris maiores

Cadauera abluebãt

Cõclamabant cadauera

Cõclamatum est

Aec mea si cõiũx miraris epistola: q̃re
Alterius digitis scripta sit: æger eram.
Aeger ĩ extremis ignoti partibus orbis:
Incertusq̃ meæ pene salutis eram.
Quẽ mihi tunc animũ dura in regione iacẽti
Inter sauromatas esse getasque putas?
Nec cœlum patior: nec aqs assueuimus istis:
Terraq̃ nescio quo nõ placet ista modo.
Nõ domus apta satis: nõ hic cib⁹ utilis ægro
Nullus apollinea qui leuet arte malum ẽ.
Non qui soletur: non qui labentia tarde
Tempora: narrando fallat amicus adest.
Lassus in extremis iaceo populisq̃ locisque:
Et subit affectu nũc mihi quicquid abest.
Omnia cũ subeãt: uincis tamen oia cõiunx:
Et plus in nostro pectore chara tenes.
Te loquor absentẽ te uox mea nominat unã
Nulla uenit sine te nox mihi: nulla dies.
Quin etiã sic me dicunt aliena locutum:
Vt foret amentis nomen in ore tuum.
Si iam deficiam: suppressaque lingua palato
Vix instillato restituenda mero:
Nũciet huc aliqs dominã ueniisse: resurgam.
Spesque tui nobis causa uigoris erit.
Dumq̃ ego sum uitæ dubius: tu forsitã istic
Iucundũ nostri nescia tempus agis.
Nõ agis affirmo: liquet hoc charissima nobis
Tempore agi sine me nil nisi triste tibi.
Si tamẽ impleuit mea sors quos debuit ãnos:
Et mihi uiuendi tam cito finis adest.
Quantũ erat o magni perituro parcere diui:
Vt saltem patria contumularer humo.
Vel pœna in mortis tempus dilata fuisset:
Vel præcessisset mors properata fugam.
Integer hãc potui nup bene reddere uitam:
Exul ut occiderem nunc mihi uita data ẽ.
Tã procul ignotis igit⁹ moriemur in oris?
Et fient ipso tristia fata loco?
Nec mea cõsueto lãguescent corpora lecto?
Depositũ nec me qui fleat ullus erit?
Nec dominæ lachrymis in nra cadẽtibus ora
Accendẽt animæ tempora parua meæ?
Nec mãdata dabo? nec cũ clamore supremo
Labẽtes oculos condet amica manus?
Sed sine funerib⁹ caput hoc: sine honor sepul
Indeploratũ barbara terra teget? (chri
Ecquid ubi audieris: tota turbabere mente?

Ecquid. Nunquid. In has partes. In Scythicã: & ſeptentrionalem plagam. Qum patriam amiſi. Qum in exilium eiectus fui. Extenua. Leua: imminue. Forti corde. Forti animo. Mala. Mortem meam: & exilium. Non rude. Non inexpertum. Atq; utinam pereant animæ: Vtinam inquit ex Epicureorum ſententia cum corporibus animæ interirent. cui ſententiæ adhæſit prodicus. Diagoras. Bias: & Plynius. cuius uerba hæc ſunt: Poſt ſepulturam aliæ: atq; aliæ Manium ambages. Omnibus a ſuprema die eadem: quæ ante primam. Nec magis a morte ſenſus ullus: aut corpori aut animæ: quæ ante natalem: Eadem enim uanitas in futurum etiam ſe propagat: & in mortis quoq; tempora ipſa ſibi uitam mentitur. alias immortalitatem animæ: alias tranſfigurationem: alias ſenſum inferis dando. & manes colendo: deumq; faciendo: qui iam etiam homo eſſe deſierit. Ceu uero ullo modo ſpirãdi ratio homini a cæteris animalibus diſtet: aut non diuturniora in uita multa reperiantur quibus nemo ſimilem diuinat immortalitatẽ. Quod autem corpus animæ proſequitur materiam: ubi cogitatio illi? quomodo uiſus? auditus? aut qui tangit? qui uſus eius? aut quod ſine his bonum? quæ deinde ſedes? quãtaue multitudo tot ſæculis animarum uelut umbrarum? puerilium iſta deliramentorum: auidæq; nunq; deſinere mortalitatis commenta ſunt: Quam opinionem falſam eſſe docuit Pherecides Syrus. qui primus dixit animos hominum eſſe ſempiternos. Hoc etiam diſcipulus eius Pythagoras maxime confirmauit ut docet Cicero in primo Tuſculanarum quæſtionum: & Plato in Alcibiade ac etiam in libro de anima. Nam ſi morte carens. Hoc pythagoras apud Ouidium in met. apertius ita docet. O genus attonitum gelidæ formidine mortis. Quid ſtyga: quid tenebras: & nomina uana timetis Materiam uatum: falſiq; pericula mundi? Corpora ſiue rogus flamma: ſeu tabe uetuſtas Abſtulerit: mala poſſe pati non ulla putetis. Morte carent animæ ſemperq; priore relicta Sede: nouis domibus uiuunt: habitantq; recœpte. Ipſe ego (nam memini) troiani tempore belli Panthoides euphorbus eram. cui pectore quondam Cognoui clypeum læuæ geſtamina noſtræ Nuper ab anteis templo iunonis in argis. Omnia mutantur. nihil interit errat: & illinc Huc uenit: hinc illuc: & quoſlibet occupat artus Spiritus: eq; feris humana in corpora tranſit. Inq; feras noſter: nec tempore deperit ullo. Vtq; nouis facilis ſignatur cæra figuris. Nec manet ut fuerat: nec formam ſeruat eandem. Sed tamen ipſa eadem eſt: animam ſic ſemper eãdem Eſſe: ſed in uarias doceo migrare figuras: Docet etiam Plato libro. x. de rep. quomodo ſingulæ animæ uitas ſingulas eligebant: electionemq; fieri ſolitam ſecundum uitæ prioris conſuetudinem: Animam enim inquit: quæ olim Orphei fuerat: uidiſſe cygni uitam odio muliebris generis eligentem nolentem uidelicet ex mulieribus: a quibus occiſus fuerat naſci: Thamyris uero philomenæ. cygnum etiam conſpexiſſe ad humanæ uitæ electionem conuerſum. Aliquam uero ex fortibus leonis degiſſe uitam: Hanc uero Aiacis Thelamonii fuiſſe dicebat fieri hominem recuſãtem: dum armoꝝ iudicium olim datum mente reuolueret. Poſt hunc Agamẽnonis animam propter erumnas odio humani generis uitam aquilæ aſciuiſſe: Atlantes autem animam: cui media quædã ſors contigerat intuitam dixit quam maximis honoribus uir certator afficiatur: continere ſe non potuiſſe: quin uitã certatoris eligeret: Animam deinde Epei panopeẽſis ad artificioſæ mulieris naturam protinus aduentaſſe: Longe uero inter nouiſſimas ridiculoſi Therſitis animam induiſſe: & paulopoſt id etiam ſub iungit. Ex feris item aliis in homines tranſire animas aſſerebat: & inuicem commutari: iniuſtas quidem in feras agreſtes: iuſtas autem manſuetorum animalium uitam capeſcere: atq; omnes hunc in modum confici miſtiones: De pythagora multa etiam Gelius libro quarto: ſed plura Diogenes in eius uita.

Animæ cum corporibus intereunt ſecundum epicureos

Et feries pauida pectora fida manu.
Ecqd in has fruſtra tẽdẽs tua brachia partes
Clamabis miſeri nomen inane uiri?
Parce tamẽ lacerare genas: necſcide capillos:
Nõ tibi nũc primum lux mea raptus ero.
Cũ patriam amiſi: tunc me periiſſe putato:
Et prior & grauior mors fuit illa mihi.
Nũc ſi forte potes: ſed nõ potes optima cõiũx
Finitis gaude tot mihi morte malis.
Q d potes: extenua forti mala corde ferẽdo:
Ad mala iã pridem nõ rude pectus habes.
Atq; utinã pereant aiæ cum corpore noſtro:
Effugiatq; auidos pars mea nulla rogos.
Nã ſi morte carens uacuas uolat altus i auras
Spiritus: & famii ſunt rata dicta ſenis.
Inter ſarmaticas romana uagabitur umbra:
Perq; feros manes hoſpita ſemper erit:

Animi hoſium ſempiterni

De aia ſecundũ pythagorã

Morte carens. Immortalis. Volat in uacuas auras. A corpore diuulſus aera petit. Et dicta ſamii ſenis. Et ea: quæ dixit Pythagoras Samius: q animæ e corporibus recedentes primo peterent aera. deinde in alia corpora tranſirent: Samium autem appellat Pythagoram: quoniam Samum patriam habuit ut docet Apuleius libro tertio floridorum. Sunt rata. Sunt firma. Vmbra romana. Anima romani hominis: & Ouidii. Vagabitur. Errabit. Per feros manes. Inter feras animas Sarmatarum. Vergilius. Perq; duas in morem fluminis arctos. Manes autem (autore Seruio) ſunt animæ illo tempore: quo de aliis recedentes corporibus nondum in alia tranſierunt: ſunt autem noxie: & dicuntur:

Aiæ uitas ſingulas eligebant ſecũdum Platonem

Pythagoras ſamius

Per pro

Inter

Manes

Manum Mane per antiphrasim nam Manum bonum est: unde etiam & Mane dicunt: Alii manes a manando dictos putant. Nam animabus plena sunt loca inter lunarem & terrenum circulum unde defluunt. Quidam Manes deos infernales tradunt. De manibus plura alias. Semper erit hospita. Semper erit peregrina: quoniam nunq̃ discedet e scythica regione: quemadmodum corpus. Etiam mortuus. Etiam defunctus.

Antigone frẽm sepeliuit Non ero exul. Non uidebor exulare. Non uetat hoc quisq̃. Nemo sepulturæ officium negat. Fratrem thebana peremptum: Antigonen designat Oedipodis thebarum regis filiam: quæ fratrem Eteoclem sepeliuit: quanuis Creontes rex Thebaꝝ eos qui in bello thebano perierãt: insepultos iacere uoluisset. ut elegantissime cecinit Papinius in ultimo thebaidos libro. Et amomi puluere misce. Amomum (ut scribit Dioscorides) est genus herbæ odoratissimæ: cuius frutex similis ẽ botruo in circuitu cuiuslibet arboris nascens: ramulos habens siccos: & duros uirgultis assimiles: coloris subrufi: circa quos habet folia copiosa: ex Thyrso botruoso semen redolens: & sibi connexum florem album ueluti uiolæ folia similia Brioniæ. Brionia autem uitis alba est. Triplex autem est Amomum: Armenicum quod cæteris præstat fului coloris: Secũdum Medicum: Tertium Ponticum. Carpitur autem (autore Plynio) cum radice mãipulatim leuiter componitur protinus fragile. Laudatur quam maxime punici mali foliis simile: nec rugosis colore ruffo. Secunda bonitas est pallido: herbaceum prius: pessimum candidum: qđ uetustate euenit. Crede. Cõde: legitur etiam pone. Quisquis amasti. Quisquis deperisti puellam aliquam. Feralia munera. Inferias dicit: Quomõ aũt inferiæ mortuis fierẽt: & quomõ in his uterentur coronis: docet Ouidius libro secundo fastorum his uersibus: Parua petunt manes: pietas pro diuite grata est Munere: non auidos styx habet unda deos. Tegula porrectis satis est uelata coronis. Et sparsæ fruges: paruaq̃ mica salis. Inq̃ mero mollita ceres: uiolæq̃ solutæ Hæc habeat media testa relicta uia: Nec maiora ueto: sed & his placabilis umbra est. Adde preces positis & sua uerba focis: Hunc morem æneas pietatis idoneus autor Attulit in terras iuste latine tuas Ille patris genio solennia dona ferebat. Hinc populi ritus edidicere pios.

Amomũ

Brionia Amomũ triplex

Mortuorũ ĩ feriæ

In Quartam Elegiam Enarratio.

Mihi chare quidem. Amicum charissimum quem propter Augustuꝝ non audet nominare: poeta admonet: ut magna atria & potentes fugiat: qui quanuis possint plurimum prodesse non prosunt: sed potius nocent: quod nõ ut ab Ouidio: sed ab Apollinis oracluo dictum ĩ memoria semper habendum censeo. Laudat deinde amici fidem: quam sibi in aduersis rebus nunquam defuisse cognouit: simulq̃ enumerat exilii sui incommoda: interq̃ ea in primis ponit amicorum absentiam: quos quanuis locorum interuallo multum distet: se tamen amare dicit: rogat eos postremo: ut: quam possunt illi opem ferant. Tempore duro. Rebus meis aduersis: in quibus uera amicitia potissimum cognoscitur. Vsibus. Experientia. Viue tibi. Tecum habita. Prælustria. Præclara atria.

Ossa tamen facito parua referantur in urna.
Sic ego non etiam mortuus exul ero.
Nõ uetat hoc qsquã: fratrẽ thebana pemptũ
Supposuit tumulo rege uetante soror.
Atq̃ ea cũ foliis & amomi puluere misce:
Atq̃ suburbano condita crede solo.
Quosq̃ legat uersus oculo propante uiator.
Grãdibus in tumuli marmore cæde notis.
Hic ego qui iaceo tenerorum lusor amorum
Ingenio perii naso poeta meo.
At tibi q trãsis ne sit graue: qsquis amasti:
Dicere nasonis molliter ossa cubent.
Hoc satis in tumulo est: & eni maiora libelli:
Et diuturna magis sunt monumenta mei.
Quos ego cõfido: quãuis nocuere: daturos
Nomen & auctori tempora longa suo.
Tu tamen extincto feralia munera ferto
Dèque tuis lachrymis humida serta dato.
Quamuis ĩ cinerem corpus mutauerit ignis
Sentiet officium mœsta fauilla pium.
Scribere plura libet: sed uox mihi fessa loquẽ
Dictãdi uires siccaq̃ lingua negat. (do
Accipe supremo dictum mihi forsitan ore:
Quod tibi q mittit non habet ille: uale.

Mihi chare qdẽ semp: sed tempe duro
Cognite: res postquã pcubuere meæ.
Vsibus edocto si qcquam credis amico:
Viue tibi: & lõge nomina magna fuge.
Viue tibi: quantũque potes prælustria uita:
Sæuum prælustri fulmen ab arce uenit.
Nã quanquã soli possunt prodesse potentes:
Nõ prosunt: potius plurimũ obesse solẽt.

Demissa antenna. Deducta antenna. Plus timoris. Maiorem formidinem. Paruis. Modicis scili cet uelis: & minus latis. Aspicit ut summa. Leuis cortex solet in summa aqua natare nec mergi: quia eũ nullum detrahit pondus. At rætia magno plumbi pondere mergi solent: per corticem autem leuem & ræ tia homines tenues: per plumbum uero potentes designat: qui ut plumbum grauiore casu dientes præci pites trahunt quo uolunt. Leuis aura. Leuis & paruus uentus: per quem mediocritatem suam designat & comparis fortunæ hominum consuetudinem: qua usus fuit anteq̃ Augusti gratiam iniret. Qui ca dit in plano. Qui in planitie aliqua decidit: id est qui a mediocris & eiusdem conditionis homini bus damno aut iniuria afficitur. At miser Elpe nor. Elpenor apud Circen ebrius dum sociorum strepitus abeuntium audit & abire properat: pro nus e longis lapsus scalis collum fregit: quod ip se apud inferos sciscitanti Vlyssi refert precaturq̃ eum ne se dimittat insepultum: ut in Odyssea scri bit Homerus. Ouidius. Neue gradus adeas Elpe nore cautius altos Vimq̃ feras uini quo tulit ille modo. Quid fuit. Quæ causa fecit. Vt tutas agitaret Dædalus alas. Vt Dædalus tuto uolaret. Icarus uero ceciderit. Fabulam narrat Diodorus. Et Ouidius libro octauo met. Signet aquas. Mari Icario nomen imponat. Hic alte. Icarum intelligit: qui qum altius uolaret: solis æstu cæra liquefacta laxatisq̃ alarum iuncturis in mare de cidit. Demissius ille uolabat. Depressius Dæ dalus iter tenebat: qui prope mare delatus alis sæ pius madefactis in Siciliam peruenit incolumis: ut scribit Diodorus. Bene qui latuit: bene ui xit. Quicunq̃ humili fortuna contentus latuit: tu tus uixit. Et intra fortunam debet. Et subaudi cre de mihi. Non foret Eumenides orbus. Legen dum est eumedes. Dolonem autem designat Eu medis filium. Vergilius ĩ duodecimo Aeneidos. Parte alia media Eumedes in prælia fertur Anti qui proles bello præclara dolõis. Hic (ut libro de cimo Iliados scribit Homerus) missus speculator ad græcorum castra pactus pro remuneratiõe A chillis equos ĩ Diomedem & Vlyssem incidit: q speculatum quoq̃ ierant ad troianos: illi promis sa ei impunitate: troianorum consilia ab eo didi cere: inter cætera facti certiores de aduentu Rhesi Dolonem interficiunt. Thracum castra aggrediũ tur. Equi inde abducti sunt. Non foret orbus. Non foret priuatus Dolone filio. Nec natum ĩ flamma. Phaetõta intelligit: de quo diximus supra. Di ctus est autem Phaeton a luce ardoris sui: ut scribit Seruius φαέθων enim lucidum significat. Ab irato enim Ioue fulmine ictus in padum cecidit: qui ab eo Eridanus græce dicitur: ut Plynius docet: Phaeton enim primo Eridanus dicebatur. Illud notandum Eridanum fluuium duplicem esse. Alterum in Italia. Alterum qui in Iliissum labitur: de quo ita scribit Pausanias. Fluuii Athenis labuntur Iliissus: & qui in eũ immittit Eridanus gallico Eridano cognominis: quam rem etiam ita uidetur Strabo libro nono significare. Sicut in fluuiorum aggregatione ridere Callimachus inquit: si quis scribere audeat Athenienses uir gines purum Eridani haurire uinum. Et Ouidius in primo met. ita cecinit. Eridanusq̃ senex: ubi quidã Apidanum pro Eridano falso legendum putant deprauantes potius carmen q̃ corrigentes: cum etiam in omnibus exemplaribus semper hactenus ita lectum sit: ut docuimus. Quare qui Apidanum legẽdum putarunt: hoc decepti sunt: q̃ unum tantum Eridanum in Italia fuisse credidere: qum alter etiam Athe nis olim labens prius: quam Padus cognominatus fuerit Eridanus: ad cuius differentiam Ouidius il lum senem appellauit. In arbore natas. Heliades accipe: quæ ĩ populos mutatæ sunt: ut notum est ex se cundo Ouidii met. Genitor merops. Merops Clymenes maritus & Phaetontis pater putatiuus. Cõ trahe uela. Cohibe desiderium. Est autem a nauigãtibus sumpta Metaphora: qui aliquo enauigaturi: mu tata postea sententia uela contrahunt.

Effugit hybernas demissa antenna procellas.
Lataq̃ plus paruis uela timoris habent.
Aspicis: ut summa cortex leuis innatat unda?
Cũ graue nexa simul rætia mergat onus?
Hæc ego si monitor mõitus prio ipse fuissem
In qua debebam forsitan urbe forem.
Dũ tecum uixi: dum me leuis aura ferebãt:
Hæc mea placidas cymba cucurrit aq̃s.
Qui cadit ĩ plano (uix hoc tĩ euenit ipsum):
Sic cadit: ut tacta surgere possit humo.
At miser elpenor tecto delapsus ab alto
Occurrit regi debilis umbra suo.
Quid fuit: ut tutas agitaret dædalus alas:
Icarus immensas nomine signet aquas.
Nempe quod hic alte: demissius ille uolabat.
Nã pennas ambo nõ habuere suas.
Crede mihi bene q̃ latuit: bene uixit: & ĩtra
Fortunã debet quisque manere suã.
Nõ foret eumedis orbus: si filius eius
Stultus achilleos non adamasset equos.
Nec natũ in flãma uidisset: in arbore natas:
Cepisset genitor si phaetonta merops.
Tu quoq̃ formida nimiũ sublimia semper:
Propositiq̃ precor cõtrahe uela tui.
Nã pede in offenso spaciũ procurrere uitæ

Elpenoris mors

Dolonis mors

Phaeton Eridanus

Eridanus duplex

Ouidii met. locus

Fuisse. Suaudi me. Tempore quas uno. Ordo est. Quas & fida uerba dabas uno tempore. Studio. Fauore. Amicitias & tibi iũge pares. Hoc etiam scribit Curtius libro sexto his uerbis. Nam & firmissima inter pares est amicitia. Quod adhuc non exulat. Cuius fama adhuc non potuit exulare.

Amicitia inter pares firmissima

Scythicus pontus. Mare Euxinum: quod Scythiam alluit. Astricto gelu. De humili rigore ponti diximus supra. Cætera. Omnia alie præter famam. Designat autem inter cætera corp⁹ ipsum. Vrsæ erimãthidos. Vrsæ arcadicæ: ab Erimantho monte in finibus arcadiæ per quã ursam maiorem significat. Bosphorus. Cimmerium Bosphorum accipe non Thracium: de quo diximus supra. Committitur autem paludi: quã Meotidem appellamus. Cimmerius autem appellat a Cimmerio oppido Scythiæ: quod alio nomine Cerberon uocabatur: ut plynius meminit in quinto. Strabo uero Cimmerium Bosphorum dictũ putat quasi Cymbricum a Cymbris: qui incertis errabundi sedibus usq; ad Meotim paludem militiam agitarunt. Hinc Lactãtius mentem tenebris Cimmeriis atriorem dixit: quoniam ea ora obscura est. Tibullus. Cimmerion etiam obscuras accessit ad oras: Quis nunq̃ cadente dies apparuit ortu Seu supra terras phœbus seu curreret infra. Homerus. Illis sol nunq̃ phaeton sua lumina spargit pernitiosa super nox semper tenditur istis. Et Ouidi⁹ in undecimo met. Quo nunq̃ radiis orienue cadenue Phœbus adire potest: nebulæ caligine mistæ Exhalãtur humo dubiæ ue crepuscula noctis.

Cimmerii boſphor⁹ Meotis

Cimmerii appellatio

Cimmeriæ tenebræ

Et tanais. Tanais a Septentrione ad meridiem uergens in mediam fere Meotida: defluit & Europam ab Asia diuidit: ut Curtius docet. Lucanus. Asiæ quoq; terminus idem. Europæ mediæ dirimens confinia terræ Nunc huc nunc illuc qua flectitur ampliat orbem. Sic tamen hæc absunt. Ordo est. Tamen hæc sic absunt: ut cuncta quæ ñ est contingere corpore: sunt uidenda meo animo. Hæc tamen inquit: quibus careo: ita a me remota sunt: ut ea quæ qum non possim corpore contingere: animo complectar. Aggrauat. Graues facit qum cousidero me non posse frui eius præsentia. Illa leuat. Eadem uxor exonerat molestiam qum eius erga me amor & fides occurrit. On⁹ sibi impositum. Vel mariti absentiã: uel certe on⁹ impetrandi reditus ab Augusto. Vos quoq; pectoribus. Aliud eius incommodum: hoc est amicorum absentiam commemorat. Est anceps. Est ambiguum: an uelitis nominati in meis uersibus. Vel certe est dubium & periculosum uos nominare. Protrahet. In longum trahet: & posteris notum faciet. Si quis amauit occulte. Si qs me clam dilexit.

Tanais

Dignus es: & fato candidiore frui.
Quod pro te ut uoueam miti pietate mereris
Hæsuraq; mihi tempus in omne fide.:
Vidi ego te tali uultu mea fata gementem
Qualem credibile est ore fuisse meo.
Nostra tuas uidi lachrymas supora cadẽtes:
Tempore quas uno fidaq; uerba dabas.
Nũc quoq; summotũ studio defendis amicũ
Et mala uix ulla parte leuãdx leuas.
Viue sine iuidia: mollesque iglorius annos
Exige. amicitias & tibi iunge pares.
Nasoniq; tui quod adhuc nõ exulat unũ
Nomen ama: scythicus cætera põtus hẽt.
Proxima sideribus tellus erimãthidos ursæ
Me tenet astricto terra perusta gelu.
Bosphorus & tanais supãt: scythiæq; paludes
Vixq; satis noti nomina pauca loci.
Vlterius nihil ẽ: nisi nõ habitabile frigus:
Heu quã uicina est ultima terra mihi.
At longe patria est lõge ẽ clarissima cõiunx:
Quicqd & hæc nobis post duo dulce fuit
Sic tamen hæc absunt: utq; cõtingere nõ est
Corpore. sunt aio cuncta uidenda meo.
Ante oculos errat dom⁹: urbs. & forma. loco
Accedũtq; suis singula facta locis. (rũ
Coniugis ante oculos. sicut p̃sentis imago:
Illa meos casus aggrauat: illa leuat.
Aggrauat hæc qđ abest: leuat hæc: qđ p̃stat
Impositũq; sibi firma tuet onus. (amorẽ:
Vos quoq; pectoribus nostris hæretis amici
Dicere quos cupio nomine quenq; suo.
Sed timor officiũ cautus compescit. & ipsos
In nostro poni carmine nolle puto.
Ante uolebatis gratique erat instar amoris
Versibus in nostris nomina uestra legi.
Quod qm̃ est anceps: itra mea pectora quẽq̃
Alloquar & nulli causa timoris ero.
Nec meus idicio latitãtes uersus amicos
Protrahet: occulte si quis amauit: amet.
Scite tamen quãuis lõga regione remotus
Absim. uos animo semper adesse meo.
Et qua qsq; potest oro: mala nostra leuate:
Fidã proiecto neue negate manum.

Contacti ſimili ſorte. Perculſi eiuſmodi infortunio quali ego ſũ. Rogẽtis idẽ. Idem p̃cemini: qđ ego.

In Quintam Elegiam Enarratio.

Sus amicitiæ tecum. Amici fidem perſpectam & cognitam in aduerſis præcipue rebus laudat Ouidius: quam dicit nunq̃ abituram ex eius animo: precaturq; deos: ut ei tribuant in poſterum amicos: quos in ſecundis rebus poſſit iuuare. Demum fatetur ſe ali exigua ſpe: ut aliquando Auguſtus mitior fiat: & magis placidum tribuat exilium. Vſus amicitiæ. Conſuetudo neceſſitudinis. Fuit paruus mihi tecum. Fuit rarus mihi tecum: quia raro utebar cõſuetudine tua. Vt illam non ægre poſſes diſſimulare. Vt poſſes illam facile celare: & oſtendere te non fuiſſe mihi amicum. Ni me complexus Niſi me uehementer amaſſes fœliciori mea fortuna: quanuis parua mihi tecum eſſet conſuetudo.

Igne iouis. Auguſti ira. Et adire limẽ. Et domum meam accedere. Idq; recens præſtas. In præſentia quoq; idem facis. Veterum. Subaudi amicorum. Mihi miſero. Scilicet præſtitere.

Confuſos uultus. Vultus perturbatos. Scis charum ueri nominis eſſe loco. Quia charum illum appellauerat: oſtendit in eius ui uerbi uerum amoris nomen deſignari. Χαρὶσ enim gratiam ſignificat & amorem. Vnde Cicero libro primo de natura deorum ita ſcribit. Charum ipſum uerbũ eſt amoris: ex quo amicitiæ nomen eſt deductum. Charum

Proba. Affirma. Meum uotum. Meum deſiderium: ut reddatur mitior Auguſtus. Quo quiſq; eſt maior. Auguſtum placari poſſe arguit.

Magis eſt placabilis iræ. Iram eſſe ſcribit Ariſto teles cupiditatem doloris reponendi: quam Ouidius inquit animum magnum & bene inſtitutũ abiicere: nec enim (ut ait Seneca) quicq̃ magnum eſt: niſi q; ſimul & placidum: & idem: iraſci p̃ ſuis non eſt pii animi: ſed infirmi: Ira autem diſtat ab iracundia: ut ebrius ab ebrioſo: & timens a timido: iratus poteſt non eſſe iracundus. Iracũdus non poteſt aliquando iratus non eſſe. Corpora magnanimo. Exemplo leõis docet magnum animum facile irã ponere. Scribit enim Plynius Leoni tantum ex feris clemẽtiam in ſupplices: ſiqdem proſtratis parcit. Dardanii ſenis. Priami petentis ab Achille Hectoris cadauer: ut in Iliade ſcribit Homerus. Quæ ducis emathii. Alexandrum Macedonem dicit. Macedonia enim antea nomine Emathionis regis: cuius prima uirtutis experimenta in illis locis extitere: Emathia cognominata ẽ: autore Iuſtino ac Gelio. Pharos. Pharon inſulam paulum ſupra Canopicum oſtium pro Alexandria ponit: quam ille in ægypto condidit ad ipſius inſulæ ſimilitudinem: ut docet Plutarchus: ad quem locum eius etiam corpus detulit Ptolemæus Lagi filius: quod perdicæ abſtulit: Fuitq; repoſitum in alueo aureo. Sed Coccas cui cognomento fuit Ptolemæus ablato aureo loculo uitreum repoſuit. autor Strabo. Scribit etiã Cur-

Ira quid

Iracundia

Leonis clemẽtia

Emathia

Pharos

Proſpera ſic maneat uobis fortũa: nec unquã
Cõtacti ſimili forte rogetis idem.
Sus amicitiæ tecũ mihi paruus ut illã
Non ægre poſſes diſſimulare: fuit.
Ni me cõplexus uinclis ꝓioribus eẽs:
Naue mea uento forſan eunte ſuo.
Vt cecidi: cunctiq; metu fugere ruinam:
Verſaq; amicitiæ terga dedere meæ.
Auſus es igne iouis pcuſſum tãgere corpus:
Et deploratæ limen adire domus.
Idque recẽs præſtas nec longo cognitus uſu.
Quod uetere; miſero uix duo treſue mihi.
Vidi ego cõfuſos uultus uiſoſq; notaui:
Oſque madẽs fletu pallidiuſque meo.
Et lachrymas cernẽs i ſingula uerba cadẽtes.
Ore meo lachrymas: auribus illa bibi.
Brachiaq; excepi preſſo pendentia collo.
Et ſingultãtis oſcula mixta ſonis.
Sũ quoq; chare tuis defenſus uiribus abſens
Scis charum ueri nominis eſſe loco.
Multaque præterea manifeſti ſigna fauoris
Pectoribus teneo non abitura meis.
Dii tibi poſſe tuos tribuant defendere ſemp:
Quos in materia proſperiore iuues:
Si tamẽ interea quid in his ego perditus oris:
Quod te credibile eſt q̃rere: quæris: agã.
Spe trahor exigua: quã tu mihi demere noli
Triſtia leniri numina poſſe dei.
Seu temere expecto: ſiue hoc cõtingere fas ẽ.
Tu mihi quod cupio fas precor eſſe ꝓba.
Quæque tibi eſt linguæ facũdia cõferi illud
Vt doceas uotum poſſe ualere meum.
Quo qſque eſt maior: magis ẽ placabilis iræ
Et faciles motus mẽs generoſa capit.
Corpora magnanimo ſatis ẽ proſtraſſe leoni.
Pugna ſuũ finem: cũ iacet hoſtis: habet.
At lupus & turpes inſtant morientibus urſi:
Et quæcunque minor nobilitate fera eſt.
Maius apud troiã forti qđ habemus achille?
Dardanii lachrymas non tulit ille ſenis.
Quæ ducis emathii fuerit clemẽtia: pharos

Vbi Alexander cõditus.

tius corpus Alexandri a Ptolemæo: cui ægyptus cesserat. Memphim & inde paucis post annis Alexãdriam trãslatum esse. De Pharo ita scribit Strabo libro decimo septimo Pharos insula quædam est oblonga opposita Alexandriæ quæ continenti adiacet: bicipitem ad eam portum faciens. Nam qum littorea regio sit sinuosa: duo promõtoria in mare emittit: inter quæ insula iacet: quæ portum claudit. Est ibi petra quædam mari circundata quæ turrim habet multis tabulatis excelsam: & albo lapide mirifice structam eodem nomine quo insula. Eam Sostratus Gnidius regum amicus posuit ob nauigantium salutem ut epigrãma declarat. Nam qum ora ex utraq; parte iportuosa & humilis eẽt & cautes & breuia haberet: signum aliquod necessarium fuit altũ & clarũ quo nauigantes ad portus ingressum dirigerẽtur:

Præclarique docent funeris exequiæ.
Neue hoium referam flexas ad mitius iras:
Iunonis gener est: qui prius hostis erat.
Deniq; nõ possum nullam spare salutem:
Cũ non sit pœnæ causa cruenta meæ.
Nõ mihi quærẽti pessundare cuncta petitũ
Cæsareum caput ẽ quod caput orbis erat.
Nõ aliquid dixi: uiolentaque lingua locuta ẽ:

Pharos quid

Pharos a priscis dictas turres machĩasue in portubus ad prælucendi ministeriũ nocturnosq; nautarum cursus dirigendos fabricatas: sicut iam tales pluribus locis inquit Plynius flagrant: ut Rauennæ. Talis pharos fuit quoq; capreis tẽpore Tiberii: ea concidens portendit mortem Tiberii. Sunt qui scribant pharon a græcis latiniscq; iuxta appellari ex ipsius rei usu eo: q; longe uideatur a nauigantibus tanquam φανος: quod significat lucidum. Solinus scribit Aegyptios in portubus machinas ad prælucendi ministerium fabricatas pharos dicere.

Pharos insula unde dicta

Pharos autem insula sic cognominata fuit a magistro nauis Menelai: cui id nomen fuit: ibidem ab aspide interempto & sepulto: ut Anticlides scripsit: ea olim insula fuit: postea Alexandriæ ponte coniuncta: ut scribit Plynius: dicente Lucano. Insula quondam in medio stetit illa mari sub tempore uatis Proteos: at nunc ẽ pellæis poxima muris Cæsar etiam in commentariis ita scribit. Pharus est ĩ insula turris magna altitudine mirificis operibus extructa: quæ nomen ab insula accepit: hæc insula obiecta Alexandriæ portum efficit: sed a superioribus regionibus in longitudinem passuum noningentorum in mare iactis molibus angusto itinere & ponte cũ oppido coniungit. Præclariq; docent funeris exequiæ. Alexandri clementiæ in hostes testis locupletissima fuit Alexandria: ubi conditum fuit eius cadauer: cui parentauit Ptolemæus. quam rem hic per exequias designat Ouidius: ex quo designat Alexandrum quoq; iram posuisse & clementia usum in omnes: q̃d est generosæ mentis peculiare: cuius rei Pharon testem esse dicit: propterea q; ob regis clementiam eius cadauer ita honorifice seruatum fuit.

Exequiæ Alexãdri magni

De Alexandri corpore ita scribit Strabo. Circuitus quidam est Alexãdriæ in quo regum sepulturæ & Alexandri erat. Nam Ptolemæus Lagi filius Alexandri corpus Perdicæ abstulit: qum id ex babylone deferret: atq; huc diuerteret: auaritia tractus: ut ægyptum sibi uendicaret: periit ille a militibus interemptus. Nam qum Ptolemæus aduentasset eum in insula deserta inclusit: ubi Sarissis confossus est: Alexandri corpus Ptolemæus Alexandriam detulit: eiq; parentauit. Potes etiam per exequias intelligere mœrorem gentium deuictarum ab eo post mortem: idq; ob eius clementiam. Nam (ut scribit Iustinus) omnes barbaræ gentes paulo ante deuictæ: non ut hostem eum: sed ut parentem luxerunt. Quin ipsa quoq; Darii mater mortem sibi ipsa cõsciuit: uel (ut alii malunt) inedia periit: per Pharõ igitur Alexandriæ & Aegypti: per exequias uero cæterorum dolorem designat. Superior sententia magis placet. De clementia Alexandri in deuictos: & morte: ac ploratu: lamentisq; & planctibus uariarum gentium: legito Curtium & Iustinum. De ueneni uero ui quod ei datum ferunt. Idem Curtius. Iustinus. Vitruuius libro octauo. Herodotus & Plutarchus abunde scripsere.

Dolor gẽtiũ ob alexandri mortem

Ad mitius. Ad magis mitem animum. Iunonis gener est. Herculem dicit qui Heben Iunonis filiam uxorem duxit dicente Seneca poeta in Octauia: Deus Alcides possidet Hebẽ: Nec Iunonis iam timet iras: Cuius gener est: qui fuit hostis. Dixi autem Senecam poetam: quoniam Senecæ duo fuerunt. Alter philosophus Neronis præceptor. Alter uero Tragœdiarum scriptor: quod apertissime declarat Sidonius poeta his uersibus. Non q̃d Corduba

Senecæ duo

præpotens alumnus Facundum ciet: hic putes legendum. Quorum unus colit hispidum Platona. Incassumq; suum monet Neronẽ. Orchestrã quatit alter Euripidis Pictum fœtibus Eschylon sequutus. & Martialis. Duosq; Senecas unicũq; Lucanum Facunda loquitur Corduba. Quare corrigendus est error eorũ: qui putant unum tantum Senecam fuisse poetam pariter & philosophum: ac Neronis præceptorem. Sane Hebe (ut in Odyssea scribit Homerus) filia fuit Iouis & Iunonis. Alii uero solius Iunonis: quæ in conuiuio Apollinis lactucas agrestes comedit: & facta ilico grauida ex eo conceptu Heben peperit: quæ quia formosa erat. Ioui pocula ministrabat: ut in quarto Iliados docet Homerus. Postremo Herculem in Oeta

Hebes fabula

monte mortalitate exusta in numerum deorum assumpto coniunx data est. Heben autem scribit Seruius esse iuuentutis deam.

Hebe iuuentutis dea

Non sit cruenta. Non sit capitalis aut cæde alicuius aspersa. Mihi quærenti pessundare cuncta. Mihi quærenti omnia meo imperio subiicere: & orbem inuadere. Non est petitum: Non sum impetu aut insidiis aggressus. Non aliquid dixi. Non aliquid locutus sum quod imperatorem offenderet. Violenta. Minans uim aliquam.

Verba profana. Verba non sancta. Plautus. Sanctum an profanum habens paruipenditur. Profanum autem (ut est autor Macrobius) omnes pœne consentiunt id esse: quod extra fanaticam causam sit: quasi porro a fano & religione secretum: cuius significatus exemplum consecutus est Maro: qum de luco & aditu inferorum sacro utroq; loqueretur dicens. Procul o procul este profani Conclamat uates totoq; absistite luco. & Liuius libro nono. Interea dedite inquit profanos nos quos salua religione potestis. Trebatius id prophanum proprie dici ait: quod ex religioso & sacro in hominum usum proprietatemq; conuersũ est. Vergilius. Faune precor miserere inquit: tuq; optima ferrũ Terra tene: colui uestros si semp honores. Quos cõtra æneadæ bello fecere profanos: dixerat enim prius. Sed stirpem teucri nullo discrimine sacrum Sustulerant: Profanum scribit Pompeius id dici: quod fani religione tenetur. Varro ait profanum id esse quod est ante fanum coniunctum fano. Hinc profanatum quod in sacrario factum. Nimio mero. Nam nimium uinum cogit plærunq; secreta detegere: & linguam proteruã fieri: quod Gallo poetæ euenisse arbitrat⁹ est Ouidius ut diximus. De uinolentiæ & ebrietatis incõmodis lege Oratium in ode. xviii. Plector. Crucior. Ecce quomodo hic etiam Ouidius ostendit se aliquid uidisse: cuius causa in exilium eiectus ẽ

Profanũ quid

Lapsaue sũt nimio uerba profana mero.
Inscia qd crimen uiderũt lumina plector:
Peccatumq; oculos est habuisse meũ.
Non eqdem totã possum defendere culpã:
Sed partem nostri criminis error habet.
Spes igitur superest facturũ ut molliat ipse
Mutati pœnã conditione loci.
Hoc utinã nitidi solis prænuncius ortus
Afferat admisso lucifer albus equo.

Oedus amicitiæ nõ uis charissime nr̃æ
Nec si forte uelis dissimulare potes.
Donec eni licuit: nec te mihi charior alter
Nec tibi me tota iũctior urbe fuit.
Isq; erat usq; adeo populo testatus: ut esset
Pene magis q̃ tu quãq; ego notus amor.
Quiq; ẽ in charis animi tibi candor amicis:
Cognitus est illi quem colis ipse uiro.
Nil ita celabas: ut nõ ego conscius essem.
Pectoribusq; dabas multa tegenda meis.
Cuique ego narrabã secreti quicqd habebã:
Excepto quod me pdidit: unus eras.
Id quoq; si scisses saluo fruerere sodali:
Cõsilioq; forem sospes amice tuo.
Sed mea me in pœnã: nimirũ: fata trahebãt:
Omne bonæ claudunt utilitatis iter.
Siue malũ potui tamen hoc uitare cauendo
Seu ratio fatum uincere nulla ualet.

Peccatumq; oculos. Ordo est. Peccatum meũ ẽ me habuisse oculos: hoc ẽ uidisse. Totã culpã. Rẽ omnẽ ut se habuit: nam Augustum offenderẽ uel certe dicit prorsus nõ possum absolui. q̃ ea uiderim quæ non uidenda erant. Sed error habet partem nostri criminis. Sed pars criminis mei errori & imprudentiæ ascribenda est: q̃ per errorem potius q̃ de industria ea uiderim: quæ non uidenda erant. Facturum. Tẽ daturum operam. Vt molliat ipse. Vt ipse Augustus mollem & mitem faciat. Mutati loci. Mutati exilii. Hoc. Vt pœna mutetur. Admisso equo. Celeri equo.

In Sextam Elegiam Enarratio.

FOedus amicitiæ. Hac etiam elegia amici fidem laudat Ouidius: quam eum etiam si uelit minime dissimulare posse ostendit: cuius consilio si usus fuisset: fatetur se incolumem semper esse potuisse. Demum illum precatur: ut ei Augustum mitiorem reddat: quo is sibi exilii locum mutet: quandoquidem nulli sceleri se obnoxium esse sciat. Fœdus amicitiæ. Ordo est. O charissime non uis dissimulare fœdus nostræ amicitiæ: nec potes dissimulare etiam si forte uelis. Testatus populo. Probatus populo. Vt esset pene magis q̃ tu: quanq; ego notus. Vt amor noster esset notior populo romano q̃ tu aut ego. Quiq; est in charis. Ille candor & fides inquit animi tui: quo candore amicos prosequeris. Quem colis ipse. Quem suspicis & ueneraris: fortasse Augustum designat: uel certe amas: & amicum aliquem denotat suppresso nomine. Cuiq; ego narrabam. Ordo est. Et tu unus eras: cui ego narrabam quicquid secreti habebam: excepto illo quod me perdidit. Id quoq; si scisses. Si etiam quod me perdidit intellexisses. Saluo sodali. Sodali incolumi: & non exule. Consilio tuo. Tuis monitis: nam mihi recte cõsuluisses. Malũ. Quod mihi euenit. Est autem sensus. Siue fata pñt euitari ratione: siue non possunt: te tamen precor ut sis memor mei. Cauendo. Mihi prospiciendo. Seu ratio fatum. Ex stoicorum sententia Fatum esse ineuitabile dicit: quam rem etiam expressit Curtius libro quinto his uerbis. Eludant uidelicet: quibus forte ac temere negocia humana uolui: agiq; persuasum est. Equidem æterna constitutione crediderim: nexuq; causarum latentium: & multo ante destinatarum suum quenq; ordinem immutabili lege percurrere: & libro quarto. Sed (ut opinor) Fatum ineuitabile est: & Herodotus libro nono. Quicquid ex deo fieri oportet: id homini ineuitabile est. De ui autẽ & fati necessitate: & quomodo fatum diffinierit Chrysippus docet Gelius libro sexto: plura etiam Cicero scribit in libro de Fato:

Fatũ ieuitabile secũdum stoicos

& primo de diuinatione etiam hæc. Fieri igitur omnia fato ratio cogit fateri. Fatum autem appello qđ græci Himarmen idest ordinem seriemq; causarum: qm causa causam ex se gignat: ea est ex omni æternitate fluens ueritas sempiterna. hanc sententiam refellit Eusebius de præparatione euangelica libro sexto.

Longo usu. Longa cõsuetudine. Sis memor. Mei te non capiat obliuio. Et si quas fecit tibi gratia uires. Vel gratia impatoris: uel certe Ouidii ut sit sensus. Et si quid ualet apud te gratia mea. Numinis læsi. Augusti quẽ offendi. Error: Imprudẽtia. Nec breue. Nec res breuis: sed lõga narratu. Nec tutũ est. Propter Augustũ quẽ offenderẽ. Funesti mali. Mali quod mihi funus & tristitiam attulit.

Tempus illud quo Augustum læsi. Et admonitu fit nouus ipse dolor. Et recrudescit dolor recordatione ipsa. Et quæcunq; deo. Augustũ deum appellat. Possint afferre pudorem. Possint ignominia afficere. Illa condita. Ea ignominio sa tecta & occulta. Cæca nocte. Obscuris tenebris & perpetua taciturnitate. Sed illo præmia peccato nulla petita mihi. Sed peccatum illud imprudenter admisi: non ut aliquid inde præmii uoluerim referre. Stultitiamq;. Subaudi referam

Stultus Stultus autem imprudẽs est: & improuidus: multiq; non insipiẽtes homines aliquãdo stulte agũt.

Nomina si factis. Si uelis nomina rebus respõdere. Quæ si nõ ita sint. Si quæ dixi scilicet me per imprudentiam errasse: non sunt qualia a me dicta sunt. Alium quo longius absim. Ordo ẽ. Quærẽ alium locum quo longius absim. Suburbana hæc sit mihi terra. Quo lõgi⁹ absim. Quo in loco remotior etiam ab urbe Roma: uel tomitana exulem. Suburbana hæc sit mihi terra. Non modo inquit ad longius proficiscar exiliũ: Sed etiam uolo ut suburbana alicuius urbis Scythiæ magis periculosa & hostibus exposita q̃ tomos ad maius supplicium si non loquor uera sint mihi exilium. Suburbanum autem significat non modo prædiũ: sed quicqd est in suburbanis.

In Septimam Elegiam Enarratio.

Ade salutatum. Ad filiam Perhillã scribens Ouidius primo fatetur se musis uacare: q̃uis illæ sibi nocuerint: eamq; hortatur ut idem faciat quo sibi ĩmortalitatem comparet: nã ea formæ elegantia: quæ in ipsa erat: senectute & tpe uitiabit. At ingenii dotes sp permanebunt.

Littera parata. O epistola scripta. Sed sic. Sed uiuere ita misere. Leuata. Esse ĩminuta: hoc est dices ẽt nra mala tanto tpis interuallo minime eẽ attenuata. Et tamen reuerti ad musas: Et tamen dices me ad musas redire. Cogere. Dices me ẽt colligere. In alternos pedes. In dactylum & spõdeum: ex quibus metra cõficiunt. Metrũ. n. græce: latine Numerus uocat. Est aũt numerus æqualiũ pedũ legitima ordinatio. Carmen uero est modus uocibus iunctus. cuius discrimina cantus: modus: motus: au

Metrum tor Censorinus. Est aũt pes (ut docet Diomedes) sublatio ac positio duar̃ aut triũ ampliusue syllabarum

Numerus spatio cõprehensa. Studiis cõibus. Studiis poeticis. Est aũt poetica (ut idẽ Diomedes docet) fictæ ue-

Carmen ræq; narrationis congruenti rhythmo uel pede composita metrica structura ad utilitatem uoluptatemq;

Pes accommodata. Rhythmus autem est uersus imago modulata seruans numerum syllabarum positionem

Poetica sæpe sublationẽq; cõtinẽs: is latine modus siue numerus dicitur. Vergilius. Numeros memini si uerba te

quid nerẽ. Fabius docet Rhythmos neq; finẽ hre certũ: nec ullã in cõtextu uarietatẽ. Sed qua cœperũt sublatio

Rhythm⁹ ne ad positionem usq; decurrere. Rhythmus aũt creditr dictus a Rhythmonio Orphei filio & Idmoneæ

Rhythm⁹ nymphæ Maricæ: ut tradidit Niceratus in libro quẽ cõposuit de Musico fratre Rhythmonii⁹. Distat aũt

unde dictus poetice a poemate & poesi: ut placet Diomedi: q; poetice ars ipsa intelligitur. Poema aũt pars opis ut Tragœdia Poesis contextus: & corpus totius operis effecti: ut Ilias: Odyssea. Aeneis. Quintilianus tũ poesim

Poetice

Poema

Poesis

Tu tamen o nobis usu iunctissime longo
Pars desiderii maxima pene mei.
Sis memor: & si quas fecit tibi gratia uires:
Illas pro nobis experiare rogo.
Numinis ut læsi fiat mansuetior ira:
Mutatoq; minor sit mea pœna loco.
Idq; ita si nullũ scelus est in pectore nostro:
Principiumq; mei criminis error habet.
Nec breue nec tutũ ẽ: quo sint mea dicer̃ casu
Lumina funesti conscia facta mali.
Mensq; reformidat: ueluti sua uulnera tẽpus
Illud: & admonitu fit nouus ipse dolor.
Et quæcunq; adeo possint afferre pudorem:
Illa tegi cæca condita nocte decet.
Nil igitur referã nisi me peccasse: sed illo
Præmia peccato nulla petita mihi.
Stultitiamq; meum crimen debere uocari:
Nomina si factis reddere uera uelis.
Quæ si nõ ita sunt: alium quo lõgius absim:
Quær̃: suburbana hæc sit mihi terra locũ
Ade salutatũ subito parata perhillam
Littera sermonis fida ministra mei.
Aut illã inuenies dulci cũ matre sedẽtẽ:
Aut inter libros pierideq; suas.
Quicqd aget: cũ te scierit uenisse relinquet
Nec mora: quid uenias: qdue reqret agã.
Viuere me dices: sed sic: ut uiuere nolim.
Nec mala tã longa nostra leuata mora.
Et tamẽ ad musas (quamuis nocuere) reuerti
Aptaq; in alternos cogere uerba pedes:
Tu quoq; dic studiis cõmũib⁹ ecqd ihæres?

pro poetice posuit. Nã in calce libri. xii. ita scribit. Quantũ. n. Poesis ab Homero & Vergilio: tantũ fasti giũ accepit eloquẽtia a Demosthene: atq; Cicerone: Marcellus quoq; ita scribit. Poesis ẽ textus scriptoꝝ: ut Odyssea: uel Ilias Homeri: aut Aeneis Vergilii. Poema iuẽtio parua: q̃ paucis uerbis exprimitur ut in gladiatoriis ludis Homeri. Poetica est ars eaꝝ rerum. Lucilius in. xi. satyra. Non hoc q̃d ualeat: qdue intersit hoc & illud Cognoscis: primũ hoc q̃d diximus eẽ poema. Pars ẽ pars parua. Idẽ in epistola. Itemq; uis nõ magna poema est. Illa poesis opus totũ totaq; illa summa est una. Ecqd inhæres? Nunquid das operã? Non more patrio. Non lasciuis numeris ut ego usus sum aut certe num pro an: ut sit interrogantis. Nam tibi cũ fatis. Et natura & fato Ouidius dicit filiam mores assecutã eẽ. Loquitur enim secũdũ eoꝝ opinionẽ q̃ credidere homines: aut mores: aut alia id genus natura quodam ordine ad finẽ puenire nisi fato impediant: Alexãder autẽ Aphrodisius hãc opinionẽ cõfutauit in libro: quẽ de fato ad Antonium edidit: multis enim argumẽtis ostendit nihil aliud esse fatũ: aut fatatũ q̃ q̃d natura fit: De uita hois: quæ fato: natura: & fortuna continet: diximus supra. Et raras dotes. Et bona aĩ uel corporis: q̃ raris & paucis dant. Hoc. Scilicet tuũ ingeniũ. Ad undas pegasidas. Ad fontẽ musarum. quẽ equs alatus Pegasus natus ex sanguine Medusæ: qum ad parnasum pueniſſet: pede fodiẽs effecit. Fabulam refert Higinus. Ouidius libro. iiii. met. & Lucan⁹ in. xi. Designat aũt Ouidius se primũ filiã docuisse artẽ poeticã. Male periret. Male perderetur: Aquæ facundæ. Aquæ facundiã habentis: aut dãtis: Sunt q legãt fœcundæ hoc est abundantis: fertilis. Primus id aspexi. Primus hoc ingeniũ tuũ notaui. Vtq; pater. Vt fui inquit pater: ita fui dux: & comes filiæ. Erã nimio iũctus amore tibi. In alio codice hi duo uersus ita legũt. Tũc quoq; (sed forsan nostrũ deleuit amorẽ Tẽpus) eras magno iunctus amore mihi. Iidẽ ignes. Iidẽ calores apollinei. aut certe ardores ĩgenii. Quintilianus. Quid iucũditatis in sermone? quos ĩgenii igniculos. Sola uates lesbia. Sola uates Sappho ex Lesbo insula. Mea fortuna. Meũ exiliũ & infortuniũ. Tua sæpe mihi. Subaudi legebas. Aut ubi cessaras. Aut qñ a recitatione desiteras deprehẽso a me aliquo errore ĩ tuo carmine. Causa ruboris erã. Quia tui carminis errorẽ deprehẽdebas. Forsitan exẽplo qa me læsere libelli Tu quoq; sis pœnæ facta ruina meæ. Ordo ẽ. Vereor ne tu quoq; sis facta ruina. i. corruaris exẽplo meæ pœnæ: qa & reliqua hoc ẽ timeo ne tu quoq; meo exemplo corrueris deserẽdo poetices studia: q̃ ea me pœna affecerint: Sunt qui ita legãt Tu quoq; sis pœnæ fata secuta meæ: ut fata pro poetæ infœlicitate accipiant: idem tamẽ est sensus. Pone philla metũ. Filiã hortat ne timeat carminibus posse accidere q̃d sibi euenit docẽs qd tm̃ euitandũ sit. Causas desidiæ. Timorẽ ne qd tibi ex uersu mali accidat. In bonas artes: Poeticã facultatẽ significat. Ista decẽs facies. Hæc tua Pulchritudo: Poeta ãt formã: & diuitias fragiles: aĩ uero bõa sẽpiterna eẽ colligit. In antiqua frõte. In frõte iã senio cõfecta. Iniicietq; manus formæ. Formã sibi uẽdicabit: & turpẽ reddet. Damnosa senectus. Senectus: quæ iuuenes dãno afficit. Passu nõ faciente strepitũ. Ideſt gradu qui nõ sentitur. Obrepit. n. nõ intellecta senectus. Speculũ tuum esse mẽdax. Tuũ speculũ non reddere uerã formam: & qualẽ prius uideras: Vnde Helena se in speculo rugosam conspiciens flebat. dicente Ouidio in ultimo met. Flet quoq; ut in speculũ rugas conspexit anilẽs Tyndaris: & secũ cur sit bis rapta requirit. Postea subiungit. Tẽpus edax rerũ: tuq; inuidiosa uetustas Omnia destruitis: uitiataq; dẽtibus æui Paulatim lenta cõsumitis oĩa morte. Illud notandũ: nihil aliud esse illã in speculis imaginem: q̃ umbram digesta claritate materiæ excipientis. Vitrea autem specula ideo ualde elucent (autore Alexandro Aphrodiseo) quoniam introrsus ipsa stanno illiniunt. Inest autem eius natura perspicua: & peride uitro

De fato & natura

Fatũ id est se quod natura fit

Tempora oĩa destruunt

Imago in speculis quid

Cur speculala ualde lucent

Doctaq; non patrio carmina more canis?
Nã tibi cũ fatis mores natura pudicos:
Et raras dotes ingeniumq; dedit.
Hoc ego pegasidas deduxi primus ad undas
Ne male facũdæ uena periret aquæ.
Primus id aspexi teneris in uirginis annis.
Vtq; pater: natæ duxq; comesque fui.
Tũc quoq; (sed forsan nostrũ deleuit amorẽ
Tempus) eras magno iunctus amore tibi.
Ergo si remanẽt ignes tibi pectoris iidem:
Sola tuũ uates lesbia uincit opus.
Sed uereor: ne nũc mea te fortuna retardet:
Postq; meos casus sit tibi pectus iners.
Dũ licuit tua sæpe mihi: tibi nostra legebam:
Sæpe tui iudex: sæpe magister eram.
Aut ego præbebã factis modo uersib⁹ aures
Aut ubi cessaras causa ruboris eram.
Forsitan exẽplo: quia me læsere libelli:
Tu quoq; sis pœnæ facta ruina meæ.
Pone philla metũ: tantũmodo fœmina nulla:
Neue uir a scriptis discat amare tuis.
Ergo desidiæ remoue doctissima causas:
Inq; bonas artes: & tua sacra redi.
Ista decẽs facies longis uitiabitur annis:
Rugaq; in antiqua frõte senilis erit.
Iniicietq; manus formæ damnosa senectus:
Quæ strepitũ passu non faciente uenit.
Cumq; aliqs dicet: fuit hæc formosa dolebis:
Et speculũ mẽdax esse q̃rere tuum.

copulatū quod per se lucet plus adhuc renidet radiōs suos p uitri spiramēta trāsmittens: duplicat quod ī

Cur ī speculis nos ī tuemur

supficie: & extra uitreū corpus ē: atq; ita admodū elucētia euadūt specula. Idē etiā docet cur in speculis: & perspicuis aquis nos ītuemur: quia qualitas uisus ad pspicua abiēs corpora p refractionē radiorū: qui ab oculis exeūt accedat ad sui aspectū. Optima aūt Specula apud maiores fuere brūdusina stanno & ære mistis: Speculū Catullus appellauit Imaginosum: q̄ fm imaginē facit. Inueniť etiā imaginare pro eo q̄d ē imaginē facere: quo uerbo utiť Gelius libro. xv. cap. xviii. ita. n. scribit. Itē ut speculū in loco certo positum: nihil imaginet: aliorsum trāslatū faciat ima

Specula brundusina

Imaginať

gines: Socrates philosophus ultro suasisse fertur discipulis suis: ut crebro semet in speculo contemplarentur: ut qui sibi pulchritudine cōplacuisset: impēdio procuraret: ne dignitatē corporis malis moribus dedecoraret: qui uero minus se cōmēdabilē forma putaret: sedulo operā daret ut uirtutis laude turpitudinē tegeret: Demosthenem ēt docet Fabius semp ante speculū quasi ante magistrum causas meditatū. Specula Seneca ī primo nat. q̄stionum scribit inuenta: ut homo ipse se nosceret: formosus ut uitaret infamiam: deformis ut sciret redimendū esse uirtutibus quicquid corpori deesset. Iuuenis ut flore ætatis admoneretur illud tempus esse discendi & fortia audendi. Senex ut indecora carnis deponeret: & de morte aliquid cogitaret: postea rex: iam potiēte luxuria specula totis paria corporibus auro argentoq; cælata sunt: deinde gēmis adornata. Finge sed immensis censibus esse pares. Sed existima te possidere eas diuitias: q̄ possint comparari opib⁹ & prouētui ditissimi cuiusq;. Nempe dat & quodcunq; libet. Sentētia elegantissima: qua docet diuitias esse bona fortūæ fluxa atq; fragilia. Virtutem autem clarā æternāq; haberi: ut est apud Salustiū. Hyrus & est subito De Hyro mendico abunde diximus in ultimo de remedio amoris. Qui modo Croesus erat. Croesus rex fuit Lydiæ ditissimus: captus autem a Cyro rege Persarum uinctus compedibus super ingentem quam struxerat lignorum struem ab eo imponitur ut uiuus cremaretur. Croeso autem super pyra stanti uenisse in mentem ferunt: quod ab eo sibi nutu dei a Solone fuisset dictum ex uiuentibus beatum esse neminem: quibus auditis Cyrum tradunt pœnituisse: quum se quoq; hominem esse cognosceret: qui alium hominem olim se non inferiorem uiuum rogo traderet: p̄terea ueritum ob id pœnam ac reputantem nihil esse in rebus humanis stabile: iussisse ignem celerrime extingui iam incensum Croesumq; deponi: eumq; solutum iuxta se collocauit: multaq; habuit obseruantia Historiā refert Iustinus: sed plenius Herodotus. Sensus ergo est. Qui paulo ante erat ditissimus: solet a fortuna deprimi & pauperrimus fieri. Nil non mortale. Omnia mortalia. Pectoris exceptis ingeniiq; bonis. Idem etiam sic refert Propertius. At non ingenio quæsitum nomen ab æuo Excidet: ingenio stat sine morte decus. De suis septem montibus. Roma enim (ut diximus autore Plynio) septem complexa fuit montes: Capitolinum scilicet: Auentinum: Cælium: Exquilinum: Viminalem: Quirinalem: Palatinum: quoꝝ etymologiā legito apud Varronē scribentē ab his septem montibus in quibus sita est diē Septimontiū nominatū esse. Vnde & Vergilius ita cecinit. Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma: Septē q̄ una sibi muro circūdedit arces. Martia roma: Roma quæ erat in tutela Martis propter Romulū eius filium. Quam studii maneat fœlicior usus. Quæ habeas fœliciorem utilitatem & fortunam ex studiis poeticis: q̄ ego habui. Venturos rogos. Mortem uenturam.

Diuitiæ fluxæ

Croesus rex

Viuēs nemo beat⁹

Omnia hominū mortalia p̄ter ingenii bona

Mōtes septē romæ

Septimōtius dies

Sūt & opes modicæ: cum sis dignissima magnis:
Fige sed immensis cēsibus eē pares.
Nēpe dat & quodcūq; libet fortuna: rapitq;:
Hyrus & ē subito qui modo croesus erat.
Singula qd referā? nil nō mortale tenemus:
Pectoris exceptis ingeniisque bonis.
En ego cū patria careā uobisq; domoque:
Raptaq; sint: adimi quæ potuere mihi.
Ingenio tn ipse meo comitorque fruorque:
Cæsar in hoc potuit iuris habere nihil.
Q uilibet hāc sæuo uitam mihi finiat ense:
Me tamē extincto fama superstes erit.
Dumq; suis uictrix septē de mōtibus orbem
Prospiciet domitū martia roma: legar.
Tuquoq;: quam studii maneat felicior usus:
Effuge uenturos qua potes usque rogos.

In Octauam Elegiam Enarratio.

Triptolemi fabula

NVnc ego Triptolemi. Desiderio quum patriæ: tum suorū ita teneri poeta scribit: ut cupiat celeri aliquo cursu eo se conferre: quam rem sibi Augustum solum præstare posse ostendit: narratq; exilii sui incommoda: optatq; ut tandem Cæsar iræ modum statuat: & mitius præbeat exilium. Triptolemi currus. Currum intelligit: quez a Cerere accepit Triptolemus: de quo huiusmodi fabulam refert Lactantius. Ceres qum Proserpinam filiam quæreret: uenit ad Eleusinum regem: cuius uxor Iona puerum peperit Triptolemū: seq; nutricem simulabat. Hanc regina libens nutricem filio suo recepit: datq; ei nutriendum. Ceres dum alumnum suum uellet immortalem reddere: interdum lacte diuino nutriebat: noctu clam igne eum obruebat. Itaq; præterq̄ soliti erant mortales crescebat. Qum hoc pater miraretur: nocturno tempore obseruauit: & qum Ceres puerum igni obrueret: pater exclamauit: illa irata Eleusinū exanimauit: ac Triptolemo alūno

ſuo æternum beneficium contulit. Nam fruges ei propagandas: & currum draconibus iunctum tradidit: quibus ille uictor orbem terrarum frugibus obſeuit: poſteaq̃ domũ rediit: Cepheus rex eum tanq̃ æmulus interficere conatus eſt. Sed re cognita iuſſu Cereris Triptolemo regnum tradidit: ibiq; oppidum conſtituit: quod ex patris ſui nomine Eleuſinum appellauit. Cereri ſacra primus inſtituit: quæ Theſmophoria græce appellantur. Fabulam etiam habes apud Ouidium in met. & in quarto faſtorum. De Triptolemo nonnulla etiam Higinus. Is eum ſcribit primum omnium rota uſum: ne curſu moraret: eumq; a draconibus ductũ. Dracones medeæ. Medea poſt Peliæ necẽ fraude interempti iunctis currui draconibus aufugit dicente Ouidio in met. Quæ niſi pennatis ſerpentibus iſſet in auras Non exempta foret pœnæ: Inde (ut ſcribit Diodorus) Corinthũ peruenit ad maritum Iaſonem: qui illi ætate paulatim decorẽ formæ auferente: Glaucæ Creontis regis filiæ amore captus: eam duxit uxorem: Medeam uero urbe expulit: Illa qum a receſſu diem unum petiiſſet: noctu regiã ingreſſa: eã certis medicamentis incendit. Glaucam: Creontemq; etiam igne abſumpſit: Ide poſtea Athenas puenit dicẽte Ouidio in met. Sed poſtq̃ colchis arſit noua nupta uenenis: Flagrantemq; domum regis male uidit: utroq; Sanguine natorum perfunditur impius enſis. Vltaq; ſe mater male Iaſonis effugit arma. Hinc titaniacis ablata draconibus intrat Palladias arces. Iactãdas pennas. Alas agitandas: & mouendas uolando. Siue tuas Perſeu. De alis Perſei: & Dædali abũde ſcriptum eſt qũ ab aliis tum in primis ab Ouidio ĩ met. So lum patriæ. Terram romanam. Quem ſenſiſti A quo exulaſti. Deum. Auguſtum. Eris ales. Vteris ea celeritate in redeundo: qua aues in uolãdo. Qum iam ſatiauerit iram. Qum iam iram poſuerit Auguſtus. Quod minus eſt. Quæ res eſt minoris momenti: q̃ reditũ concedere. Nec aquæ faciunt: Nec aquæ: aut alia elementa in Scythia mihi proſunt. Perpetuus lãguor. Aſſidua quædam debilitas. Seu uitiãt artus. Cauſas duas aſſignat ſui lãguoris. Siue inquit animi dolore ſiue aeris intemperie corpus uitiatur. In regiõe. In Scythia. Naꝫ cibi mutatio & aquæ potiſſimũ grauis eſſe ſolet: ut docet Ariſtoteles ĩ problemat. Aut certe quia aer regionis ponticæ ſua craſſitudine nec hieme tepeſcit: nec refrigeratur æſtate. Sol enim recedit per hiemem: accedit per æſtateꝫ: quæ cauſa eſt: ut illic intentius & æſtus & frigora fiant & ideo regio illa inſalubris etiam ſit his: qui locis illis non aſſueti ſint. Scribit Diodorus ita patriæ amorem quendam ingentem natura ſingulis innatum eſſe: ut hæ gẽtes ultro potius eã deligant uitam & incommoda: q̃ alio cogantur more uiuere. Aeris autem mali: iam conſuetudinem a teneris annis cœptam ſuperare affirmat. Vt tetigi pontum. Vt in ponticam regionẽ perueni. Vexant inſomnia. Agitant crebra & tumultuoſa inſomnia: quod ſignũ eſt aduerſæ ualitudinis: ut docet Cornelius Celſus. Scribit Ariſtoteles in problemat. eos qui deterius uel animo uel corpore ſunt affecti: deteriora ſomnia concipere. Quippe qum etiam affectio corporis faciat ad ſomnii uiſionem: hominis enim morbo laborantis: propoſita quoq; animi uitioſa ſunt: atq; etiam propter corporis perturbationem animus quieſcere nequit. Vtraq; pars æqua eſt. Tam mente: q̃ corpore pariter male ualeo. Binaq; damna fero. Patior damnum & mentis & corporis. Veluti ſpectabile corpus. Tanq̃ ſi eſſet corpus conſpicuum: & dignum ſpectatu. Oſtendit autem cauſas: quibus mens ſua dolore afficitur. Forma meæ fortunæ. Qualitas & deformitas illa meæ conditionis.

Eleuſinũ oppidũ Teſmophoria

Rota primũ uſus

Triptolemus

Medeæ fabula

Cur ĩ põto æſtus & frigora intẽtius fiant

Põtica regio nobiſ inſalubris

Cur tumultuoſa ſomnia mus

Nũc ego medeæ uellem frenare dracones
Quos habuit fugiens arce corinthe tua.
Nũc ego iactãdas optarem ſumere pennas
Siue tuas perſeu: dædale ſiue tuas.
Vt tenera noſtris cedente uolatibus aura
Aſpicerem patriæ dulce repente ſolum.
Deſertæq; domus uultus memoreſq; ſodales
Charaque præcipuæ coniugis ora meæ.
Stulte qd hæc fruſtra uotis puerilib9 optas?
Quæ nõ ulla tibi ferтque feretque dies?
Si ſemel optandũ eſt: auguſti numen adora.
Et quem ſenſiſti rite precare deum.
Ille tibi pennaſq; poteſt curruſque uolucres
Tradere: det reditũ protinus ales eris.
Si p̃cer hæc (neq; enĩ poſſum maiora p̃cari)
Ne mea ſint timeo uota modeſta parum.
Forſitã hoc olim: cũ iam ſatiauerit irã:
Tũc quoque ſollicita mente rogãdus erit.
Quod minus ĩterea ẽ iſtar mihi mũeris ãpli:
Ex his me iubeat quo libet ire locis.
Nec cœlũ: nec aq̃ faciũt: nec terra: nec auræ:
Hei mihi ppetuus corpora lãguor habet.
Seu uitiãt artus ægræ contagia mentis:
Siue mei cauſa eſt in regione mali.
Vt tetigi pontum uexãt inſomnia: uixque
Oſſa tegit macies: nec iuuat ora cibus.
Quique p autũnum percuſſis frigore primo
Eſt color in foliis quæ noua læſit hyems.
Is mea mẽbra tenet: nec uiribus alleuor ullis
Et nũquam queruli cauſa doloris abeſt.
Nec melius ualeo q̃ corpore mẽte ſed ægra ẽ
Vtraque pars æque: binaq; dãna fero.
Hæret & ãte oculos ueluti ſpectabile corpus
Aſtãs fortunæ forma uidenda meæ.

Cultus. Veſtitum. Sonoſq;. Et uerba. Tantus amor necis eſt. Subit mihi ardor quidam me' interficiendi. Quod non uindicet enſe. Quod nõ ferro me interficiẽdo ulciſcatur iniurias. Ciuiliter. Me legibus puniendo: non ui & armis. Noſtra fuga. Exilium meum.

In Nonam Elegiam Enarratio.

HIc quoq; ſunt urbes graiæ. Vrbes græcas Geticã orã ĩcoluiſſe docet: ab hiſq; ẽt Tomitanæ urbi nomẽ fuiſſe ĩpoſitũ oñdit. Hic quoq;. Hic ẽt ĩ getica ora: ut ĩ aliis ẽt regiõib⁹. Inhumanæ barbariæ. Inhumãæ gẽtis geticæ.

Huc quoq; mileto. Huc. i. Tomõ: quo intelligẽdũ ẽ Ouidiũ ſignificare magis coloniam Mileſiam ueniſſe: q̃ generaliter in geticam regionem: aut Iſtropolim ſolum: ut antea dixim⁹ Eſt autem ſenſus. Mileſii Tomon quoq; tenuere: quemadmodum etiam Iſtropolim: aut quemadmodum aliæ quoq; græciæ coloniæ littus' geticũ tenuere. Fuit autem Miletus urbs quõdam Ioniæ totius belli paciſq; artibus princeps a Mileto appellata. Ouidius libro nono met. Spõte fugis milete tua celeriq; carina Aegeas metiris aquas: & in aſide terra Mœnia conſtituis. Sane Miletus lanæ pſtantia nobilis fuit. Vnde a Marone Mileſia uellera appellantur: nõ a colore: ut Seruius & alii eũ ſecuti falſo opinati ſunt. Martialis. Nec Miletus erat uellere digna tuo. Et Oratius in epiſtolis. Alter Mileti textã cane pei⁹ & angue Vitabit chlamydem. Cicero in Verrem. Quid a Mileſiis lanæ ſuſtulerit. Et Plynius libro octauo ſcribit tertium lanæ locũ Mileſias oues optinere. Sed uetus huic nomen. Hic aperte ſignificat Tomon locum a cæde Abſyrti nominatum: ubi poſtea urbem condidere Mileſii ſeruato priori nomine loci. Superius n. dixerat. Huc quoq; Mileto: hic uero ut potius Tomon q̃ Iſtropolim: aut aliã getici littotis urbẽ oñdat. addidit huic loco. i. Tomo ipſi: ubi exulo. Declinat' aũt in ſingulari Tomos Tomi: uel Tomis: dr̃q; a græco τομοσ qđ ſignificat inciſio: ſectio. Nã Medea ſoror cũ Iaſone fugiẽs: ut ſequẽtis pr̃is fugã moraret' Abſyrtũ frẽm quẽ pr̃io Aegialeũ uocatũ putãt: ſz a flumine Abſyrtũ cognominatũ. Cicero libro tertio de natura deor. Quid Medeæ Abſyrto fratri reſpondebis? qui eſt apud Pacuuiũ Aegialeus: ſed illud nomẽ ueter. lr̃is uſitatius: hiſtoriã pcurrit Iuſtinus libro xlii. Vetus nomen. Tomos. n. locus ille ante: q̃ urbs conderetur: appellatus fuit. Poſitaq; antiquius urbe. Vide qũo poeta docet locũ prius appellatũ fuiſſe Tomon. Inde ibi urbẽ a Mileſiis conditã. Sunt q ita legant. Poſitũ q; antiqus urbi: qđ non placet. Cæde abſyrti. Propter abſyrti mortẽ. Quæ cura pugnacis facta mineruæ. Quæ argo nauis facta cura & tutela Palladis armatæ: quã pictã habuit: aut ingeniose: curioſe: & perite factã intellige. Pallas. n. (ut diximus) pſtantio⁹ operũ dea eſt: uel certe q; eius ædificãdæ curã cepit Minerua. Nã Eſchylus & nonnulli dixere ab ea dea quãdã materiã loquentẽ pagaſis eẽ coniunctam: pugnacẽ aũt Mineruã appellauit: qm̃ ea belli dea eſt. Sane argo (ut ſcribit Diodorus) dicta fuit: uel ab Argo eius nauis architecto: qui etiam inter nauigandum eius reſarciendæ curam ceperat: uel a uelocitate quam antiqui Argon appellabãt. Higinus etiam docet eam Argo a celeritate græce appellatam: uel ab Argo eius inuentore. Facta fuit ex Orno arbore: ut ſcripſit Alexander Cornelius. Ea ſimilis arbori ferenti uiſcum: nec aqua nec igni corrumpi poteſt. Pindarus ſcripſit hanc nauem factam in Magneſia oppido: cui Demetriæ nomen fuit. Callimachus autem in iiſdem finibus ad Apollinis Actii templum: qđ argonautæ proficiſcentes ſtatuiſſe exiſtimantur in eo loco: qui Pagaſe uocatur ideo q; nauis argo ibi primum compacta dicitur: quod eſt græce Pagaſe: unde a poetis Pagaſea appellatur. Homerus hunc eundem locum in Theſſaliæ finibus eſſe demonſtrat. Diodorus & Homerus ſcribunt eam ſub Pelio monte fuiſſe ædificatam. Sed qum Iaſon rediret ad Iſthmum pelopõneſi nauigans cum argonautis ſacra fecit Neptũo eiq; nauẽ dedicauit. His uadis. Getico littori. Quẽ. Pr̃em Medeæ. Ab alto tumulo. Ab alto colle getici littoris. Speculator. Aliquis ex argonautis: uel ex ĩdigenis ſcythis: qui collẽ aſcenderat, pſpectur⁹ an eos qui rapto aureo uellere aufugerãt: ex Colchide aliq; inſequerent. Ait. Ipſe ſpeculator dixit. Hoſpes. Peregrinus, ex argonautis: uel o hoſpes: hoc eſt o Iaſon: ut ſit ordo. Speculator ut procul uidit: quẽ ab alto tumulo ait: o hoſpes noſco colchica uela. Venit. ſ. ipſe Medeæ pater. Noſco colchica uela. Cognoſco inquit uela huius: qui uenit ex Colchide. Sũt qui legant. Hoſpes ait noſco colchide uela dari: ut ſit ſenſus. Poſtq; ſpeculator ab alto colle uidit longe uenientẽ Medeæ patrẽ Iaſoni peregrino dixit ſe noſſe ex Colchide ad geticũ littus nauẽ peruenire: ut intelligamus ſpeculatorẽ illũ fuiſſe aliquem ex indigenis getis.

Cũq; locos moreſq; hoium: cultuſq; ſonoſq;
Cernimus: & qđ ſim: qđ fuerimq; ſubit.
Tãtus amor necis ẽ: querar ut cũ cæſaris ira.
Quod nõ offenſas uindicet enſe ſuas.
At quoniã ſemel eſt odio ciuiliter uſus:
Mutato leuior ſit fuga noſtra loco.
Ic quoq; ſũt urbes graiæ (qs credet pos
Inter ĩhumanæ nomia barbariæ. (ſet)
Huc quoq; mileto miſſi uenere coloni.
Inque getis graias cõſtituere domos.
Sed uetus huic nomen poſitaq; antiqus urbe
Cõſtat & abſyrti cæde fuiſſe loco.
Nã rate: quæ cura pugnacis facta mineruæ
Per nõ tentatas prima cucurrit aquas.
Impia deſertũ fugiens medea parentem
Dicitur his remos applicuiſſe uadis.
Quẽ pcul ut uidit tumulo ſpeculator ab alto
Hoſpes ait: noſcó colchica uela: uenit.

Miletus

Mileſia uellera

Seruii error

Tomos

Tomi nominis origo

Aegialeuſ uel Abſyrtus

Argo palladia

Argo uñ appellata

Vbi argo ædificata

Pagaſe

Pagaſea nauis

Dum trepidant Minyæ. Minyæ argonautæ appellati fuere a Minyarum familia: quæ olim Orchemo non tenuit in bœtia: quam urbẽ Minyeiam uocauit Homerus a Minyarum natione: quæ postea in Thessalia migrauit ad Iolcum: unde Argonautæ sunt oriundi. Soluitur aggere. Soluit' e getico littore. Colchis conscia meritorum. Medea conscia sceleris: quod in patrem admiserat. Merita autem ironice pro sceleribus accipe: aut certe merita intelligit beneficia: quæ in Iasonem contulit. Ea siquidem Argonautas ad templum Martis deduxit longe ab urbe Sybari colchorꝝ regia stadiis. lxx. ubi pellis illa aurea a poetis decantata seruabatur: accedentem ad fores tẽpli Medeaꝝ appellati taurica lingua ab ea milites apertis ianuis: ut regis filiam introduxerunt. Argonautæ templuꝝ simul ingressi: eductis ensibus cũ plures e barbaris occidissẽt: aliis improuisa re territis, dissugientibusq; erepta aurea pelle: e uestigio ad nauem reuersi sunt. Medea draconem pellis custodẽ incubãtem: semperq; (ut fabulæ ferunt) uigilem: ueneno perimens: una cum Iasone mare conscendit: re ab iis: qui diffugere: Aeetæ nunciata asserũt eum cum iis: qui in promptu erant: militibꝰ græcos insecutum: plures iuxta littus comperisse: ubi pugna commissa rex a Meleagro occisus superantibꝰ græcis reliqui colchorum in fugam uersi magna ex parte interiere. Iason tamẽ aliiq; multi uulnerati sunt: quos diebus paucis Medea radicibus herbisq; curauit. Hæc Diodorus. Medea quoq; apud Ouidium libro. vii. met. hæc ait. Seruabere munere nostro Seruatus promissa dato. Manu ausa atq; ausura multa nephanda. Hic Ouidius Medeam dicit multa scelera ausam fuisse amore id impellente. Nam & in met. ostendit eam adeo amore Iasonis exarsisse: ut tandem eum parenti p̃ posuerit: & ausuram in posterum dicit: quia frẽm primo: deinde eius ex Iasone liberos occidit. Sane Aeeta rex in Colcho regnauit ut tradit Diodorus genuitq; ex uxore Hecate tres liberos: Circen: Medeam: & Aegialeum. Medeã autem tradunt tum a matre Hecate: tum a sorore Circe singula uenefi-cia edoctam diuersis moribꝰ uixisse. Nam & hospites eripiebat a uitæ discrimine: & sæpe apud patrem precibus & gratia pro damnatorum salute intercedebat: quandoq; ipsa inet ex custodia captos dimittens: Aeetam ferunt tum sua natura: tum uxoris suasu crudelem necandorum hospitum consuetudinẽ seruasse. Medeam uero qum magis in dies esset parẽtum aduersa crudelitati: ab Aeeta ob filiæ timorem in liberam custodiam destinatam: illa ad solis templum: quod in littore erat situm confugit: quo tempore Argonautæ a Taurica in Pontum noctu delati peruenere. Ibi Medeam iuxta littus ambulantem qum inuenissent: ab ea de hospitum cæde edocti: uirginis humanitatem collaudarunt. Deinde aduentus sui cã palã facta illa ĩminens a patre periculũ crudelitatẽq; in hospites ut cauerent admonuit: cõicato consilio Medea se adiutricẽ ad perficiendũ certamen propositũ pollicita est. Iason iureiurando data fide uxorem sibi illam quoad uiueret futuram spopondit. Tum argonautæ cum Medea ad uellus aureum profecti sunt: Illud sciendum Aeetam patrem Medeæ solis: & perseidos nymphæ filium: ut in Theogonia Hesiodus scribit p̃ æ diphthongon in prima: sequente e: non autem per o & e separatis ut quidam scripsere: Oeta uero pro monte: in quo sepultus fuit Hercules per œ diphthongon scribitur: nec t aspirationem habet: græce enim dicitur oiτh. Pallor. Propter timorem instantis patris: Cur autem timentes palleant: docet Macrobius his uerbis: Natura qum quid de extrinsecus contingentibus metuit: in altum tota demergitur: sicut nos quoq; qum timemus latebras: & loca nos occulentia quærimus: ergo tota descendens ut lateat trahit secum sanguinem: quo uelut curru semper uehitur: hoc demerso humor dilutior cuti remanet: & inde palescit: ideo etiam timentes tremunt: quia uirtus animæ introrsum fugiens: neruos relinquit: quibus tenebatur fortitudo membrorum: & inde timoris saltu agitantur. Attonitæ uirginis. Medeæ perterritæ. Ad fratrem. Ad Aegialeum. Vicimus. Euasimus patrem instantem. Ignari. Nescientis uel le Medeam se interficere. Latus innocuũ. Latus Aegialei innocentis. Diuellit. Lacerat. Per agros Per geticum littus. Neu pater ignoret. Vt pater sciat filium interemptum: & per agros ita discerptum. Luctuq; nouo. Et recenti fletu ex morte filii. Artus extinctos. Membra filii perempti. Triste iter. Iter illud sibi tristitiam allaturum.

Minyæ

Medeæ ĩ Iasonẽ beneficia

Vellus aureũ ereptũ

Aeeta Oeta

Cur timẽtes pallent ac tremũt

Aeetæ regis liberi Medea

Dũ trepidãt minyæ: dũ soluit' aggere funis:
Dũ seqtur celeres anchora tracta mãus.
Cõscia peussit meritorum pectora colchis
Ausa atq; ausura multa nefanda manu.
Et quanquã superest' ingẽs audacia menti:
Pallor in attonitæ uirginis ore fuit.
Ergo ubi prospexit uenientia uela: tenemur
Et pater est aliqua fraude morandus ait.
Dũ qd agat quærit: dũ uersat in oia uultus:
Ad fratrem casu lumina flexa tulit.
Cuius ut oblata est præsentia: uicimus inqt:
Hic mihi morte sua causa saluis erit.
Protinus ignari nec quicquã tale timentis
Innocuũ rigido perforat ense latus.
Atq; ita diuellit: diuulsaq; mẽbra per agros
Dissipat in multis inuenienda locis.
Neu pater ignoret scopulo ꝓponit in alto:
Pallentesq; manus: sanguineumq; caput.
Vt genitor luctuq; nouo tardetur: & artus
Dum legit extinctos triste retardet iter.
Inde tomos dictus locus hic: qa fertur in illo
Membra soror fratris consecuisse sui.

In Decimam Elegiam Enarratio.

SI quis adhuc iſtic. Exilii ſui incommoda deſcribit poeta: ſed inter cætera tãta uim frigoris eſſe aſſerit: ut flumina: & maria: atq; in his etiam piſces congelentur: & eo tempore Scythæ hoſtes qui equitatu & ſagittis plurimum pollent: iſtrum tranſeant: eaq; loca depopulentur: ac homines captiuos ducãt: quæ uero nequeunt abducere: ferro & igni deſtruunt. hinc fit ut agros incultos deſerant eo timore: quos uitibus: pomis: arboribus denicq; carere dicit. Colligit ergo poeta miſerrimum ſe eſſe: q; unus hic orbis locus ex tot ad eius ſupplicium ſibi aſſignatus fuerit. Iſtic. Romæ.

Naſonis adempti. Ouidii in exilium miſſi.

Sine me. Sine meo corpore. In urbe. In Romana ciuitate. Nunq; tangẽtibus æquor. Septẽtrionem deſignat. Scribit enim Higinus effigiem urſæ ſtellis figuratam non occidere. Negant inqt oceani uxorem id recipere: qum reliqua ſydera eo perueniant in occaſum: q; Tethys Iunonis ſit nutrix: cui Caliſto ſuccubuerat ut pellex. Idem etiam docet Ouidius libro ſecundo met. Ideo autem re uera non occidit: quia qum ſuper nos ſit polus arcticus: ſemper a nobis uidetur: ſic Maro Arctos oceani metuẽtes æquore tingi. Sauromatæ cĩgunt fera gens. Plynius ſcribit pontico littori uarias gentes appoſitas: alias Getas Dacos a romanis dictos: alias Sarmatas a græcis Sauromatas. Strabo quoq; ſupra iacens regio inquit uniuerſa inter Boryſthenem & Iſtrum prima eſt getarum ſolitudo: poſtea Tyrrhegetæ: poſt quos Sarmatæ cognomento iazyges: & qui Baſilei dicuntur & Vrgi: e quibus pars maxima nomadibus. i. paſtoribus conſtat: pauci agrorum colẽdorum ſtudio tenentur. Hos utrãq; Iſtri ripã incolere ſæpe tradit. De Sauromatis antea plura diximus. Beſſiq;. Beſſi populi fuere Thraciæ finitimi. Tranquillus in Auguſto. Nanq; Beſſis ac Thracibus magno prælio fuſis. Plynius eos thraciæ populos fuiſſe ſcribit his uerbis. Amnem Strymonem accolunt dextro latere Dentheletæ: & Medi Byſaltas uſq; ſupradictos leuo oligeri: Beſſorumq; multa nomina ad Neſtum amnem Pangei montis ima ambientem inter heletos. Strabo libro ſeptimo ſcribit Beſſos magna ex pte mõtẽ Emum incolere: & propter latrocinia latrones uocitari. Emus autem a Nauloco Meſembrianorum caſtello uſq; mare ꝓgrediebat. Euſebius de tpibus. M. Lucullũ de Beſſis triũphaſſe ſcribit. Getæq;. De Getis alibi dictũ eſt. Quæ nõ ingenio. Legit ẽt: Quã nõ ingenio. Dũ tñ aura tepet. Dũ abeſt frigus. Deſignat aũt æſtatẽ. Defendimur. Arcemur a ſolis calore. Medio Iſtro. Medio inter calorẽ & frigus: uel inter Tomitanã urbẽ & Sauromatas ac cæteros populos. Scribit Dionyſi⁹ Iſtr⁹ Germanos primũ plãbere: deinde Sarmatas ſecare: tũ uero Getas & Baſternas inundare: qui ad Oceanũ ſũt uerſi: Dacibus facultatẽ adaugere: neq; minus ad Alanos: & Tauros ꝓterfluere & oĩbus nauigandi per cõtinentem facultatẽ ꝓſtare. Liqdus. Nõ gelu aſtrictus. Bella. Vel bella re uera: quia hoſtes nõ poſſunt aquã tranare: uel caloris uim & æſtus bella appellat. Superior ſnĩa magis placet: nam inferius docet hoſtes aſtricto Iſtro frigore tomitanos infeſtare. Gelu marmoreo. Gelu duro & cãdido quale eſt marmor. Tũ patet & boreas. Tũ manifeſtũ eſt. Has gentes. Hos ſeptẽtrionales populos. Axe tremẽte. Axe nutãte nimio uẽto uel fulguribus. Scribit ãt Strabo uniuerſũ aqlonarẽ tractũ hiemes hre aſperas uſq; ad uicina mari: q; inter Boryſthenẽ & Mæotidis paludis oſtiũ iacẽt: ſicuti uehemẽtes ibidẽ æſtus effici: aut forte quia inſueta ſunt corpora: aut quia per id tps nullæ ſpirãt auræ: aut qa aeris craſſitudo plus caloris cõcipit: quemadmodũ in nebulis ſolis agunt radii. De Scythia ita ẽt ſcribit Maro in tertio Georgicoꝝ. At nõ qua ſcythiæ gẽtes mæoticaq; unda: Turbidus & torquẽs flauẽtes iſter harenas: Quaq; redit mediũ rhodope porrecta ſub axem. Illic clauſa tenẽt ſtabulis armẽta: neq; ullæ Aut herbæ cãpo apparẽt: aut arbore frondes. Sed iacet aggerib⁹ niueis informis: & alto Terra gelu latẽ: ſeptẽq; aſſurgit in ulnas. Sẽper hiems: ſemp ſpirantes fulgura cauri. Vbi deliqt. Quãdo liquefacta eſt a Deliquo uerbo. Bima. Nix duoꝝ annoꝝ. Tectaq; rapta ferat. Quod hic ſcribit Ouidi⁹ minime ĩcredibile uideri debet. Nã & Diodorus ſcribit in ſeptẽtrionali galatiæ parte: quã baſternas Iſtro ꝓximos dixim⁹ coluiſſe tãta ui ĩpetuq; ꝓflare uẽtos: ut lapides q̃tos man⁹ poſſit cõtinere a terra rapiat: ac ueluti harenæ lapilloꝝ aceruos haud paruos cumulet. Eſt ut ali quando ab hoĩbus arma ac ueſtes: quandoq; ſeſſorem ui ab equo auferat: deniq; tanta eſt aeris frigiditas: ut neq; uinum ea regio: neq; oleum producat.

Arctos non occidit

Cur arctos non occidit

Sarmatæ Sauromatæ

Beſſi

De Iſtro

Frigora Scythiæ

Curi ſcythia magni ſunt æſtus

Ventorũ uis

Iqs adhuc iſtic meminit naſonis adẽpti
Et ſupeſt ſine me nomẽ in urbe meum.
Suppoſitũ ſtellis nunq; tãgentibus æquor
Me ſciat in media uiuere barbaria.
Sauromatæ cingũt fera gens: beſſiq; getæq;:
Q uæ nõ ingenio nomina digna meo.
Dũ tñ aura tepet: medio defendimur iſtro.
Ille ſuis liquidus bella repellit aquis.
At cũ triſtis hyems ſquallẽtia protulit ora:
Terraq; marmoreo eſt cãdida facta gelu.
Tũ patet & boreas: & nix iactata ſub arcto:
Tũ patet has gentes axe tremente premi.
Nix iacet & iactã nõ ſol pluuiæq; reſoluunt.
Indurat boreas perpetuamq; facit.
Ergo ubi delicuit nõdum prior: altera uenit:
Et ſolet in multis bima iacere locis.
Tãtaque cõmoti uis ẽ aquilonis: ut altas
Aequet humo turres tectaq; rapta ferat.

Pellibus. Rhenonibus: ita enim uestes uocantur autore Seruio. Vergilius. Et pecudum fuluis uelantur corpora setis. Iustinus etiã libro. ii. docet. Scythas uti pellibus tñ ferinis ac murinis. Seneca quoq; libro xiiii. epistolaꝝ ita scribit. Magna Scythaꝝ pars terga uulpiũ ac muriũ induit: q̃ tactu mollia & impenetrabilia uẽtis sunt. Brachis hirsutis. Scribit Diodor⁹ Galatas ad septẽtrionẽ sitos uestes ad terrorẽ intõsas: ac coloris uarii ferre: quas illi uocãt brachas. Lucan⁹. Et qui te lassis imitant' sarmata brachis. Higin⁹ quoq; eos qui ꝓxime sunt arctico fini brachis uti scribit. Rhenones

Brachæ

Pellibus hirsutis arcẽt mala frigora brachis.
Oraque de toto corpore sola patent.
Sæpe sonãt moti glacie pendente capilli.
Et nitet inducto candida barba gelu.
Nudaq; consistunt formam seruantia testæ
Vina: nec hausta meri sed data frusta bi-
Quid loq̃r ut cũcti cõcrescãt frigor riui: bũt
Deq; lacu fragiles effodiantur aquæ?
Ipse papyrifero qui non angustior amne
Miscetur uasto multa per ora freto.
Ceruleos uentis latices durantibus ister
Cõgelat & tectis in mare serpit aquis.
Quaq; rates ierãt: pedibus nũc itur: & ũdas
Frigore concretas ungula pulsat equi.
Perq; nouos pontes subter labentibus undis
Ducũt sarmatici barbara plaustra boues.
Vix eqdem credar: sed cum sint præmia falsi
Nulla: ratã debet testis habere fidem.

Seruii error

Testa

Papyrus ægyptia

Istri magnitudo

Ister. lx. amnes ĩ se recipit

Istri ortus

Danubi⁹ Iſter

Mala frigora. Frigora nocẽtia. Sæpe sonãt moti. Aemulatio hæc tota est Vergiliana. Ille. n. ita inquit. Stiriaq; impexis iduruit horrida barbis. Seruius⁹ eo in loco barbas pecudũ accipit: qũ Maro de hoiuꝝ barba intellexerit: ut hic apte docet Ouidius. Nudaq; cõsistũt. Vina quoq; nimio frigore gelata uase fracto formã ei⁹ retinẽt. Maro ea securibus cædi scribit: qũ ait: Cædũtq; securib⁹ humida uina. Nec hausta meri. Nec uinũ hauriũt sed frusta cõcreta educũt. Formã testæ. Formam uasis. Testa aũt significat opus figulũ: seu uas argillatiũ a tostu dicta: ubi prius uina seruabant: postea circa alpes ligneis uasis condi: circulisq; cingi cœpta sunt. Vt cũcti riui. Qualiter riui oẽs. Cõcrescãt frigore. Frigore cõgelent. Vergilius. Cõcrescũt subitæ currẽti in flumĩe crustæ. Fragiles aq̃ Frusta aq̃ cõgelatæ. Papyrifero amne. Nilo papyꝝ ferẽte. Sic & Apuleius Papyꝝ ægyptiã appellat. Plynius ẽt docet Papyruꝝ nasci in palustribus ægypti: aut qescẽtib⁹ nili aqs: ubi euagatæ stagnãt. Istrũ aũt Ouidius uident sentire nihilo angustiorẽ eẽ Nilo. Gelius tñ scribit Oĩum fluminũ qua fuit romanũ imperiũ maximũ esse Nilũ: ꝓxima magnitudine eẽ Istꝝ scripsit Salustius. Varro aũt qũ de Europa dissereret: in primis tribus ei⁹ terræ fluminibus Rhodanũ eẽ ponit: per q̃d uident facere cum Istro æmulum. Is enim in Europa etiam fluit. Ixq;. amnes in se recipit: ut Solinus scribit. Strabo libro. vii. scribit Istrum cunctos Europæ fluuios superare. Ibi de eo flumine plura legito. Diodorus quoq; ita ĩquit. Qum plures magniq; fluuii per Galatiam uario cursu fluant: hi ex profundis stagnis: hi ex mõtibus partim in oceanũ: alii in nostrũ mare decurrũt. Eoꝝ qui in nostrũ mare labunt' maxim⁹ cẽset' Eridanus: qui in alpibus fontes habens q̃q; ostiis descẽdit in mare. Qui uero in oceanũ defluunt: maximi⁹ habent' Danubius ac Rhenus: quẽ diebus nr̃is. C. Cæsar pontibus miro modo iunxit: pedestribusq; traductis copiis galatas ultra rhenũ habitãtes in potestatẽ redegit: plures alii nauiũ capaces fluuii existũt in celtica: sed hi oẽs fere hieme cõgelati secuꝝ trãsitũ iniectis desuper ne labant' paleis euntibus ꝑbent. Multa per ora. Septẽ. n. ostiis pontum influit. Vasto freto. Magno æstu. Ceruleos latices. Aquas fluentes: & cerulas. Vẽtis durantibus. Ventis astringẽtibus: & congelãtibus. Tectis aquis. aqs coopertis ipsa glacie. In mare. In pontũ Euxinũ. Oritur. n. Ister (ut Strabo docet) ab extremis germaniæ partibus ab occasu prope sinum adriaticum procul ab illo stad. circiter mille. Finitur autem in põto nõ longe admodum a Tyre: ac borysthenis erupti onibus paululum in septentrionem uergens. Superiores autẽ fluminis partes uersus fontes usq; ad præcipites eius decursus: quos Cataractas nominãt: Danubium uocãt: quæ maxime p dacoꝝ agrum delabunt': alias uero inferiores usq; in pontũ per getas Istrũ uocãt: Cæterũ idẽ Dacorum: & getaꝝ sermo est: Græcis uero Gætæ notiores fuere: quia frequẽtius ad utrãq; Istri ripam migrabant. Vndas frigore cõcretas. Vndas frigore congelatas: diximus enim supra ex Strabonis sentẽtia aquilonarem tractũ uniuersum hiemes habere aspas usq; ad uicina mari loca: q̃ iter borysthenẽ: & Mæotidis paludis ostiũ iacent: sic etiã Vergilius. Concrescunt subitæ currẽti in flumine crustæ. Vngula pulsat eq. In ore paludis Mæoticæ ab Istro nõ nimiũ longe distãte: Strabo ẽ autor tãtã uim glaciei eẽ: ut quo in loco missus a Mithridate ĩpatore equestri pugna barbaros in glacie⁹ hieme supauerit: illos eosdẽ nauali prælio soluto: per æstatẽ uicerit. Per nouos pontes. Pontes nouos appellat glaciem sub q̃a currit Ister ĩ pontum. Barbara plaustra. Plaustra scythaꝝ: id etiam docet Maro qum inquit. Vndaq; iam tergo ferratos sustinet orbes Puppibus illa prius patulis nunc hospita plaustris. Scribit Diodorus: loca illa ad arctum sita frigida esse: ut quæ hiemis tempore pro aqua niuibus oppleta existat: glaciem quoq; ĩmensam adeo patriam occupare: ut flumina congelata sint peruia transeuntibus non solum paucis: sed exercitibus quoq; cum curribus & impedimentis. Vix equidem credar. Vix profecto huic rei quam dicturus sum fides adhibebitur. Sed qum sint præmia falsi Nulla. Sed qum nullum præmium cõsequar si mentitus fuero. Ratam fidem. Fidem firmam. Testis. Seipsum Ouidius testem appellat.

Glacies meotica

Pisces in glacie meotica

Gãgama

Glacie cõsistere. Glacie concretum esse. Hoc etiam affirmat Strabo scribens in ore paludis Mæoticæ tã tam uim glaciei esse: ut æreæ scindantur hydriæ. Ita enim inquit. Aereæ scinduntur hydriæ: quæ uero ĩtra sunt: congelantur. Quid de ipsius gelu uehemẽtia? quid de aliis ad Mæotidis ora prouenientibus? alueus nanq; e Panticapeo ad Phanagoram plaustris deambulatur: adeo ut cœnum uia tota fiat: destituti uero in glacie pisces ligonibus effodiuntur ad Gãgamã: sic enim locum appellant: præcipueq; Antacei delphinibus magnitudine pares. Memoria quidem proditum est. Neoptolemum Mithridatis ducem eodem in cursu æstate quidem nauali pugna barbaros: hieme autem equestri prælio superasse. Scribit Dionysius Mæotidem paludem ĩ superiore Asiæ parte intra quam Tanais labitur: multoq; prius iflatus borea immensam illius glaciem conuehere: in fœliceſq; illos facere qui ea incolunt loca. Diodorus quoq; de frigore horum locorum nimirũ intellexit: qum ita inquit. Aliquibus in regionibus adeo maxĩa frigorib⁹ cõgelant flumĩa: ut curr⁹ & exercitus super immobilem glaciem transeant: cõgelantur etiam uinum: reliquaq; humida adeo ut gladio abscindantur: qdq; his est mirabilius & extremitates uestium quas homines ferãt: frigore attritæ decidunt: offuscantur oculi. Ignis splendorẽ non reddit: æreæ statuæ disrumpuntur. De piscibus Mæotidis. Iuuenalis. Neq; enim minor hæserat illis: Quos operit glacies mæotica: ruptaq; tãdẽ Solibus effundit torpentis ad ostia Ponti Desidia tardos & longo frigore pigros. Lubrica testa. Lapis coctilis: qui facile labebat per mare concretum. Sunt qui legãt lubrica crusta nõ testa hoc est gelu lubricum: in quo quis facile labit: ut apd Maronẽ. Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ. Vidisse. Conspexisse aquã ita cõgelatã.

Vídimus ingentem glacie cõsístere põtũ:
Lubricaq; immotas testa pmebat aquas.
Nec uidísse sat est durũ calcauímus æquor.
Vndaque nõ udo sub pede summa fuit.
Sí tibi tale fretũ quondam leandre fuísset:
Nõ foret angustæ mors tua crimẽ aquæ.
Tũ neq; se pãdi possunt delphines in auras
Tollere: conãtes dura coercet hyems.
Et quãq; boreas iactatis ínsonet alís:
Fluctus in obsesso gurgite nullus erit.
Inclusæq; gelu stabũt: ut marmore puppes.
Nec poterit rígidas scindere remus aquas.
Vidímus in glacie pisces hærere ligatos:
Sed pars ex illís tum quoq; uiua fuit.
Siue igitur nimii boreæ uis sæua marinas:
Siue redũdatas flumine cogit aquas.
Protinus æquato síccís aquilonibus ístro
Inuehítur celeri barbarus hostís equo.
Hostís equo pollens: longeque uolãte sagitta
Vícinã late depopulatur humum.
Diffugiũt alii: nullíq; tuentibus agros
Incustoditæ dirripiuntur opes.
Ruris opes paruæ pecq; & stridẽtia plaustra
Et quas diuitías incola pauper habet.
Pars igit uinctís post tergum capta lacertis
Respicient frustra rura laremque suum.

Leãdri & Herus fabula

Durũ æquor. Mare cõgelatũ. Sub pede nõ udo Sub pede nõ madefacto. Gelu. n. illic erat: ubi primũ unda fuit. Si tibi tale fretũ. Leãder Abydenus & Hero Sestias mutuo se amarũt. Sed Leander ad Hero noctu ire consueuerat per fretũ hellespõticũ: qd Sestõ & Abydon ciuitates interfluit: qũ igitur iuuenis oppressi tẽpestate cadauer ad puellã delatũ fuisset: illa pcipitauit se de turri: ut docet Seruius. Leãdri amorẽ: suppresso tñ noĩe tangit Vergilius in tertio georgicoꝝ: sed pleni⁹ Ouidi⁹ in epistolis.

Hellespõti latitudo ac lõgitudo

Bosphorus prĩo postea hellespontus

Abydos

Sestos

Vẽti alati

Aquilo siccus & saluberrimus

Sauromate eqtatu pollent

Galatæ

Tale fretũ. Mare ita cõgelatũ. Angustæ aquæ Hellespõtũ designat: cuius angustiæ in latitudinẽ (autore Herodoto) sunt stadioꝝ septẽ: in longitudinẽ uero. cccc. portenduntur. Scribit Seruius Io transisse per mare angustum: quod ab ea bosphorõ appellatum: postea Hellespontum nominari cœptũ esse. Abydos aũt a Milesiis in Asia cõdita fuit: cui Sestos in Europa urbs opposita fuit Herus patria. Pandi delphines. Recurui: & cõuexi delphines. In auras tollere. Nã delphini (autore Plynio) tãta ui exiliũt: ut plærũq; uela nauiũ trãsuolẽt uẽto. Dira hiems. Duꝝ gelu: aut aspeꝝ frig⁹. Iactatis alis. Vẽti. n. a poetis fingunt eẽ alati. Ouidi⁹ ĩ met. Hæc boreas aut his nõ inferiora secut⁹ Excussit pẽnas. In obsesso gurgite. In mari cõgelato. Vt marmore. Tãq; marmore inclusæ. Siue igit nimii. Siue mare inqt: siue flumẽ cõgelat: ptin⁹ depdant hostes uicinũ agrũ. Siue redũdatas. Ordo est. Siue uis sæua boreæ cogit flumine. i. cõgelat in ipso flumine aquas redũdatas hoc est copiosas: & abundãtes: uel certe aquas redũdatas flumĩe. i. collectas aquas ĩ ipo flumĩe. Aequato Istro. Istro ita abstricto: ut siccitati boreæ par sit. Siccis aqlõib⁹. Aqlo niualis ẽ. Siccior tñ oĩb⁹ uẽtis: q a meridie & oriẽte flãt. Oĩum uero uẽtoꝝ saluberrim⁹: ut Plynius docet. Hostis equo pollẽs. Sauromatas arbitror designar Ouidiũ: siqdẽ Plutarch⁹ ĩ Paulo Aemilio scribit eos circa Istrũ ĩcolẽtes gẽtẽ fuisse pugnacẽ: & eqtatu maxĩe ualẽtẽ: quos & Galatas appellarunt. Scribit Strabo regionẽ uniuersã inter Borysthenẽ & Istrũ maxĩa ex pte incolere Nomades. i. pastores: eosq; uti tẽtoriis cẽtonũ instar pilo cõtextis plaustris uitã degẽtes: circũq; tẽtoria pecora comitãt: a qbus uictũ captãt & alũt lacte: caseo: carne: pascua uero sectãt loca sp herbosa pmutãtes. Vtũt ãt galeis ex crudis boũ coriis: thoraciis & scutis ad pcutiẽdũq; lãceas hñt arc⁹q; & gladios. Ruris opes puæ. Opes q̃s eripi dixit enũerat Et q̃s diuitias. Rapiũt ĩqt hostes finitimi Istꝝ trãseũtes cõgelatũ eas opes q̃s solẽt ĩcolæ paupes possider.

Pars cadit hamatis misere confixa sagittis.
Nã uolucri ferro tinctile uirus inest.
Quæ nequeũt secũ ferre aut abducere pdũt:
Et cremat insontes hostica turba casas.
Tũ quoq; cũ pax est: trepidãt formidine belli:
Nec qsquã presso uomere sulcat humũ.
Aut uidet aut metuit loc⁹ hic quẽ nõ uidet ho
Cessat iers rigido terra relicta situ. (stẽ:
Nõ hic pãpinea dulcis latet uua sub umbra:
Nec cumulant altos feruida musta lacus.
Poma negat regio: nec haberet acõtius i quo
Scriberet hic dominæ uerba legenda suæ.
Aspiceres nudos sine frõde sine arbor cãpos:
Heu loca felici non adeunda uiro.
Ergo tã late pateat cum maximus orbis
Hæc est i pœnas terrã reperta meas.
I q es insultes q casibus improbe nostris
Meque reũ dempto fine cruẽtus agas
Natus es e scopulis. nutritus lacte ferino.
Et dicã silices pectus habere tuum.
Quis gradus ulterior: quo se tua porrigat ira
Restat: quid ue meis cernis abesse malis:
Barbara me tellus: & ihospita littora ponti:
Cumq; truci borea mænalis ursa uidet.
Nulla mihi cũ gẽte fera commercia linguæ.
Omnia sollicite sunt loca plena metus.
Vtq; fugax auidis ceruus deph̃ẽsus ab ursis:
Cinctaq; mõtanis ut pauet agna lupis.
Sic ego belligeris a gentibus undique septus
Terreor hoste meum pene premẽte latus.
Vtq; sit exiguũ pœnæ: quod coniuge chara:
Quod patria careo pignoribusq; meis.
Vt mala nulla ferã: nisi nudam cæsaris iram:
Nuda parũ nobis cæsaris ira mali est.
Et tamen est aliq̃s: q uulnera cruda retractet:
Soluat & in mores ora diserta meos.
In causa facili cui uis licet esse diserto:
Et minimæ uires frangere quassa ualent.

Frigore mœ

Tinctile uirus. Virus quod tinctũ est sanguine humano: aut quo tingit̃ spiculũ sagittæ. Solebant en scythæ sagittarũ aciem ungere uipina sanie: & humano sanguine. Irremediabile autẽ est id scelus: mortẽ ilico affert leui tactu: autor Plynius libro. xi. Lucanus. Tixere sagittas Errãtes scythiæ populi. Nec sul cat humũ. Nec terrã arat. Scribit ẽt Strabo in Scythia paucos agrorũ colendoꝝ studio teneri. Aut uidet aut metuit. Ordo est. Locus hic aut uidet: aut metuit hostem: quẽ non uidet. Cessat. Non exercet̃: nec fert. Non hic pãpinea: De uitibus thraciæ regionis: quæ Istro pelagoq; contingitur: ita scribit Põponius. Thraciæ regio: quæ Istro pelagoq; contingitur: nec cœlo læta est: nec solo: & nisi qua mari propior est: infœcunda: eorumq; quæ serũtur: maligne admodum patiens: raro usquam pomiferam arborem: uitem frequentius tolerãt: sed nec eius quidem fructus maturat: ac mitigat: nisi ubi frigora obiectu frondium cultores arguere. Viros benignius alit non ad speciem tamen. Nam & illis asper: & indecens corporum habitus est. Cæterum ad ferociam: & numerum: ut multi immitesq; sint maxime: Iulius Firmic⁹ scribit Scytharũ rabiem esse effrænatum: De Scythis multa Iustinus libro secundo: eos enim inter Scythas enumerant Geographi: qui thraciæ partem illam incolunt: quæ (ut hic etiam sentit Ouidius) ab uno latere ponto includitur: & nos superius docuimus Scythiam duplicem esse. Nec cumulant. Nec cumulatim implent. Feruida musta. Musta calida. Solent enim musta feruere: & ideo calefieri. Altos lacus. Lacus uas ẽ: quo uina ex uua expressa excipiuntur. Cato. De lacu uinum q̃ primum in dolium indito. Columella Mustum autẽ ante: q̃ de lacu tollas: uasa rore marino uel lauro: uel myrto suffumigato. Et alibi. Ante: q̃ prælo uinacea subiiciãtur de lacu: q̃ recẽtissimum addito mustum in amphoram nouam & alibi. Mustum lixiuiũ: hoc ẽ ante: q̃ prælo p̃ssum sit: quod in lacum musti fluxerit: tollito. Tibullus: Et pleno pinguia musta lacu. Nec haberet Acontius. Cydippes: & Acontii Fabula nota est Ouidii epistola: Et nos eam diximus ĩ enarrationibus in Ouidium de arte amandi super eo uersu Littera Cydippen pomo perlata fefellit.

Tinctile uirus

Scytharũ sagittæ ueneno illitæ

Scytharũ arbores

Lacus

In. xi. Elegiam Enarratio.

Si quis es insultes. Crudelissimum quendam suppresso nomine accusat Ouidius. q̃ qum in Scythica regione orbatus omni re chara ĩ maximis dẽgat incommodis: ille nõ his cõtentus: ei tamen insultet. additq; magnũ illi esse dedecus oppugnare hominẽ prostratũ & iacentẽ: Monet postremo ut memor humanæ sortis nolit ampli⁹ cõmemorare poetæ crimina: sed ea sinat cicatricẽ obducere: qũ p̃sertim nlla ei⁹ fortũa possit fieri miserior. Agas reũ. Accuses me. Nat⁹ es e scopulo. Sic Dido Vergiliana. Sed duris genuit te cautib⁹ horrens Caucasus. hyrcãæq; admorũt ubera tigres. Hr̃e silices. Hr̃e cor: & mẽtẽ durissimã. Quis gradus ulterior re stat? Quod ali ḋ malũ supest: q ḋ irat⁹ mihi cupias accider̃? Et ih̃ospita littora. Et littora portu carẽtia. Vrsa mænalis. Vrsa arcadica. Calisto. n. q̃ postea ĩ ursã mutata dr̃: fuit ex arcadia. Cũ gẽte fera. Cũ gẽte thraciæ. Solliciti met⁹. Timoris solicitudinẽ iniiciẽtis pp gẽtes feras: q̃ loca illa ifestãt. Soluat ora. Loquat̃. In mores meos. Cõtra meos mores. In cã facili. In cã ĩ difficili ad ꝓbãdũ. Quassa. Debilitata.

Quãlibet ignaui. Legitur etiam: Quilibet ignaui. Proteris. Conculcas: pedibus teris. Inanem umbram. Vmbrã sine corpore. i. me sine ullis uiribus. Petis saxis. Saxis insequeris. Tunc qũ bello certabat. Tũc qum uiuebat & poterat hostibus resistere. Ab æmonio equo. Ab equo Achillis Thessali. Notũ est: ut Hector ab Achille interfectus ter tractus fuit circũ mœnia troiana. Non erat hector. Nõ uiuebat: nec uti poterat uiribus: nam nõ is erat qui fuerat. Hæc simulacra. Hoc corpus sine uiribus: & hãc fictã imaginẽ. Simulacra. n. proprie sunt mortuoꝝ imagines, quæ ex desiderio mortuoꝝ ortæ sunt: ut qui iam defecerant: uiuere uiderentur. His autem uerbis poeta se quasi mortuũ esse designat: nec quicq̃ præter simulacrum restare significat. Sollicitare Inquietare. Meos manes. Animam quæ a meo corpore discessit. Nam dum me uiuũ agitare credis: mortuum insequeris. Manes putauit Seruius (ut diximus) animas, illo tempore: quo de aliis recedentes corporibus nondum in alia transierunt. Idem etiam scribit Manes eos esse: quos cum uita sortimur: ut alter hortetur ad bonum: alter ad malum. Omnia uera puta mea crimina. Existima inquit omnia quæ mihi obiiciuntur crimina uera esse: eaq; non errorem nec imprudentiã: sed scelera, finge appellari posse: satis certe pœnas luim⁹.

Manes

Pẽdere pœnas

Pẽdimus pœnas. Pœnas soluimus. Est autem tractum a pecunia: ut docet Seruius. Apud maiores enim pecuniarias pœnas constat fuisse. Vergilius. Tum pendere pœnas Cecropidæ iussi. Profugi. Fugati in scythicas oras. Satia tua pectora Expleas crudelitatẽ tuam meis suppliciis. Graues exilio. Molestas & magnas exilii turpitudine ac damno. Exiliiq; loco. Non modo inquit in exiliũ eiectus sum: uerũetiã incõmodissim⁹ exilio locus elect⁹ ẽ. Carnifici. Sãguinario & crudelissimo homini. Vno iudice. Te solo ita iudicãte

Phalaris crudelis

Tristi busiride. De Busiride rege ægypti & crudelitate: quem ob eam causam Hercules imolauit diximus in primũ Ouidii de arte amandi in enarratione eius uersus. Dicitur ægyptus caruisse iuuãtibus arua Imbribus. Qui falsum lento. Phalarim designat: de quo Paulus Orosius ita scribit. Ea tempestate Phalaris Siculus Agrigentinus arrepta tyrannide depopulabatur: qui crudelis mente cõmentis crudelior: omnia nepharie in innocẽtes agens inuenit aliquãdo: quẽ iuste puniret iniust⁹. nam Perillus quidã æris opifex affectans tyranni amicitiã aptum munus crudelitati illius rat⁹ taurum æneum fecit: cui fabre ianuam è latere compositum: quæ ad contrudendos damnatos receptui foret: ut conclusis ibidẽ subiectis ignibus torreretur: sonum uocis extortæ capacitas concaui æris augeret: pulsuq; ferali competens imagini murmur emitteret: nephario q; spectaculo mugitus pecudis non hominis uideretur. Sed Phalaris factum amplexus autorem execratus: & ultioni materiam præbuit & crudelitati. Nam ipsum opificẽ sua inuẽtiõe puniuit. Quicq; bouem siculo. Perillum dicit: quem græci Perilaum appellant: eum crudelem fuisse Plynius quoq; his uerbis asserit. Perillum nemo laudat sæuiorem Phalaride tyranno: cui taurum fecit mugit⁹ hominis pol licitus igne subdito: & primo eum expertus est cruciatum iustiore sæuitia. Propertius. Nonne fuit satius tristi sæuire tyranno Et gemere in tauro sæue Perille tuo. Silius quoq; libro decimo quarto ita cecinit. Ductor Grosphus erat: cuius cælata gerebat Taurum parma trucem pœnæ monumenta uetustæ: Ille ubi torreret subiectis corpora flammis Mutabat gemitus mugitibus: actaq; ueras Credere erat stabulis armenta effundere uoces Haud impune quidem: nam diræ conditor artis Ipse suo moriens immugit flebile tauro. De Phalaride & Perilao alibi plura diximus. Munere in hoc usus rerum est. Hæc sunt Perilli uerba ad Phalaridem regem. Vsus. Vtilitas. Sed imagine maior. Sed maior q̃ apparet. Nec sola est operis: Duo laudat Perillus in Tauro æneo: & utilitatem: & formam. Adapertile. Quod facile aperiri potest.

Perillus uel perilaus

Quem perdis. Quem interfici iubes. Erit coniiciendus. Erit ponendus in ipso Tauro. Et illa uox. Et gemitus ille.

Subruere est arces & statia mœnia ũirtus
Q uãlibet ignaui præcipitata premunt.
Non sum q fuerã: qd inanẽ proteris umbrã?
Q uid cinerẽ saxis bustaq; nostra petis?
Hector erat tunc cum bello certabat: & idẽ
Tractus ab æmonio nõ erat hector equo.
Me quoq; quem noras olim: nõ eẽ memẽto.
Ex illo superant hæc simulacra uiro.
Q uid simulacra ferus dictis icendis amaris?
Parce precor manes sollicitare meos.
Omnia uera puta mea crimina: nil sit in illis
Q uod magis errorẽ q̃ scelus esse putes.
Pẽdimus en, pfugi (satia tua pectora) pœnas
Exilioq; graues: exiliique loco.
Carnifici fortuna potest mea flenda uideri:
Et tamen est uno iudice mersa parum.
Sæuior es tristi busiride: sæuior illo:
Q ui falsum lento torruit igne bouem.
Q uiq; bouem siculo fertur donasse tyranno:
Et dictis artes conciliasse suas.
Munere in hoc usus rex ẽ sed imagie maior.
Nec sola est operis forma probanda mei.
Aspicis a dextra latus hoc adapertile tauri.
Hac tibi: quem perdis: coniiciendus erit.
Protinus incluſum lentis carbonibus ure:
Mugiet: & ueri uox erit illa bouis.
Pro qbus inuẽtis ut munus munere penses:
Da precor ingenio præmia digna meo.

Imbue. Incipe. Imbuere enĩ (autore Seruio) est proprie inchoare & initiare. Geminos sonos. Et humanos & bubulos. Legitur etiam querulos sonos. Quid mihi cum siculis? Quid crudelitatem Phalaridis & Perylli siculi refero? Ad te redit. Ad exprobrandam crudelitatem in me tuam reuertit. Quisquis is es. Quisquis ille es qui meo cruore non expleris. Sitim. Crudelitatem & desideriũ tuũ. Quã tauis. Quantalibet. Fugiens. In exilium proficiscens. Auditis. Meis scilicet malis. Vlysses. Qui decennio errauit. Neptuni ira. Neptuni indignatione. Neptunus enim Vlyssem insecutus: q̃ ille eius filium Polyphemum cæcauit: quam ob cãm ille postea pertulit tempestatem. Sane Neptunus a nãdo dictus ẽ paulũ primis litteris ĩmutatis: ut placuit Ciceroi in secũdo de natura deor. Quã Iouis. Quã Augusti. Rescindere crimina noli. Noli iterũ crimina mea lacerando cõmemorare. De graui uulnere. De magno meo malo. Tenuent imminuant. Incertas uices. Vicissitudines fortunæ: quas ignoras an tibi quoq̃ obesse possint. Maxima cura. Maxima solicitudo ne reducar. Quod magis ut liqueat. Vt illud magis appareat me scilicet miserum esse.

Imbuere

Neptun⁹

Dixerat: at phalaris pœnæ mirande repertor
Ipse tuum præsens imbue dixit opus.
Nec mora mõstratis crudeliter ignibus ust⁹
Exhibuit geminos ore gemente sonos.
Quid mihi cũ siculis iter scythicosq̃ getasq̃
Ad te qsquis is es nostra querela redit.
Vtq̃ sitim nostro possis explere cruore.
Quãtaque uis auido gaudia corde feras.
Tot mala sũ fugiẽs tellure: tot æquore passus
Te quoq̃ ũt auditis posse dolere putem.
Crede mihi: si sit nobis collatus ulyxes:
Neptuni minor: est quam iouis ira: fuit.
Ergo: quicunq̃ es: rescindere crimina noli.
Deq̃ graui duras uulnere tolle manus.
Vtq̃ meæ famã tenuent obliuia culpæ:
Facta cicatricẽ ducere nostra sine.
Humanæq̃ memor sortis quæ tollit eosdem
Et premit: incertas ipse uerere uices.
Et quoniã: fieri quod nũquam posse putaui:
Est tibi de rebus maxima cura meis.
Nõ est qd timeas: fortuna miserrima nra est:
Omne trahit secũ cæsaris ira malum.
Qd magis ut liqat: neue hoc ego fingere credar
Ipse uelim pœnas expiare meas.
Rigora iã zephyri mĩuũt: ãnoq̃ pacto
Tardior antiqua uisa mæotis hyems.

In Duodecimam Elegiam Enarratio.

Rigora iã zephyri. Non sine magno dolore poeta uariis exemplis uer aliis adesse significat: quod apud scythas ĩ septẽtrionali plaga: ubi exulabat: hac una re scribit deprehendi posse. q̃ nix flumina ante plaustris peruia & maria duro frigore concreta tunc reglantur: incipiuntq̃ etiã nautæ nauigare: qui si ĩ Scythiam peruenerint: se illis dicit occurrere: ut ab his intelligat de Cæsaris triũphis. Quod si quis aliquid referre potuit: protin⁹ a poeta domũ ducitur: fitq̃ eius hospes: precatur demum ut domus: quam habebat in Scythia: nõ sit perpetua poetæ sedes: sed hospitium: ut aliquãdo in patrĩam redeat. Frigora iam zephyri. Fauonius: qui græce zephyros appellatur: flat ab occasu æquinoctiali ad. viii. calendas Martii. Chelidoniam uocant ab hirundinis uisu: nonnulli uero Ornithiam ab auibus: uno enim & septuagesimo die post brumam ab aduertu auium flat per dies nouem: eo flante minuũtur frigora: ut docet Plyni⁹ his uerbis. Ver ergo aperit nauigãtibus mari: cui⁹ in principio Fauonii hibernũ molliũt cœlũ sole aquarii. xxv. optinẽte partẽ: is dies sext⁹ est ante februarias idus. Iã minuũt frigora. Iã attenuãt frigora tunc. n. niues liquũt. Vergilius. Vere nouo gelidus canis qũ mõtib⁹ humor Liquit: & zephyro putris se gleba resoluit. Fauoni⁹ aũt a fouẽdo dicit: fata. n. fouet. Ideo eũ genitalẽ eẽ dicũt spũm mũdi. Zephyr⁹ uero quasi ζωην φορων: q̃ satis uitã afferat.

Fauonii tempus
Chelidonia
Ornithia
Zephyro flante, minuunt frigora
Fauonius
Zephyr⁹

Anno pacto. Peracta hieme: q̃ annũ finit. Videt hic Ouidi⁹ sentire annũ hieme finiri: uere aũt incipere: aut qa origo mũdi actẽpo fuit uere: & secũdũ Macrobiũ incipiẽte die illo: q̃ prim⁹ oĩum illuxit: q̃ ideo iure natalis mũdi uocat: fuit aries in medio cœli: & qa mediũ cœlũ quasi mũdi uertex est: iccirco aries ut mũdi caput in exordio lucis apparuit. Mũdi originẽ Maro quoq̃ uere fuisse ita docet. Non alios prima crescẽtis origine mũdi Illuxisse dies: aliũue habuisse tenorẽ Crediderim: uer illud erat: uer magnus agebat Orbis: & hibernis parcebãt flatib⁹ euri. Qum primũ lucem pecudes hausere uirũq̃ Ferrea pgenies duris caput extulit aruis. Immissæq̃ feræ siluis & sydera cœlo. Quare falsũ est qd Serui⁹ dicit scribẽs per poeticã licẽtiã hæc a Vergilio dicta: Nostrates theologi. xv. calẽdas aprilis die solis mũdũ creatũ fuisse scribũt. Cõtra quoq̃ opinionẽ Iuli⁹ Firmic⁹ falso scribit Mũdũ certũ diẽ nõ habuisse ortus sui: nec aliquẽ ĩterfuisse eo tempore: quo mundus diuinæ mentis ac prouidi numinis ratione formatus est: nec eo usq̃ intentionẽ potuisse humanæ fragilitatis extẽdere: ut originẽ mũdi facili posset ratõe cõcipere aut explicare: pserti quum. ccc. mille annoq̃ maior apocatastasis. i. redintegratio per hecpyrosin: aut per Cataclysmũ fieri consueuerit. his. n. duobus gñibus Apocatastasis fieri consueuit: tunc ergo exustioni diluuiũ. i. hecpyrosimita Cataclysmus sequitur. nulla. n. re alia exustæ res poterant renasci: nec ulla re alia ad pristinam faciem formamq̃ reuocari: nisi admistione aquæ cõcretus puluis fauillaq̃ omnium genitalium seminũ collectã cõ

Seruii error
Dies creationis mundi

ceperit fœcunditatem. Sed ut esset quod Mathematici in genituris hominum sequerẽtur exemplum: ideo hanc quasi genituram mundi diuini uiri prudenti ratione finxerunt. Aut certe hic Ouidius secũdum pythagoricam distinctionem ætatis humanæ uer anni principium appellat. Ille enim (ut est apud Ouidium in met. & Laertium) Veri pueritiam accommodauit: Aestati adolescentiam: Autumno iuuentam: Hyemi senectutem. Aut quia Martius mensis regnante Romulo: quo mense etiam uer incipit: fuit anni principium. Ouidius tamen in fastis docet hieme annum incipere: quia bruma sol cursum perficit: & renouat: ita enim inquit. Bruma noui prima est: ueterisq; nouissima solis. Principium capiunt phœbus & annus idem. Varro etiam asserit. Tempus a Bruma ad brumam dum sol redit uocari annum. Placuit autem annum a bruma incipere: quæ a dierũ breuitate nomen accepit: ut scribit Pompeius: qa sol uelut senio confectus: & ad capricornum atq; inferiores delapsus circulos ad altiores incipit remeare: & quasi nasci: unde sol nouus proprie dicitur (autore Seruio) octauo calendas Ianuarii. Florentinus princeps scribit ab octauo calendarum decembrium usq; ad nonum calendarum Ianuariarum celebrari festa Brumalia. Cur autem Ianuario dederit Numa principatum docet Plutarchus in quæstiõibus. Potes etiam accipere Ouidium hic annum peractum dicere: ut designet se toto eo tempore in Scythia fuisse: ubi mirabatur longiorem solito sibi hiemem uisam. Magis tamen placet intelligas hic Ouidium anni initium facere a Vere: sicut in fastis a bruma: ut diximus: eius enim initium uarium fuit: quod docet Censorinus scribens. Aliis a nouo sole: ideſt a brumali: Aliis ab æstiuo solstitio: Plærisq; ab æquinoctio uerno: Partim ab autumnali æquinoctio: quibusdam ab ortu uergiliarum: Nonnullis ab earum occasu Multis a canis exortu incipere annum naturalem uideri. Hiems mæotis. Mæotica glacies: de qua dixi mus supra. aut hiems Scythica. Antiqua. Hieme ueteri: & priori. Intelligit autem hiemes Italas. Impositamq; sibi. Aequinoctium uernum describit. Cardo enim temporum quadripartita anni distinctione constat: per incrementa lucis augetur. Hæc a bruma exæquatur noctibus uerno æquinoctio in diebus xc. tribus horis. deinde superat noctes ad solstitium diebus. xciiii. horis. xii. usq; ad æquinoctium autũni: & qum æquata die procedit ex eo ad brumam diebus. lxxxix. horis tribus. Bruma autem notatus Capricorno ad. viii. calendas Ianuarii fere Aequinoctiuꝫ uernum Ariete. Solstitium Cancro. Alterumq; æquoctium autumnale Libra. Rursus hi cardines singulis etiam nũ articulis temporum diuiduntur per media omnes dieꝫ spatia: qm̃ inter solstitiũ & æquinoctiũ autũni fidiculæ occasus: quĩ autũnũ inchoat dies xlvi. At ab æqnoctio eo ad brumã uergiliaꝫ matutinus occasus hiemẽ dies. xliii. Inter brumã & æquinoctiũ dies. xlv. Flatus fauonii uernũ tp̃s. Ab æquinoctio uerno initium æstatis dies. xlviii. uergiliaꝫ exortus matutinus. autor Plynius. Columella ẽt libro. x. scribit. Aequinoctiũ primũ mense Martio circa calendas. viii. aprilis in octaua parte arietis cõfici & ad exortũ uergiliaꝫ dies uerni tpis hẽri duo & quinquagĩta. Hæc eadẽ apertius declarat Varro in primo de re rustica his uerbis. Dies primus ueris est in Aquario: Aestatis in tauro. Autumni in leone. Hiemis in scorpione. Qum uniuscuiusq; hoꝫ quattuor signoꝫ dies tertius & uicesimus: quattuor tẽpoꝫ sit primus efficit: ut uer dies hẽat. xci. Aestas. xcv. Autũnus. xci. Hiems. lxxxviii. Quæ diuisio ad dies relata ciuiles nostros qui nunc sunt primi uerni temporis: extat ad septem idus februarii. Aestiui ad septem idus Maii. Autumnalis ad septem idus sextilis. Hiberni ad quartum idus nouembris. Subtilius descriptis temporibus obseruanda quædam sunt ea quæ in partes octo diuidunt. Primũ a Fauonio ad Aequinoctiũ uernũ dies. xl. Hinc ad uergiliarum exortũ dies. xliiii. Ab hoc ad Solstitiũ dies. xlix. Inde ad Caniculæ signum dies. xxvii. Deinde ad æquinoctium autumnale dies xlvii. Exinde ad uergiliaꝫ occasum dies. xxxii. Ab hoc ad brumã dies. lvii. Inde ad fauonium dies. xlv. Higinus quoq; autor est. Solem ab ariete incipientẽ uer ostẽdere: & tauꝫ: ac geminos trãseuntẽ idẽ significare: sed iam capitib⁹ geminoꝫ circulũ æstiuũ tãgere uideri: & per cãcrũ & leonẽ trãseuntẽ & uirginẽ æstatem efficere. Et rursũ a Virginis extrema parte transire ad æquinoctialẽ circulũ ꝓspiciẽ. In Libra aũt Aequinoctiũ conficit: & Autumnũ significare incipit. Ab hoc signo trãsit ad Scorpiũ & Sagittariũ. Deinde protinus incurrit in hiemalẽ circulũ & a Capricorno: Aquario: Piscibus hiemẽ trãsigit. Itaq; oñdiẽ nõ ꝑ tres ipsos circulos currere: sed zodiacũ trãsiens ad eos ꝓuenire. Scribit Varro alteꝫ motũ solis esse: alteꝫ cœli. Quod moueẽ a Bruma ad Solstitiũ dicta Bruma ꝙ breuissimus tunc dies est. Solstitiũ ꝙ sol eo die sistere uideẽ: aut ꝙ sol ad nos uersũ ꝓximũ est solstitiũ. Quũ uenit in mediũ spatiũ inter brumã & solstitiũ ꝙ dies æqus sit ac nox: æquinoctiũ dictũ. Qui nõ bene ptulit Hellẽ. Aries qui postea inter sydera collocatus fuit: Phryxũ & Hellen per helleſpontũ transtulit: illũ Hesiodus & Pherecides scripsere habuisse pellem auream: sed Hellen decidisse in helleſpõtum: & a Neptuno compressam pæona procreasse: quem alii Edonum dixere: quam ob causam hic Ouidius Arietem dicit non bene pertulisse Hellen. Phryxum uero incolumem ad Aeetam peruenisse. & Arietem Ioui immolasse: pellẽ uero in templo fixisse: & Arietis ipsius effigiem inter sydera constitutam. Fabulam plenius refert Diodorus ac etiam Higinus. Aequa nocturnis. Aequinoctium designat: ut diximus: quo nihilo lõgiora sunt tempora diei: q̃ noctis. Ruraq; quæ nullo nata serente ferunt. Legunt etiam quæ sua sponte in agris nascuntur.

Cur hieme annus incipit

Impositamque sibi q non bene ptulit hellen
Tempora nocturnis æqua diurna facit.
Iã uiolas pueriq; legũt hilaresque puellæ:
Ruraq; quæ nullo nata serẽte ferunt.

Bruma

Brumalia

Anni initiũ uariũ

Anni distinctio q̃ dripartita

Signa dierũ quattuor anni partium

Quot dies hẽt q̃libet pars anni

Aequinoctium uernum

Vergiliarũ exort⁹

Solstitiũ

Caniculæ signum

Aeqnoctium autũnale

Vergiliarũ occasus

Bruma

Fauonius

In qb⁹ signis ẽ q̃libet pars anni

Bruma

Solstitiũ

Aeqnoctium

Aries iter sydera

Indocili gutture. Non docto gutture: hoc est: qđ a nullo doctũ fuit nisi a natura: ut indocili ꝓ non docto positũ sit: aut certe indocili ualde docili natura. Docilis. n. (autore Prisciano) est qui facile doceť: ut in augentis sit: ut apud Vergiliũ: & alios autores crebro inuenimus. Differunt aũt Collũ: Guttur: & Gula: Collũ enim inter pectus: & caput est: cuius pars prior Guttur: posterior Gula appellať: uel sic: collũ capiti subiacet. Gutture spiritus trahitur ac redditur. Gula est qua cibus: & potus deuoratur: autor Aristoteles. Docilis / Collum / Guttur / Gula

Vernat. Lætať. lasciuit. Vt deponať crimẽ malæ matris. Vt deponẽdo in eis cunis: & nidis pullos: uideať pia: & uelle crimẽ filii quẽ occidit: ea educatione celare: nec mala mater dici: Sũt qui male aduerbiũ esse dicant: sed errant: Siquidẽ syllaba ultima quæ breuis ẽ in aduerbio repugnat: est aũt nomen: & genitiuꝰ casus. Nota ẽ fabula Prognes. q̃ Ithym filiũ interfecit: & patri Tereo epulandum apposuit: ut ulciscereť uim sorori turpiter illatã: q̃ ea nõ contentus iniuria: linguã etiam amputauerat: ne posset ꝓ uocem facinus apire. Inde mutati sunt Tereus in Vpupã. Ithys in Phasianũ. Philomella in luscinią: Progne in hirũdinem secundũ Ouidiũ: Græci tamẽ nõ Philomellã: sed Prognẽ in luscinią mutatam referũt: quod ẽt uidetur sentire Varro sic scribẽs. Lusciola: q̃ luctuose canere existimatur: atq̃ esse ex attica Progne facta auis. Prognes fabula / Lusciola

Sub trabibꝰ cunas. Cũas hirũdinis nidos appellat. Herbaq̃ quæ latuit. Frumẽtum quoq̃ apparere ostendit. Sulcis cerealibus. Sulcis ubi frumenta nascuntur. Exerit. Nudat. E tepida humo. E terra media inter frigus & calidũ: sic enim uerno tpe esse solet: nam terræ quas glacies & frigus astrinxerat: uere flantibus zephyris soluuntur & tepescunt. Oratius. Soluitur acris hiems grata uice ueris & fauoni: & Vergilius. Zephyrisq̃ tepentibus auras Laxant arua sinus. Ocia nunc istic. Ocia nunc sunt Romæ. Cedunt uerbosi. Non dicitur ius Romæ eo tempore: quo in scæna ludi celebrantur. Ouidius in fastis. Scæna sonat: ludiq̃ uocant: spectate quirites. Et fora marte suo litigiosa uacent. Vel certe (quod magis placet) hoc dicit. Iuuentus romana ludis & certaminibus campi Martii intenta non frequentat forum. Equis leuibus. Velocibus & agilibus equis: quos discebant romani in gyrum flectere: ut diximus in Ouidii tertium librum de arte amandi in enarratione eius loci. Et in gyros ire coactus equs: ubi etiam attigimus eos ludos: quos hic poeta commemorat. Nunc luditur armis. Aliquando luditur armorum exercitatione. Eam autem intelligit: quæ aduersus palum fiebat. De qua Vegetius libro primo ita scribit. Eoq̃ modo non tantum mane: sed etiam post meridiem exercebantur ad palum. Palorum enim usus non solum militibus: sed etiam gladiatoribꝰ plurimum prodest: nec unq̃ aut arena aut campus inuictum probauit uirum: nisi qui diligenter exercitatus docebatur ad palum: a singulis enim tyronibus singuli pali defigebantur in terram ita ut mutare non possent: & sex pedibus eminerent: contra illum palum tanq̃ aduersarium tyro & crate illa & claua uelut gladio se exercebat: & scuto ut nunc quasi caput aut faciem peteret: nunc ab lateribus minaretur. Interdum contenderet poplites & crura succideret: recederet: insultaret: insiliret: & quasi præsentem aduersarium: sic palum omni impetu: omni bellandi arte tentaret. Iuuenalis. Aut quis non uidit uulnera pali. Quem cauat assiduis sudibus: scutoq̃ lacessit. Atq̃ omnes implent numeros. De hac exercitatione intellexit Ouidius de arte amandi eo uersu. Armaq̃: & in gyros ire coactꝰ equs. & Martialis. Aut nudi stipitis ictus adest. Palorum usus

Celeri orbe. Celeri agitatione. De Trocho diximus alibi. Oleo labente. Cæroma intelligit. Id unguẽtum erat ex oleo & terra in speciem luti: quo quidem in palæstra ungebantur. Martialis. Et castigatũ libycæ cæroma palæstræ: & alibi. Vara nec iniecto cæromate brachia tẽdis: Eo cæromate insperſi studiis palæstræ inuicem obluctabantur. Ea autem obluctatione & tactu corpora flaua reddebantur: qui tactus palæstritarum Haphe dicebatur. Haphe enim græce tactum significat: & quia cæromate corpora perfusa eo tactu & agitatione flauescebant: ideo dixit Martialis libro septimo. Et flauescit haphe: hoc est tactu ipso flauescit in palæstræ studiis philenis meretrix. Et Seneca ad Lucilium. A cæromate nos haphe excepit ĩ Crypta neapolitana. Ouidius in met. In lucta Acheloi & Herculis non haphẽ: sed tactũ appellauit eo uersu. Inq̃ uicẽ fuluæ tactu flauescit arenæ. Et Plynius de eo puluere scribens ita inquit. Non multum a puluere puteolano distat arena tenuissima sui parte nõ ad sustinẽda maria: fluctusq̃ frangendos: sed ad bellanda corpora palæstræ studiis: Haphe præterea significat notas quibus lepra corpus maculat. Iulius Pollux accipit haphen pro prima infectura: quoties uestes imbuũtur coloribus: Oleum autem adhibebatur ĩ palæstra: quoniam olei natura est tepefacere corpus: & contra algores munire: cuius usum inuenere ad luxuriam græci uitiorum omnium genitores in gymnasiis publicando ut Plynius docet. Et Liuius scribit An- Cæroma / Haphe / Olei natura

Prataq̃ pubescũt uariorum flore colorum.
Indocilíquæ loquax gutture uernat auis.
Vtq̃ malæ crimen matris deponat hirundo:
Sub trabibus cunas paruaque tecta facit.
Hærbaq̃ quæ latuit cerealibus obruta sulcis:
Exerit e tepida molle cacumen humo.
Quoq̃ loco ẽ uitis: de palmite gẽma mouet
Nam procul a getico littore uitis abest.
Quoq̃ loco ẽ arbor: turgescit ĩ arbore ramꝰ
Nã procul a geticis finibus arbor abest.
Ocia nũc istic: iunctisq̃ ex ordine ludis:
Cedũt uerbosi garrula uerba fori.
Lusus eqs nũc est leuibus: nũc luditur armis
Nũc pila: nũc celeri uertiť orbe trochus.
Nũc ubi perfusa est oleo labente iuuentus

Palæstra

nibalis milites pugnaturos ad Trebiam molliſſe artus oleo per manipulos miſſo. Illud ſciẽdum. Palæſtrã a græco dictam: πάλη enim luctam ſiue luctationem ſignificat: ea nudi: unctiq; homines exerceban-tur ad ualitudinem conſeruandam: & agilitatem: roburq; acquirendũ. Vergilius. Exercent patrias oleo la

Palæstræ inuentor

bente palæſtras: Eius inuẽtor fuit Mercurius: ut docet Diodorus: & Oratius Mercuri facũde nepos Atlã tis: Qui feros cultus hominum recentum Voce formaſti catus: & decoræ more palæſtræ. Viguit maxi-me hoc certamen apud athenienſes: tranſiitq; ad troianos: quo argumento nonnulli ab athenienſibus tro ianos originem duxiſſe exiſtimarũt. Scribit Pau-ſanias Luctandi artem Theſeum primum inue-niſſe. Tigere gaudet aqua. Romani ueteres (ut

Natabant romani

ſcribit Vegetius) Campum Martiũ uicinum Ty-beri delegerunt: in quo iuuentus poſt exercitium armorum: ſudorem: pulueremq; diſueret: quem morem docet etiam Ouidius libro tertio de arte amãdi his uerſibus. Nec uos campus habet: nec uos gelidiſſima uirgo. Nec tuſcus placidis deue-hit amnis aquis. Scæna uiget. In Scæna uarii etiam ludi exhibentur in præſentia. Studiiſq;

Fautores ĩ ludis

fauor diſtantibus ardet. Hoc dicit: quia in ludis alii aliis fauebant adeo: ut (autore Plynio) in ſpe-ctaculis ſpectatores grandi ſpõſione facta ãnulos deponerent: qum alii alium uictorem fore affir-marent. Iuuenalis. Spectãt iuuenes: quos clamor & audax Sponſio. Intelligit autem qũ ludos gla-diatorios in quibus gladiatores etiam ſuos fauto-res habebant: tum in primis quattuor illas circẽ-ſium factiones: de qbus abunde diximus in Oui-dium de arte amandi. Studiis diſtantibus. Fa-uoribus diuerſis. Nam alii alios fautores habe-bant. Ardet. Iraſcitur: uel optat: aut præ nimio alicuius factionis amore uritur. Vergilius. Ardet amãs dido. Qumq; tribus reſonãt. Tria Thea-tra cum tribus foris uicina campo Martio: ubi hæc ſpectacula exhibebantur præ nimio claman-tium ſtrepitu reſonabant: De Campo Martio: & tribus theatris hæc Strabo. Maximam autem ha-rum partem Martius cãpus hẽt præter natiuã lo-cor amœnitatẽ artis: & ſolertiæ exornationes ad-mittens. Campi admirabilis magnitudo & cu-rules pariter curſus: & alia equeſtria certamina expedita ſuppeditat. Nec minus tam multis Pilam. Tro-chum. Palæſtram exercitatione tranctãtibus: Aliaq; incumbentia ſimul opera. Quid perennes ſolo her-bas: coronatoſq; uſq; ad fluminis alueum colles? Scænicarum oſtentatio picturarum eius generis ſpecta-cula præſtant: ut difficile: & inuitus abſcedas: huic proximus campo & alter adiacet campus: & innume-rabiles circum circa Porticus. horti nemoroſi. Theatra tria ſimul & amphitheatrum: De tribus uero fo-ris abunde diximus alibi. Boatum. Clamorem ſpectatorum. At mihi ſentire. Incipit commemora-re quibus rebus noſcatur uer apud ſcythas: ut ex collatione eius incommoda oſtendat. Duro lacu. La-cu concreto & congelato. Aquæ. Subaudi ſentiuntur. Non fodiantur. Non rumpantur: quia uere ſponte ſoluuntur. Bubulcus ſauromates. Rector boum ex Sauromate regione: aut plauſtra Sauro-mates: eſt autem genitiuus caſus a nomine Sauromatẽ: ut a Sparte Spartes. Quiſue. Subaudi ſit. Ille quidem mirum. Ordo eſt. Mirum quidem eſt: ni ille ueniat de propinqua regione. Tantum mare. Tã magnum mare. Orba portubus. Portubus priuata. Certe gratior uſus erit. Certe latina lingua græ-ca mihi gratior erit. Ab ore freti. Ab ore maris. Intelligit aũt primas anguſtias: ubi id primũ ſe coartat: & helleſpontũ facit: qua Xerſes perſarũ rex cõſtrato in nauibus ponte duxit exercitum: ubi uero expandit

Ponti lõgitudo & latitudo

Propontis appellatur. Longæq; propontidis undis. Pontus inter cætera maria eſt maxime admirabilis eius longitudo eſt undecim milium ac centum ſtadiorum: latitudo qua latiſſimum eſt trium milium du centorum. Huius pelagi os latitudinis eſt quatuor ſtadiorum. Longitudo oris quod eſt collum: quæ boſ-phorus dicitur circiter centum uiginti ſtadia ad propontidem uſq; pertingens. Propontis autem quingen-torum ſtadiorum eſt latitudinis: mille & quadringentorum longitudinis influens in helleſpõtum: ut poe ta non immerito longam propontidem appellarit. Ipſe helleſpontus ubi anguſtiſſimus ſtadiis ſeptem qua dringentis longus intrans pelagi uaſtitatem quod Aegeum uocatur. autor Herodotus. Quiſquis is eſt,

Propõtis longa

Quicũq; ad ponticum littus uenerit. Rumorem. Sermonem ſine certo ullo autore. Fama enim (ut Fa-

Fama

Defeſſos artus tingere gaudet aqua.
Scæna uiget: ſtudiiſq; fauor diſtãtib9 ardet.
Cũq; tribus reſonant terna theatra foris.
O quater o quotiẽs non eſt numerare boatũ:
Nõ interdicta cui licet urbe frui.
At mihi ſentitur nix uerno ſole ſoluta:
Quæq; lacu duro nõ fodiãtur aquæ.
Nec mare cõcreſcit glacie: nec: ut ante: piſtq;
Stridula ſauroates plauſtra bubulc9 agit.
Si tñ incipiunt aliquæ huc adnare carinæ:
Hoſpitaq; in ponti littore puppis erit.
Sedulus occurrã nautæ: dictaq; ſalute
Quid ueniat quærã: quiſue: qbuſue locis.
Ille quidẽ mirũ ni de regione propinqua:
Non nili uicinas tutus araret aquas
Rarus ab italia tãtum mare nauita tranſit:
Littora rarus in hæc portubus orba uenit.
Siue tamen græcã ſcierit: ſiue ille latina
Voce loqui. certe gratior uſus erit.
Fas quoq; ab ore freti: lõgeq; ppõtidos undis
Huc aliquem certo uela dediſſe noto.
Quiſq; is eſt: memori rumorẽ uoce referre:

bius scribit)consensum ciuitatis: & uelut publicum testimonium uocat. Rumor uero sermonem sine ullo certo autore dispersum: cui malignitas dederit initium: incrementum crudelitas: quam differentiam hic ponit etiam Ouidius: qum subiungit. Et fieri famæ parsq; graduscq; potest: quasi dicat. Rumor ille poterit ad partem aliquam: seu gradum ueritatis peruenire: nam uerum dicere fama solet. Triumphos Cæsaris. Triumphos Drusi uel Augusti: cuius auspiciis ille militabat. Triumphare autem appellatum q̄ cū imperatore milites redeuntes clamitabant per orbem in Capitolium Io triumphe. Id a Triambo græci liberi cognomēto pōt esse dictū. Autor Varro. Plutarchus in Marcello Triumphum negat a Triambo dictum. Sunt qui scribant hoc uocabulum latinum esse: quia qui triumphabat triplici iudicio honoraretur: primo enim exercitus de triumpho decernendo imperatori iudicabat. Secundo senatus. Tertio populus. Docet Plynius Liberum patrem triumphum inuenisse: quod etiam designat Diodorus scribens illum primum omnium indico elephanto uectum triumphasse. Triumphādi modum & ornamēta describit Plutarchus. Apertius autem Appianus in triumpho Scipionis: & Iosephus in triumpho Vespasiani & Titi de Iudæis. Liuius libro decimo ab urbe condita ornamenta triumphalia scribit fuisse Sellam curulem: Togam prætextam: Tunicam palmatam: Togā pictam: Coronam triumphalem: lauream q̄. Triumphantium uero domus spoliis hostium affixis insignes inter alias fiebant. De iure Triumphandi Valerius Maximus multa: Quid autem Ouatio a Triumpho distat: & unde dicatur docet Plutarchus in Marcello. Ioui latio. Sunt qui falso intelligant Iouem latialem: quem in monte albano dedicauit Ascanius: ad cuius sacra quæ Latinæ dicebantur totum latium conueniebat: & rex Sacrificulus romanus: ei (ut est autor Lactantius) olim sanguine humano sacrificabant. Placet igitur intelligas de Ioue capitolino qui romæ colebatur: quæ erat caput latii: quo duces triumphantes perueniebant: & uota suscepta persoluebant: Liuius Dictator coronam auream libræ pondo ex publica pecunia populi iussu in Capitolio Ioui donum posuit. Eam ædem Tarquinius Demarati filius uouit. Tarquinius postea Superbus extruxit: qui librarum argenti. xl. milia in fundamentis dicitur impendisse: Capitolino Ioui Pompeius Magnus (autore Plynio) sex pocula Murrhina dicauit: Augustus uero in eius cellam (ut docet Tranquillus) sedecim milia pondo auri gemmasq; ac margaritas quingenties sestertium una donatione contulit. Fuit etiam in Capitolio ædes Iouis tonātis: quam Augustus (ut meminit Tranquillus) struxit: consecrauitq; liberatus periculo: qum expeditione cantabrica per nocturnum iter fulgur perstrinxisset: seruumq; perducentem exanimasset. In hac æde Iupiter fuit deliaci æris exemplar ut scribit Plynius. Germania rebellatrix. Augustus (ut Florus scribit) sciebat patrem suum Cæsarem bis transuectum pontem rheno quæsisse bellum: in illius honorem cupiens facere prouinciam: misit eo Drusum: qui ualidissimas nationes aggressus domuit breui: adeo ut nō per adulationem: sed ex meritis defuncto ibi fortissimo iuuene: ipsi: quod nunquam alteri: senatus cognomen ex prouincia dedit: Sed breue id gaudium fuit. Nam postquam Drusus defunctus est ex fractura cruris: super quod equs collapsus est: ut diximus supra. Vari Quintilii libidinem: ac superbiam haud secus: q̄ sæuitiam odisse cœperunt: Ausus est ille agere conuentum: quasi uiolentiam barbarorū & præconis uoce posset inhibere: At illi ut primum togas: & sæuiora armis iura uiderunt: duce Arminio arma corripiunt. Itaq; Varum improuidum: & nihil tale metuentem: improuiso adorti undiq; in uadunt castra rapiunt tres legiones opprimuntur. Varus perditas res eodem: quo Cānensem diem Paulus & fato est: & animo secutus: aliis oculos: aliis manus barbari amputarunt. Ipsius quoq; cosulis corpus: quod militum pietas humi abdiderat: effossum. Vnde non immerito poeta hic Germanos rebelles appellat. Magni ducis. Augusti Cæsaris. Quæ non uidisse dolebo. Quæ dolebo cernere non potuisse. Protinus hospes erit. Quam primum apud me diuertet. Domus nasonis. Domus mea. Suum locum: Locum ipsius exilii: idest Tomon. Pro lare. Larem pro domo posuit. Ex Lemuribus enim: qui posteriorum suorum curam sortitus pacato: & quieto numine domum possidet. Lar dicitur familiaris: ut scribit Apuleius. Non uelit hoc esse penetrale. Non uelit hanc esse domum: Penetrale autem a penitus deductum significat quod intimo loco est: sic Ouidius in met. Hæc domus: hæc sedes: hæc sunt penetralia magni Amnis. Sed hospitium. Sed diuersorium ad tempus.

Rumor

Triūphaf Io triūphe

Triūphi inuentor

Triūphalia ornamenta

Iupiter latialis

Latinæ feriæ

Iupiter capitolin⁹

Aedes Iouis tonantis

Germāia rebellatrix

Lar familiaris

Penetrale

Et fieri famæ parsq; graduſque poteſt.
Is p̄cor auditos, poſſit narrare triumphos
Cæſaris. & latio reddita uota ioui.
Teque rebellatrix tandem germania magni
Triſte caput pedibus ſuppoſuiſſe ducis.
Hæc mihi q̄ referat quæ nō uidiſſe dolebo.
Ille meæ domui protinus hoſpes erit.
Hei mihi: iā ne dom⁹ ſcythico naſonis i orbe
Iāq; ſuū mihi dat p̄lare pœna locū. (eſt:
Dii facite ut cæſar nō hoc penetrale domūq;
Hoſpitium pœnæ ſed uelit eſſe meæ.

In. xiii. Elegiam Enarratio.

Optimũ non naſci qdã cẽſue re

ECce ſupuacuus. Quꝫ natalis poetæ adeſſet: ſupfluũ fuiſſe dicit: in ea loca illũ ueniſſe: ubi nõ licet illi ex more ſolẽnia ſacra exhibere: monetqꝫ ne amplius redeat dũ erit ĩ Scythia. Quid. n. fuit utile naſci. Ratio quare eius natalis fuerit ſupfluus. Hoc aũt dicit qm̃ ĩ Scythia ĩ maximis icõmodis exul degebat. Loqr̃. n. ex eoꝝ ſentẽtia: q cẽſuere nõ naſci optimũ ob uaria uitæ mala & labores: quã Epicureã ſentẽtiã Silenũ ẽt cõprobaſſe legimus: Is. n. (ut ferũt) a Mida captus: hoc ei muneris ꝓ ſua miſſione dediſſe ſcribit: docuiſſe regẽ nõ naſci hoĩ longe optimũ eſſe: ꝓximũ aũt q̃ primũ mori: Qua ẽt ſentẽtia uſus eſt ĩ Chteſiphõte Euripides. Nã nos docebat cœtus celebrãtes domũ lugere: ubi eẽt aliqs ĩ lucẽ editus humanæ uaria uitæ reputãtes mala atqꝫ labor̃ morte finiſſet grauis hũc oẽs amicos laude: & lætitia exeq Plura diximus ĩ Plyniũ in enarratiõe eius loci. Itaqꝫ multi extitere q nõ naſci optimũ cenſerẽt: aut q̃ ocyſſime aboleri. Ad ſua tẽpora. Tẽpore quo nat⁹ fui. Dure. O crudelis natalis. Quid ad miſeros. Cur ueniſti ad hãc meã ætatẽ tã ifœlicẽ: debebas. n. exiliũ mihi naſcẽti auertere finiẽdo uitã ante: q̃ exularẽ. Modũ. Finẽ. Vltra patriã. Nã poſteaq̃ e patria ĩ exiliũ abii: debebas me tãq̃ mortuũ deſerere: q̃ſi dicat Debuiſti poſteaq̃ diſceſſi uitã meã finire. Quoqꝫ loco primũ. Debuiſti me ẽt iterficer̃ Sulmõe qũ primũ natus fui. Sũ male cognit⁹. Sũ infœliciter cognit⁹: hoc ẽ ſum cognitus malis: & ĩfortuniis exilii obnoxi⁹. In relinquendo in urbe. In permittẽdo me mori in urbe.

Ecce ſupuacuus (qd enĩ fuit utile naſci)
Ad ſua natalis tempora noſter adeſt.
Dure qd ad miſeros ueniebas exulis annos:
Debueras illis impoſuiſſe modum.
Si tibi cura mei: uel ſi pudor ullus ineſſet:
Nõ ultra patriam me ſequerere meam.
Quoqꝫ loco primũ male ſũ tibi cognitus ifas
Illo tentaſſes ultimus eſſe mihi.
Inque relinquẽdo: quod idem fecere ſodales:
Tu quoque dixiſſes triſtis in urbe uale.
Quid tibi cũ ponto? nũ te quoque cæſaris ira
Extremam gelidi miſit in orbis humum?
Scilicet expectas ſolitũ tibi moris honorẽ?
Pendeat ex humeris ueſtis ut alba meis?
Fumida cingatur florentibus ara coronis?
Micaqꝫ ſolenni turis in igne ſonet?
Libaqꝫ dem ꝓ te geniale notantia tempus?

Quod idem fecere ſodales. Quam eandem rẽ ſodales præſtitere: nam me ab Auguſto damnatum deſeruere. Tu triſtis. Tu mœſta relinquendo me in urbe. Cum ponto. Cum Tomo pontica urbe: ubi exulo. Veſtis ut alba. Veſtem candidam dicit: quam induebant qui natalem celebrabãt. Propertius. Dein qua primũ oculos cœpiſti ueſte propti Indue: Deſcribit autẽ breuiter cõſuetudinẽ romanã in celebrãdo natali. Fumida cingat̃. Solebãt. n. natali honorẽ diis exhibere: & genio potiſſimũ: cuius arã ſertis coronatã ture uaporabãt: Tibullus. Vrant̃ pia tura focis urãt̃ odores: & Propertius Inde coronatus ubi ture piaueris aras. Libaqꝫ dẽ pro te. Quomõ fierẽt liba docet Cato in re ruſtica his uerbis Libũ hoc modo facito Caſei põdo ii in mortario bene diſterat: ubi bene diſtriuerit farinæ ſiliginææ libram: aut ſi uoles tenerius eẽ ſelibrã ſimilaginis ſolũ eodẽ indito pmiſceto qꝫ cũ caſeo bene ouum unũ addito: & una bene pmiſceto: indẽ panẽ facito: folia ſubdito in foco calido ſub teſta coquito leuiter: Seruius ſcribit libũ placentã fuiſſe: quæ farre: melle: & oleo cõſtabat: & apta erat ſacrificiis: ea nomen accepit uel a libero patre: uel q̃ libandi cauſa fieret: ut Varroni Placet. Ea aũt (ut qdam ſcribunt) die natali diſcumbẽtibus apponebant: nemo aũt prius guſtabat: q̃ is: q ſuũ natalẽ celebrabat: omnes aũt: q libum guſtaſſent: bene precari oportebat. Ouidius in arte amãdi. Quid? quaſi natali qũ poſcit munera libo. Geniale tẽpus. Tẽpus uoluptuoſum: aut (quod magis placet) tẽpus quo Genio ſacrificat̃. Tibullus. Ipſe ſuos genius adſit uiſurus honores. Cui decorent ſanctas florea ſerta comas: Illius puro diſtillent tẽpora nardo. Atqꝫ ſatur libo ſit: permadeatqꝫ mero. De Genio hæc Cenſorinus. Genius deus eſt: cuius ĩ tutela ut qſqꝫ natus eſt uiuit. ſiue ẽt q: ut generamur curat. ſiue q̃ una gignit̃ nobiſcũ: ſiue etiã q̃ nos genitos ſuſcipiat ac tueat̃: certe a gignẽdo Genius appellatur. Eundẽ eſſe geniũ: & larẽ multi ueteres memoriæ prodiderũt. In qs etiam Caius Flaccus in libro quẽ de indigitamẽtis reliquit ſcriptũ. Hunc ĩ nos maximã: quinimmo oẽm hẽre poteſtatẽ creditũ eſt: nõnulli binos genios ĩ his dũtaxat domibus q̃ eẽnt maritæ colẽdos putauerũt: Euclides aũt Socraticus duplicẽ oĩbus omnino nobis geniũ dicit appoſitũ: quã rẽ apud Luciliũ ĩ libro ſatyraxi. licet cognoſcere: genio igit̃ potiſſimũ ꝓ oẽm ætatẽ quotannis ſacrificamus: q̃q̃ non ſolũ hic ſed & alii ſunt ꝓterea dei cõplures homini uitã ꝓ ſua quiſqꝫ portione adminiculantes: quos uolẽtes cognoſcere: indigitamẽtorũ libri ſatis edocebũt: Sed oẽs hi ſemel in unoquoqꝫ homine numinũ ſuoꝝ effectũ repſentãt Quocirca nõ ꝓ omne uitæ ſpatiũ nouis religionibus arceſſunt̃. Genius aũt ita nobis aſſiduus obſeruator appoſitus eſt: ut ne pũcto quidẽ tẽporis lõgius abſcedat: ſed ab utero matris acceptos ad extremũ uitæ diem comitet̃. Sane cur genio merũ fundẽdũ ſit ut Perſius ait: nõ hoſtia faciendũ ſiqs ſcire uoluerit: docuit Varro in eo libro cui Titulus fuit Articulus: ſiue de numeris: id enim moris inſtitutiqꝫ maiores tenuiſſe teſtatur: ut qum die natali munus annuum genio ſoluerẽt: manum a cæde ac ſanguine abſtinerent: ne die qua ipſi lucem accepiſſent: aliis demerent. Deniqꝫ Delii ad Apollinis genitoris aram (ut Timæus docuit) nemo hoſtiam cædebat.

Veſtis natalitia

Natalis celebrãdi conſuetudo

Liba

Genius deus

Lar deus

Cur gẽio mero non hoſtia ſacrificabãt

Fauere

Ore faueté. Sic Tibullus: Dicam bona uerba: uenit natalis ad aras. Quisquis ades: lingua uir mulierq; faue. Fauere autem (autore Pompeio) est bona fari, at ueteres poetæ pro silere usi sunt fauere. Donatus scribit Fauere significare silere. Vergilius. Ore fauete omnes. Nõ enim trahitur a fauore: ut plærique existimãt: sed paratur silentium ut rite peragi possit sacrum nulla uoce mala obstrepẽte: ut scribit Seneca in libro de uita beata. In sacris enim (autore etiã Seruio) taciturnitas necessaria est: qđ ẽt Plynius scribens cæteris precationibus præire aliquẽ: rursusq; aliquẽ custodẽ dari: qui attẽdat aliũ ꝓponi: qui faueri linguis iubeat. Põtifices uero (ut docet Donatus) dicere solebant Fauete linguis: fauete uerbis. Vnde illud est Vergilii. Ore fauete omnes. Et Pompeius docet in sacris dici pascito linguã. i. coerceto: contineto: tacento. Decet. n. ciues (ut scribit Plutarchus) neq; audire quicq̃ rerum diuinarũ: neq; aspicere ꝓ negligẽtiã: sed uacare a cæteris: mẽtẽq; adhibere: & ab oĩ crepitu: strepitu: ac gemitu abstinere. Ferali cuꝑsso. Atra: & funebri cuꝑsso. Adhibebat aũt Cupressus ad funera autore Seruio: uel q ꝓ cæsa nõ repullulat: uel q ꝓ eam funestata ostendit domus: sicut lætã frõdes indicãt festæ. Varro tñ dicit pyras ideo cuꝑsso circũdari ꝓpter grauẽ ustrinæ odorẽ: ne eo offendat populi circũstãtis corona: q̃ tãdiu stabat respõdẽs fletibus ꝓficæ. i. plãctuũ prĩcipi: q̃diu cõsumpto cadauer: & collectis cineribus dicebat nouissimũ uerbũ Ilicet: qđ ire licet significat. Nil exorãtia. Nil ꝓcibus cõciliãtia. Nec bona uerba. Nec bonæ ꝓcationes. Tibullus. Dicamus bona uerba: uenit natalis ad aras. Si tamẽ ẽ aliqd. Hoc dicit: qa natalẽ celebrantes a diis aliquid petebãt. Tibullus. Annuat & cheritе tibi qđcunq; rogabis: & Proptius. Tuq; o chare mihi fœlicibus edita pẽnis Surge & poscẽtes iusta ꝑcare deos. Euxinus falso nomĩe dictus. Mar il lud: qđ pontũ appellãt Euxinũ ẽt dicimus ab eo qđ bonũ significat & ξεινος hospitiũ uel amic quasi bonũ hospitiũ fit: qđ ꝓ cõtrariũ dictum ẽ. Nã circa Euxinũ loca sũt asprima: & fera: gẽtesq; ẽt immites. Plynius. Põtus euxinus ãtea ab ihospitali feritate Axenos appellatus est.

Fauere

Fauere linguis

Fauere uerbis

Pascito linguam

Cuꝑssus funeribus adhibebatur

Euxinus

In Vltimam Elegiam Enarratio.

VSus amiticiæ. Amici colligẽtis eius scripta fidẽ: & amorem laudat poeta: hortaturq; ut quoad põt eius nomẽ ĩ urbe retineat: simulq; exponit mer. opus: inemẽdatũ e manibus exisse: Postremo dicit qcquid exilii tp̃e cõpositũ assidue urbẽ circunsonent: in qua nec librorũ copia sit: nec quer q̃ habeat: cui carmina possit recitare. Antistes. Princeps. Est aũt proprie Antistes sacerdos: & princeps q ante altare stat. Ecqd. Nunquid. Incolumẽ. Nondũ exulẽ. Ne uidear totus abesse. Ne totus uidear romæ nõ eẽ. Caues. Prouides. Exceptis solis artibus. Libros intelligit de arte amãdi. Ita fac. Ita collige carmina mea oĩa præter amatoria.

Est fuga dicta mihi. Dictũ est mihi exiliũ. Licet natis exulis. Fas est liberis exulãtis hominis. Paladis exẽplo. Mineruas plures fuisse scribit Cicero libro tertio de natura deorũ: Primã: quæ ex Vulcano genuit Apollinem eũ: cuius in tutela Athenas antiq historici eẽ uoluerũt. Secũdã ortã Nilo: quã ægyptii colũere. Tertiã Ioue genitã: principẽ: & inuentricem belli. Quartã Ioue natã: & Coriphe oceani filia: quã arcades Coriã nominarunt: & quadrigarum inuentricem ferũt. Quintã Pallantis: q̃ patrem dicit interfecisse uirginitatem suã uiolare conãtem: cui pinnas talaria affigũt. Tertia igit Minerua e Ioue tantũ genita dicitur. Is. n. qũ Iunonẽ uxorẽ sterilẽ intueret cõcusso capite Mineruã dicit cũ clypeo edidisse: dicẽte in tertio fastoꝝ Ouidio. Aut quia de capitis fert sine matre paterni Vertice cũ clypeo prosiluisse suo. Fingit aũt nata de Iouis capite: uel quia (ut docet Lactantius) naturæ ratiõe prudẽtia oĩs in capite est. Vel quia uirtus solis humanis mẽtibus prudẽtiã subministrãs: quã per Mineruã accipimus: ut scripsit Porphyri au tore Macrobio edita est de sũma ætheris pte: ac nulla reꝝ corporeaꝝ admistiõe ab ipso Ioue: idest a deo intellectum accepimus. Natã eã sine matre fingunt: qm̃ in fœminis prudẽtia nõ est: cuius dea est ipsa Minerua: qđ Martianus in hymno Palladis ita oñdit. Quã de patre ferunt sine matris semine natã, puida cõsiliũ

Minerua plures

Minerua e Iouis capite

Cur pallas dicit nata de Iouis capite

Cur pallas sine matre

Cõcipiamq; bonas ore fauente preces.
Nõ ita sum positus: nec sunt ea tẽpora nobis
Aduẽtu possim lætus ut esse tuo.
Funeris ara mihi feralí cincta cupressu
Cõuenit & structis flamma parata rogis.
Nec dare tura libet níl exorantia díuos.
In tantis subeũt nec bona uerba malis.
Sí tamen est aliqd nobis hac luce petendum
In loca ne redeas amplius ista precor.
Dũ me terrarũ pars pene nouissima ponti
Euxinus falso nomine dictus habet.
Vltor & antistes doctorũ sãcte uirorũ
Quid facis ingenio semp amice meo.
Ecqd: ut incolumẽ quõdã celebrare solebas
Nũc quoq; ne uidear totus abesse caues.
Colligis exceptis ecquid mea carmina solis
Artibus artifici quæ nocuere suo.
Immo ita fac quæso uatum studiose nouorũ:
Quaq; potes retine corpus in urbe meũ.
Est fuga dicta mihi: nõ est fuga dicta libellis:
Qui domini pœnã non meruere sui.
Sæpe ꝓ externas profugus pater exulat oras:
Vrbe tamen natis exulis esse licet.
Palladis exemplo de me sine matre creata
Carmina sũt: stirps hæc ꝓgenieq; mea.

Cõsiliũ ĩ fœmina ĩ ualidnm

Cur tẽpla palladis ĩ arce

Cur ĩ palladis ægide est Medusa

Arma palladis

Pallas uirgo

Pallas trigemina

Glaucopis dicit pallas

q̃ nescit curia matrũ. Quod aũt in fœmina sit parũ prudentiæ designat Aristoteles in secundo politicoꝝ docens: Consiliũ in fœmina esse inualidũ. Eadẽ ẽt dea patrona urbiũ dicitur: q̃ in arce templa ueteres palladi sacrarunt: cuius rei cãm dicit esse idem Martianus: q̃ ratio amplificet q̃ꝫ est elatior urbes. Et in Aegide Medusam saxificã ideo gestate memoratur. Quod pauidũ stupidet sapiens solertia uulgus: Arma autẽ Palladi hæc assignant poetæ Clypeũ & acutæ cuspidis hastã. Dat galeã capiti: defendit ægide pectus. Idẽ Martianus ideo clypeũ Palladi datũ docet: Sapiẽti q̃ regat orbẽ: Vel rationis opẽ q̃ spumea prælia pascant. Hasta etiã uibrans pẽnetrabile monstrat acumen. Diodorus scribit Aerẽ noũatum Palladẽ: ac Iouis filiam dici: & uirginẽꝫ fuisse: quoniã & nõ corrumpatur & sublimiorem locum teneat: quapropter ex uertice Iouis dicitur nata. Eandem dictam esse Trigeminam propter tria anni tempora Ver: æstatem: hiemem. Dicitur etiam Glaucopis non ea causa: qua græci quidam arbitrant q̃ oculos cæsios habeat: quod stultum uidetur. Sed qa aer glauci sit aspectus. Eam Papinius in secundo thebaidos appellat Iouis ingenium qum inquit. Diua fer ox magni decus ingeniũ q̃ parentis Bellipotens: cui torua genis horrore decoro Cassis & asperso crudescit sanguine gorgon. Hanc tibi cõmendo. Cõmendo tibi hãc meã stirpẽ & progenie em. Hoc erit maior sarcina. Tãto erit maior sarcina: qa qui carent parẽtibus: indigent maiori p̃sidio & fauore. Tres mihi sunt nati. Tres illos de arte amãdi libros significat. Contagia nr̃a. Nostra mala: nam & ipsi ex urbe eiecti sunt. Cætera turba. Reliqui libri a me editi. Ter quinq̃ uolumina. Libri quindecim. Formæ mutatæ. Metamorphoseos. De domini funere. Subita enim relegatione opus illud inemendatum emissum ẽ.

Si non prius ipse perissem. Si non antea relegatus essem. Certius nomen. Clariorem famam.

A summa manu. Post ultimam emendationẽ.

In populi quicq̃. Quasi dicat si modo popul⁹ romanus legit scripta mea: a quib⁹ fortasse abhorret p̃pter amatorios libellos. Hoc. Scilicet carmẽ subditiuum. Appone. Ascribe. Ab orbe diuerso. A scythica plaga. Quo tẽpore. Qum ad huc florerem: an qum relegatus fuissem. Quoq̃ loco. Romæ ne in doctorꝫ hominuꝫ luce & librorum copia: an in Scythia. Aequs erit scriptis. Scriptis meis æqum se iudicem præstabit: & siqd in his damnandum deprehendet: mihi ignoscet. Sciet enim me ea composuisse relegationis meæ tempore: & in media barbaria.

Deducere

Ducere. Deducere. Carmina enim dicuntur deduci. Vergilius. Pascere oportet oues deductum dicere carmen: aut (quod magis placet) scribere. propterea q̃ addidit tristi manu. Arcus & arma. Quibus utunt Scythæ. Quo secedam. Quo me ab aliis remoueam: & secessum aliquem amœnum petam extra urbem studiis aptum. Custodia muri. Duplici causa se nõ posse secedere designat: & q̃ clausæ sũt portæ ciuitatis: & q̃ custodes murorum egredientes obseruant. Turpe fateri. Turpe est dicere. Est autem parenthesis. Circũsonor. Quia omnes loquuntur threicio & getico sermone. Modis geticis. Linguam enim geticã didici. Immista. Sub audi uerba getica. Qualẽcunq̃. Vel cultũ uel incultũ. Dignare. Dignũ iudica. Et excusa. Et excusatũ habeas illũ: uel certe aliis excusa. Conditione meæ sortis. Quia exul in assiduo luctu & malis uersor.

Hãc tibi cõmẽdo: q̃ quo magis orba parẽte ẽ
Hoc tibi tutori sarcina maior erit.
Tres mihi sũt nati cõtagia nostra secuti:
Cætera fac curæ sit tibi turba palam.
Sunt quoq̃ mutatæ ter qnq̃ uolumia formæ
Carmina de domini funere rapta sui.
Illud opus potuit: si nõ prius ipse perissem:
Certius a summa nomẽ habere manu.
Nũc incorrectũ populi peruenit in ora:
In populi quicquã si tamẽ ore mei est.
Hoc quoq̃ nescio quid nostris appõe libellis
Diuerso missum quod tibi ab orbe uenit.
Quod qcunq̃ leget: si quis leget: extimet ãte
Cõpositum quo sit tẽpore: quoque loco.
Aequus erit scriptis quorum cognouerit esse
Exilium tempus barbariamq̃ locum.
Inq̃ tot aduersis carmen mirabitur ullum
Ducere me tristi sustinuisse manu.
Ingeniũ fregere meum mala: cuius & ante
Fons infœcũdus paruaque uena fuit.
Sed quæcunq̃ fuit nullo exercente refugit:
Et longo periit arida facta situ.
Nõ hic librorũ per quos inuiter: alarque
Copia: pro libris arcus & arma sonant.
Nullus in hac terra recitẽ cui carmina: cuius
Intellecturis auribus utar: adest.
Nec quo secedã locus est: custodia muri
Summouet infestos clausaq̃ porta getas.
Sæpe aliqd quæro uerbum nomenq̃ locũq̃
Nec quisquã est a quo certior esse queam.
Dicere sæpe aliquid conanti (turpe fateri)
Verba mihi desunt dedidicique loqui.
Threicio geticoq̃ fero circumsonor ore.
Et uideor geticis scribere posse modis.
Crede mihi timeo ne sint immixta latinis:
Inque meis scriptis pontica uerba legas.
Qualemcunq̃ legas uenia dignare libellũ:
Sortis & excusa conditione meæ.

BARTHOLOMAEI MERVLAE IN Q. VARTVM OVIDII DE TRISTIBVS LIBRVM ENARRATIONES.

SI qua meis fuerint. Excusandos esse dicit poeta eius libellos: si qd fuerit in his reprehendendū: siquidē exul hæc scribebat nō gloriæ cupiditate: sed ut requiē peteret: & dolorē exilii carminibus cōsolaret: enumerat postremo mala: quæ patit in Scythia: quibus si carmē rude fuerit: & impolitū: lectorē rogat: ut sibi ignoscat. Si qua fuerint uitiosa. Si qua fuerit uitio alicui obnoxia. Suo tpe. Quia ea scripsi tpe quo erā relegatus. Requiesq. Vt quiescerē magis eo tpe: q̄ scriberē p̄clarę aliq̄d: quā rē melius declarat in sequenti uersu. Ne foret intēta. Ne foret solicita.

Hoc est cur cantet. Multorū exēplo se hæc fatet scripsisse: ut potiꝰ dolorē leuaret: q̄ gloriā acqreret

Vīctꝰ quoq; cōpede fossor. Eos q ī ergastulis uincti tenebāt: & agros fodiebāt: designat. Ergastulū n. neutro gñe (autore Marcello) carceris locus est. Liuius. Ductū se a creditore nō in seruitiū: sed in ergastulū & carnificinam. Ergastulus uero custos pœnalis loci. Lucilliꝰ in. xv. Nō ergastulus unꝰ & aliꝰ iudicē apposuit: ut nemo sniam libere magis q̄ ergastulus dicere possit. Ergastulos Plynius ita describit. At nūc eadē illa: uincti pedes: damnatæ manus: inscripti uultus exercēt. Columella. Ergastularios appellat eos qui p̄sunt ergastulis. Idē docet libro. i. qūo Ergastuli mancipia recognosci debeant: atq; tractari ab ergastulariis. Ergasteriū dī officina: unde in decretis legimus nulli clerico licere tabernā: aut Ergasteriū hre: deducit aūt Ergastulū ἀπο τοῦ ἐργου. i. ab ope: & γέλλο mitto: mittebant. n. ad ergastula ubi opari cogebant. Ergastulū

Ergastulariorum

Ergasteriū

Indocili nūero. Cātu īdocto: uel quē nemo docuit: uel certe nō apto aut facili doctu: nulla. n. ratione cōstat: aut p̄ceptis. Qum graue mollit opꝰ Qum duq; fodiēdi opꝰ leue & molle facit. Cantat & īnitēs. Nautas designat: qui p flumīa ducūt naues grauissimas: & uix mobiles: cātādo aūt laborē īminuūt. Ratē tardā. Nauē grauē: aut tardā: qa ducit cōtra fluminis cursū. Quiq; refert.

Ille ēt cantat minuēdi laboris gra: q assidue remigat & leuiorem nauem impellit. Duo ergo nauium genera ponit: grauē scilicet: q̄ remis limo innitentibus: & leuiorem: quæ adductis lacertis impellitur: ut remigantes uulgo uidemus: quos omnes cantu dicit laborem leuare: ut ipse poeta carminibus dolorem imminuit. Arundineo carmine. Fistulæ cātu: quæ ex arūdinibꝰ fiūt a pastoribꝰ: ut in Argi fabula docet Ouidiꝰ in. i. met. & ī bucolicis Maro. Trahētis. Deducētis: filātis. Abducta lyrneside. Abducta hippodamia Brisei filia. Lyrnesū aūt oppidū fuit ī ora Troia cōtra Lesbon Hippodamiæ patria. Vñ ipsa Lyrnesia appellata est. Quō aūt Briseis ab Agamēnone erepta fuerit Achilli: notū ē Homeri carmīe ex prīo Iliados: & Ouidii epistola. Aemonia lyra. Lyra Achillis Aemōii: hoc ē Thessali. Aemon. n. rex fuit Thessaliæ Deucaliōis filiꝰ: a quo Aemōia Thessalia cognoīata fuit: q̄ postea ab eiꝰ filio Thessalo appellari cœpta fuit. Quod aūt Achilles a græcis alienatꝰ ob ereptam Briseida cithara uteret: docet Homerꝰ libro nono Iliados. Ita enim inquit. Posteaq̄ legati Agamemnonis ad tentoria: naueśq; Myrmidonum peruenerunt: offendunt illum sedentem & permulcentem sibi aures cantu Patrocli: qui unus aderat sedente ex aduerso: expectanteq; quando ille a canendo cessaret: canebat autem ad citharam uirorum fortium laudes Eam citharam quando Thebas euerteret inter spolia Eetionis regis inuenerunt: non solum qualitate: uerūetiā aspectu insignē: nam & artificio & materia iugoq; argēteo erat decora: unde etiā in epistolis ita scribit Ouidiꝰ. Tutius est iacuisse toro: tenuisse puellā. Threiciā digitis increpuisse lyram. Qum traheret siluas. Qum traheret arbores cātu & saxa. Ouidius in. iii. de arte amādi. Saxa feraśq; lyra mouit rhodopeius Orpheus Tartareosq; lacus trigeminūq; canem. & Vergilius. Orpheaq; in medio posuit: siluasq; sequentes: hoc ideo fingitur: qñ fuit eloquentissimus: & hominum pertinaciam fregit eloquētia. Fuit aūt Orpheꝰ ex Thracia filiꝰ Oeagri: ut ipe i Argonautica scripsit: & Maro eū Oeagriū appellauit. Idē ēt asserit Diodorus in quīto scribens illum & doctrina & Melodia ac poesi excessisse oēs quoq; extet memoria. Is

Lyrnesum

Aemonia

Thessalia

Cithara achillis

Orpheus

PVBLII OVIDII NASONIS DE TRISTIBVS LIBER Q VARTVS.

QI qua meis fuerint ut erūt uitiosa libellis
Exculata suo tēpore lector habe.
Exul erā reqesq; mihi nō fama petita ē
Mēs ītēta suis ne foret usq; malis.
Hoc est cur cantet uinctus quoq ue compede fossor:
Indocili numero cū graue mollit opus.
Cantet & innitens limosæ pronus harenæ:
Aduerso tardā quī uehit amne ratem.
Quiq; refert pariter lentos ad pectora remos
In numerū pulsa brachia uertat aqua.
Fessus ut incubuit baculo saxoque resedit
Pastor arundineo carmine mulcet oues.
Cātantis pariter: pariter data pensa trahentis
Fallitur ancillæ decipiturque labor.
Fertur & abducta lyrneside tristis achilles
Aemonia curas attenuasse lyra.
Cū traheret siluas orpheus & dura canendo

Eurydice

Vxorẽ habuit Eurydicen: quæ dũ Aristæum fugeret per loca herbis floribusq; ornata latẽtem serpentẽ calcauit: cuius uenenato morsu extincta ad inferos descendit: nota est fabula: quã elegãtissime descripsit Maro in quarto georgicoꝝ. Est aũt Eurydice humana aĩa quæ dicit᷑ Eurydice. i. latũ iudiciũ hñs: ꝓpterea ꝙ rationalis est: hæc nubit Orpheo qũ corpori cõiũgit᷑: & amat᷑ ab Aristæo. i. ab optimo. Illa aũt corporeis uoluptatibus irretitur. id. n. sunt flores atq; herbæ: quæ terræ sunt pulchritudines: optimũ qđ est ꝙ illa fugit: atq; a serpẽte. i. a peccato: qđ inter illas uoluptates latet: interimitur: & ad inferos demergitur: sed conceditur Orpheo: ut illã sono citharæ. i. actionum optima cõpositiõe: quæ maxima harmonia ẽ: uñ uirtus exorit᷑: ab inferis reuocet. i. a uitiis liberet: sed ea lege ne respiciat. i. ne in uitia relabat᷑. Bis amissa cõiuge. Bis perdita Eurydice primo qũ ea Aristæũ fugiẽte: periit morsu serpentis. Deide qũ ea illi ab inferis redeunti erepta est. Legẽ. n. dederat Proserpina ne respiceret: donec in auras supas perueniret: sic ẽt Vergilius. Quo se erepta bis cõiuge ferret. Mœstus erat. Erat tristis: sed tñ cantu dolorem leuabat. Vergili᷒. Septẽ illũ totos perhibẽt ex ordine mẽses Rupe sub aeria deserti ad strymonis undã Fleuisse: & gelidis hæc euoluisse sub antris Mulcẽtẽ tigres & agentẽ carmĩe querc᷒. Musa. Carmẽ: qđ facio leuãdi doloris gratia. Ponti loca iussa. Tomitanã urbẽ dicit. Et culpam. Culpæ meæ cãm hoc est errorẽ. Hoc ipso. Hac ipsa re. i. carmine. Est aũt sensus. Musa hac re mihi est æqua: qua antea accusatus fui: uel certe hoc dicit. Musa ideo est mihi æqua: qm̃ mecũ accusata fuit: & mihi prius nocuit. Acta rea est. Accusata est. Intelligit aũt carmina amatoria: quæ cum ipso poeta dãnata sunt. Quoniam nocitura fuerunt. Quoniã debebant mihi obesse. Pieridũ sacris. Sacris musarum. Sane sunt qui scribãt musas Pierides dictas a filiabus Pieri quas uicerũt falso adducentes id Ouidium scribere: Qum cõstet dictas a pierio monte᷒: ut docet Pompeius. Scribit etiam Hesiodus ex Ioue & Mnemosyne Musas in Pieria natas. Et Cicero libro tertio de natura deorum ita refert. Iam musæ primæ quattuor natæ Ioue altero Nete: & Theximone: Edearche: Melete. Secundæ Ioue tertio & Mnemosyne procreatæ nouẽ: Tertiæ Ioue tertio in Pierio natæ & Antiopia: quas pieridas & pierias solent poetæ appellare iisdẽ noĩbus eodẽ numero: quo maxime supiores. Ouidius in met. non Antiopiã: sed Anippen noĩat. Quare aut illic Antiope: aut apud Ciceronẽ Anippe legendũ est. Pierus aũt mons est Thessaliæ: qui ad Macedoniã portẽditur: autore Plynio. Pompeius. In thessalia musarꝝ parens domusq; Pieria. De Musis plura Diodorus.

Pierides nõ a filiabus Pieri dictæ

Pierus mons

Vbi taurica. Vbi regio illa crudelis: de qua Herodotus libro quarto ita ſcribit: Ab Iſtro hæc iam uetus Scythia eſt ad meridiem uerſus auſtrum propoſita uſq; ad urbem Carcinitidem: Eiuſdem deinceps quod ad mare fert montoſæ regionis: & in pontum porrectum incolit gens Taurica Cheroneſſo tenus: nomine Trechea: ideſt aſpera: hæc ad mare pertingit: quod ad uentum Subſolanum uergit: Sunt autem finium ſcythiæ partes duæ ferentes ad maria: altera ad meridianum: Altera ad orientale quod admodum atticæ regionis: atq; ſimilium: q; ſic partem Scythiæ Tauri incolũt: ut ſi atticæ iugum Suniacum alia gens: nõ Athenienſis incoleret: quod a Tributhoica uſq; ad anaphlyſtam magis in pontum porrigit promontorium. Talis eſt (ut parua cum magnis comparem) Taurica regio. Qui autem non eſt hanc atticæ partem p̃ teruectus: huic alio modo planum faciam: ut ſi Iapygiæ: non Iapyges: ſed alia gens imperans eam diuiſa terra a Brunduſio uſq; Tarentum: & promontorium incoleret. Tauri autem uirgini naufragos ĩmolant: & quoſcunq; græcos illuc delatos: Hoc modo poſtquam preces peregerint: hominis caput claua feriunt. Truncum eius quidam aiunt perturbari e rupe: nam in rupe prærupta templum ẽ eorum ſitum: cruci affigunt caput: quidam de capite ſuffigendo conſentiunt: ſed truncum e præcipitio deiici negant: ſed humo contegi dicunt. Dæmonem: cui immolant ipſi Tauri aiunt Iphigeniam Agamemnonis filiam.

Scythia uetus Taurica gens

Nec procul a nobis. Nec longe a Tomitana urbe. Cæde. Morte hoſpitum. Deæ pharetratæ. Deæ Dianæ: quæ tanq̃ uenationis dea ſagittis utitur: Ea nata eſt in creta ex Ioue: & Charmide Euboli Cereris filii: Hæc rætia ad uenandum inuenit: ex quo & Dictynna eſt cognominata. Colebatur autem circa Epheſum: Pontum: Perſidem: & Cretam: unde Ephæſia. Creſia. Tauropolia: ac Perſea.

Diana ubi colebatur

Non inuidioſa nephandis. Non odioſa ſceleſtis hominibus. Nec cupienda bonis. Nec etiam optanda ab hominibus bene inſtitutis. Hic. In taurica regione.

Idq; deus ſentit: p quo nec lumẽ adẽptum ẽ
Nec mihi detractas poſſidet alter opes.
Forſitã hãc ipſam: uiuat modo: finiet olim
Tempore cũ fuerit lenior ira fugam.
Nũc p̃cor hinc alio iubeat diſcedere: ſi non
Noſtra uerecũdo uota pudore carent.
Mitius exilium paulo q; propinqus oro
Quiq; ſit a ſæuo longius hoſte locum.
Tãtaq; in auguſto ẽ clementia: ſi qs ab illo
Hæc peteret pro me: forſitã ille daret.
Frigida me cohibent euxini littora ponti
Dictus ab antiquis axinus ille fuit.
Nã neq; iactantur moderatis æquora uentis
Nec placidos portus hoſpita nauis habet:
Sunt circa gentes q̃ prædã ſanguine quærũt:
Nec minus in fida terra timetur aqua.
Illi quos audis hominum gaudere cruore:
Pene ſub eiuſdem ſideris igne iacent.
Nec procul a nobis locus eſt ubi taurica dira
Cæde pharetratæ ſpargitur ara deæ.
Hæc prius (ut memorãt) nõ inuidioſa nefãdis
Nec cupienda bonis regna thoantis erãt.

Filiæ agamẽnonis tres

Virgo pelopeia. Iphigenia filia Agamemnonis ex Pelopis genere. Tres autem filias Agamemnonem habuisse docet Homerus: Chrysothemin: Laodicen: & Iphianassam. Ouidius in fastis. Quod semel est triplici pro uirgine cæsa Dianæ. Nunc quoq; pro nulla uirgine cæsa datur. Pro supposita cerua. Pro cerua quam loco Iphigeniæ subiecit Diana: ut docet Seruius in enarratione eius uersus. Sanguine placastis uentos & uirgine cæsa. Illud notandum Iphigeniam proferri penultima longa: eadem etiam Iphianassa dicta fuit. Lucretius. Aulide quo pacto triuiai ad uirginis aram Iphianassæo turparũt sanguine fœde Ductores danaum. Pius an sceleratus. Quia & patrem ultus fuit: & matrem cædis autorem interfecit. Vnde qum Areopagitarum iudicium subiisset uariatis hominum sententiis non solum diuina: sed etiam deæ sapientissimæ sentẽtia absolutus fuit: ut docet Cicero in oratione pro Milone. Illud sciendum in Areopago Martem primum causam cædis dixisse. Alirrhothium enim Neptuni filiũ interfecit ob uiolatam ab illo Vlcipen eius filiam. postea ibidem de Oreste ob matris necem iudicatum fuit. Autor Pausanias. Idem scribit Areopagum a Marte ob causam prædictam appellatum. Ares enim græce Mars dicitur: & Pagus uilla: unde Areopagitæ fuere curiales athenarum. Ibi dicũt Martem homicidii reum iudicantibus duodecim diis sex sententiis absolutum esse: Nam ubi paris numeri sententiæ fuissent: præponi absolutio damnationi solebat. Areopagũ tamẽ Varro ab Areopago nomen accepisse putat: ne de maiestate deorum indignum aliquid sentiat: ut Augustinus in libro decimo octauo de ciuitate dei docet. Exactus. Eiectus: Vexatus post matris cædem. Phocæus. Pylades ex Phocide regione filius Strophii.

Oresten absolutus

Areopagꝰ Areopagitæ

Qui. Pylades: & Oreste. Ad aram. Ad Dianæ Tauricæ altare: ut de more deæ sacrificarẽtur.

Barbara uitta. Vitta qua uinciebantur eorũ capita: qui deo alicui imolabantur. Vergilius. Et circum tempora uittæ. Graias comas. Crines Pyladis: & Orestis: qui græci erant. Vice sermõis. Vicissitudine loquendi. Fratrem. Orestẽ. Cognouit. Ipsa Iphigenia. Signum deæ. Dianæ simulacrum. In meliora. Ariciam enim deam attulit: ut docet Seruius in loco supra assignato. Homines. Pylades: Orestes: & Iphigenia. Diiq;. Ipsa Diana. Prope meam terram. Prope Tomitanam urbem. Placato deo. Placato Augusto.

Hic ꝓ supposita uirgo pelopeia cerua
Sacra deæ coluit qualiacunque suæ.
Quo postq̃ dubiũ ẽ pius an sceleratꝰ orestes
Exactus furiis uenerat ipse suis.
Et comes exemplũ ueri phocæus amoris.
Qui duo corporibus: mẽtibus unus erãt.
Protinus euincti tristem ducuntur ad aram:
Quæ stabat geminas ante cruenta fores.
Nec tñ hũc sua mors nec mors sua terruit illũ
Alter ab alterius funere mœstus erat.
Et iam costiterat stricto mucrone sacerdos:
Cinxerat & graias barbara uitta comas.
Cũ uice sermonis fratrem cognouit: & illi
Pro nece complexus iphigenia dedit.
Læta deæ signum crudelia sacra perosæ
Transtulit ex illis in meliora locis.
Hæc igitur regio magni pene ultima mũdi:
Quã fugere hoies diiq; ppinqua mihi ẽ.
Atq; meã terram prope sunt funebria sacra:
Si modo nasoni barbara terra sua est.
O utinam uenti: quibus est ablatus orestes:
Placato referant & mea uela deo.

Mihi dilectos iter pars prima sodales:
Vnica fortunis ara reperta meis.
Cuius ab alloquiis aĩa hæc moribũda reuixit
Vt uigil infusa pallade flamma solet.
Qui ueritus non es portus aperire fideles:
Fulmine percussæ confugiumque rati.

In Quintam Elegiam Enarratio.

Mihi dilectos. Amicum laudat poeta: eumq; monet: ut cõstanter munus amicitiæ exequatur: eiq; apud Augustum opem ferat. Ostendit deinde multis exemplis tẽpore omnia molliri præter eius curas: siquidem duos ãnos ægit exul: nec potuit unq̃ malis assuescere: immo illi omnia in dies tristiora uideri præter aliorum consuetudinem: qui uariis mali sexercitati tandem incipiunt callere: & obdurescere. Postremo ex incommodorum multiplici genere ostendit se ita deficere: ut non diu credat se superuicturum tantis malis: quam rem dicit sibi solatio relictam esse. Dilectos mihi. A me amatos. Vnica ara. Solum refugium. Infusa pallade. Oleo infuso. Posuit autem deam olei inuentricem pro ipso oleo more poetarum. Quomodo autem oliuã inuenerit Pallas: docet Ouidius libro sexto met. ac etiam Seruius. Vergilius. Oleæq; minerua Inuentrix. Scribit etiam Diodorus libro sexto: ꝙ Palladi olearum: oleiq; educendi inuentionem tribuunt. Nam ante huius deæ ortũ erat hæc arbor cum aliis siluestribus immista: olei usus aberat qum esset incognita. Diodorus tamen in primo scribit Oleæ plantam ab Osiride non a Minerua: quemadmodum græci dicunt repertam. Portus fideles. Amicitiæ munera: & confugium. Rati percussæ fulmine. Mihi telis & ira Cæsaris prostrato.

Oliuæ & olei inuẽtrix

Cuius censu. Cuius opibus. Patrias opes. Patrimonium meum. Huius temporis. Huius mei infortunii. Impetus. Ardor quidam scribendi. Ouidius in fastis. Scimus: & ad nostras sese tulit impetus artes. Pene mihi excidit. Quasi editum est in meo carmine. Raram fidem. Fidem erga me tuam: q̃ raro in aliis reperitur. Conciliare famæ. Immortalitati consecrare. Nominis. Vt nomẽ tuum edam. Dum. Donec. Aura. Fauor. Deo. Augusto. Amicitiæ indeclinatæ. Amicitiæ non imminutæ: sed firmæ. Processus perennes. Continuos progressus. Ope. Cuiusq̃ auxilio. Virum. Te maritũ. Socius sanguinis. Frater tuꝰ. Frater. Pollux.

Cuius eram censu nõ me sensurus egentem:
Si cæsar patrias eripuisset opes.
Temporis oblitũ dum me rapit impetus huius
Excidit heu nomen quã mihi pene tuum.
Tu tamen agnoscis: tactusq̃ cupidine laudis
Ille ego sum cuperes dicere posse palam.
Certe ego: si sineres: titulũ tibi reddere uellẽ:
Et raram famæ conciliare fidem.
Ne noceam grato uereor tibi carmine: neue
Intempestiuus nominis obstet honor.
Quod licet & tutũ est intra tua pectora gaude
Meq̃ tui memorem: teque fuisse pium.
Vtq̃ facis remis ad opem luctare ferendam:
Dum ueniat placido mollior aura deo.
Et tutare caput nulli seruabile: si non
Qui mersit stygia: subleuet illud: aqua.
Teq̃ (quod est rarum) p̃sta constanter ad oẽ
Indeclinatæ munus amicitiæ.
Sic tua p̃cessus habeat fortuna perennes.
Sic ope non egeas ipse iuuesq̃ tuos.
Sic æquet tua nupta uirũ bonitate perenni:
Incidat & uestro rara querela toro.
Diligat & semper socius te sanguinis illo:
Quo pius affectu castora frater amat.
Sic iuuenis similisq̃ tibi sit natus: & illum
Moribus agnoscat quilibet esse tuum.

Gemniorũ fabula

Sane Tyndarus: Aphareus: Icarus: & Leucippus filii fuere Perieres: & Gorgonis. Ex Aphareo & Arnene nati sunt Lynceus & Idas. Ex Leucippo & Philodoce: Phœbe: & Ilaira filiæ: quas pactas cõiugio Idæ & Lynceo fratribus a Castore & Pollu ce raptas scribit Ouidius libro quinto fastorum: quam ob causam orta iter eos pugna Castor: qui mortalis erat: occiditur. Lynceum uero Pollux interemit. Sed qum postea Idas in Pollucem irruet: a Ioue fulmine ictus: exanimatusq̃ dextra sem per hastam tenuit. Et qum Iupiter cœlum Polluci daturus esset: eius precibus factum est: ut sex mensibus Castor in cœlo esset: totidem Pollux dicente Ouidio. Iamq̃ tibi Pollux cœlum sublime petebat: Qum mea dixisti percipe uerba pater. Quod mihi das uni: cœlum partire duobus. Dimidium toto munere maiꝰ erit. Quod ideo fingitur: quia eorum stellæ ita se habent: ut occidente una oriatur altera: uel quia alternis diebus lucent: uel quia per geminos unum atq̃ eundem solem significamus (ut ait Macrobius) modo in ima descendentem: modo in summam altitudinem resurgẽtem. Higinus scribit Castorem & Pollucem omnium fratrũ inter se amantissimos fuisse: q̃ neq̃ de principatu contenderũt: neq̃ ullam rem sine communi consilio gesserunt: pro quibus officiis eos Iupiter inter notissima sydera constituisse existimatur. Neptunus quoq̃ pari consilio remunerauit: nam equos his quibus utebantur: donauit: & dedit potestatem naufragis saluti esse. Non desunt tamen q̃ dicant Castorem fuisse occisum eo tempore: quo lacedæmones cum atheniẽsibus bellum gesserũt. Alii autem: qũ oppugnarent Spartam Lynceus: & Idas ibi periisse dixerunt: Pollucem ait Homerus concessisse fratri dimidiam uitam. Itaq̃ alternis diebus eorum quenq̃ lucere. hæc Higinus. Illud notandum Geminorum sydera constare stellis. xviii. & qum se ostendunt nautis laborantibus: spem salutis præbent autore Porphyrione. At e contra Helenæ sydus dicitur esse infœlix: ac dirũ. De his ita Plynius scribit. Vidi in nocturnis militum uigiliis inhærere pilis pro uallo fulgurum effigies. Eæ & antennis nauigantium: aliisq̃ nauium partibus ceu uocali quodam sono insistunt: ut uolucres: sedem ex sede mutantes. Graues qum solitariæ uenere: mergenteq̃ nauigia. Et si in carinæ ima deciderint exurentes. Geminæ autem salutares: & prosperi cursus prænunciæ: quarum aduentu fugari diram illam ac minacem appellatamq̃ Helenam ferunt. Et ob id Polluci & Castori id numen assignant: eosq̃ in mari deos inuocant: hominum quoq̃ capita uespertinis horis magno præstigio circũfulgent. Omnia incerta ratione & in naturæ maiestate abdita. Propertius. Quam sic ignotis circundata littora siluis Cernere: & optatos quærere tyndaridas. Oratius. Sic fratres helenæ lucida sydera. Martialis. Et gratum nautis sydus fulgere laconum & Catullus. Hic uelut in nigro iactatis turbine nautis Leniter aspirans aura secunda uenit. Iam prece pol lucis iam castoris implorata. Et Seneca in primo Nat. quæstionum ita scribit. In magna tempestate apparent quasi stellæ uelo insidentes adiuuari se tunc periclitantes Pollucis: & Castoris numina: Causa autem melioris spei est: q̃ iam apparet frangi tempestatem & desinere uentos: aliquando feruntur ignes non sedent: Gilippo Siracusas petenti uisa' est stella super ipsam lanceam constitisse: In romanorum castris uisa

Castor & pollux inter sydera

Cur gemini cœlum partiti

Castor & polux fratrũ inter se oĩum amantissimi

Pollux fratri dimidiã uitam concessit

Helenæ sydus

Geminos in mari inuocant

ſunt ardere pila: ignibus ſcilicet in illa delapſis: qui ſæpe fulminum modo animalia ferire ſolent: & arbuſta: & ſi minore ui mittuntur: defluunt tantum: & inſident: non feriuntur: nec uulnerant. Nomen aui. Optat etiam ut filia pariat ſibi nepotem eo adhuc iuuene. Aratri ruricolæ. Aratri colentis rus: ꝙ autem Tauri & equi tempore domentur: docet etiam in arte amandi Ouidius qum ait. Tempore difficiles ueniunt ad aratra iuuenci. Tempore lenta pati frena docentur equi. Lentis. Flexilibus. Duros lupos. Dura fræna. Lupata autem itelligit. Eſt enim Lupatum frænum aſperum dictum (autore Seruio) a lupinis dentibus: qui inæquales ſũt. Vergilius. Et duris parere lupatis. Et Martialis. Mordent aurea ꝙ lupata cerui. Leonum pœnorum. Inter leones africani ſunt feroces. Eorum (autore Plynio) duo ſunt genera. Compactile: & breue criſpioribus iubis: hos pauidiores eſſe dicunt: q̃ lõgo ſimpliciq; uillo: eoſq; contemptores uulnerum: grauem habent odorem: nec minus halitum. Martialis. Nõ ab amore recens hircus: non ora leonis: rari in potu. Veſcuntur alternis diebus. Leoni tantum ex feris clementia in ſupplices proſtratis parcit: quod docuit ſuperi" Ouidius eo uerſu. Corpora magna animo ſatis eſt proſtraſſe leoni. Pugna ſuum finem qum iacet hoſtis: habet. Hoc tale tãq; ſæuum animal rotarum orbes circumacti: curruſq; inanes & gallinaceorum criſtæ: cantuſq; etiam magis terrẽt ſed maxime ignes. Primus romæ leones ad currũ iunxit. M. Antonius: & quidem ciuili bello qum dimicatum eſſet in pharſalicis campis. Naꝫ ꝙ ita uectus eſt cum Mima Cytheride ſupra monſtra etiam illarum calamitatum fuit. Leones autem domari & manſuefieri: ut hic oſtendit Ouidius: docet etiam Plynius ſcribens Hannonem e clariſſimis pœnorum primum leonem manu tractare auſum: & manſuefactum oſtendere. Mox eundem damnatum illo argumento: quoniam nihil non perſuaſurus uir tam artificis ingenii uidebatur: & male credi libertas ei cui in tantum ceſſiſſet etiam feritas. Tibullus. Longa dies homini docuit parere leones. Herodotus libro tertio eſt autor. Leænas inter omnem uitam ſemel parere: eoq; uno partu nunq̃ edere plures q̃ unum: nam una cum fœtu eas uterum emittere opinatur: cuius rei cauſam hanc eſſe dicit: ꝙ Catulus ubi moueri in utero incipit: qum habeat ungues longe acutiſſimos ex omnibus feris: uterum lacerat: augeſcenſq; magis ac magis ungues imprimendo exulcerat: ita ut ad poſtremum dum partus adeſt: nihil uteri relinquatur in colume. Hanc opinionem refellit Ariſtoteles libro de hiſtoria animalium. vi. docetq; Leænam coire: & parere non omni tempore: ſingulis tamen annis uere parere: & magna ex parte geminos. Sed qum plurimos ſex catulos: nonnunq̃ etiam unum. Rarum hoc animal eſt: nec multis naſcitur locis: ſed Europæ totius ea parte ſolum: quæ inter Acheloum & Neſtum amnem eſt. Leones terræ Syriæ quinquies inter omnem uitam pariunt: primum quinq;: poſt uero ſubinde pauciores: deinde ſteriles degunt. Caret Leæna Iuba. maris hæc propria eſt. Homerus quoq; multis in locis oſtendit leones plures gignere: atq; educare catulos. Leonum genera tria eſſe ſcribit Solinus. Quidam enim ſunt breuiores: & iubis criſpi: quos plærũq; ignauos & imbelles eſſe docet. Alii ſunt longiores & coma ſimplici acres magis ac potentes. Tertium facit genus eorum quos creant pardi: remanent illi quidem in plæbe iubarum inopes. Inda belua. Elephantem dicit: qui paulatim magiſtris parere conſueuerunt: nam regem adorabant: genua ſubmittebant: coronas porrigebant: funibus ſubibant. Domantur autem rabidi fame & uerberibus elephãtis aliis admotis: qui tumultuantem catenis coerceant. Domiti militant: & turres armorum in hoſtes ferunt: magnaq; ex parte orientis bella conficiunt: proſternunt acies: proterunt armatos. Elephanti aphri indicos pauent: nec contueri audent: nam & maior indicis magnitudo eſt. Terreſtrium autem animalium maximus eſt Elephas: proximuſq; humanis ſenſibus: id animal fert africa ultra ſyrticas ſolitudines & in Mauritania: ferunt Aethiopes & Troglodytæ: ſed maximos india. Decem annis geſtare in utero uulgus exiſtimat. Ariſtoteles biennio: nec amplius q̃ ſingulos ſemel gignere: pluresq; uiuere. cc. annis: & quoſdam. ccc. Deuorant & lapides Mures omnium animalium maxime odere. Duriſſimum dorſo tergus. Ventres molles: ſetarum nullum tegumentum: tedio muſcarum infeſtantur. Sed cancellata cutis & inuitans id genus animalium odore. Ergo qum extenti recepere examina: arctatis in rugas repente cancellis comprehenſas enecant. Sunt autem Cancelli ligna ſubtilia: uel alia ſimilia in tranſuerſum facta in modum rætis: ad quorum ſimilitudinem elephantis cutis cancellata appellatur. De Elephantis natura: plura legito apud Ariſtotelem: Plynium: Diodorum: ac etiam Solinum. Racemis extentis. Racemis longis & exporrectis. Vix capiant merum. Vix teneant uinum quod eſt in ipſis granis.

Lupatum

Leonum genera

Halitus leonum grauis

Leones currui primus iũxit M. Antonius

Cytheris mima

Leones manſuefſcunt

Error Herodoti

Leonum partus

Elephãtorũ docilitas

Vbi elephanti naſcuntur

Cãcellata cutis

Cancelli

Sic ſocerum faciat tæda te nata iugali:
Nec tarde iuueni det tibi nomen aui.
Tẽpore rurícolæ patiens fit taurus aratri.
Præbet & incuruo colla premenda iugo.
Tẽpore paret equus lentis animoſus habenis
Et placido duros accípit ore lupos.
Tempore pœnorũ cõpeſcitur ira leonum.
Nec feritas animo quæ fuit ante manet.
Quæq; ſui iuſſis obtemperat inda magiſtris
Belua. ſeruitium tempore uicta ſubit.
Tẽpus ut extentis tumeat facit uua racemis
Vixq; merũ capiãt grana'qđ intus habẽt.

Tēs & in canas. Tpe ēt frumēta naſcunt: & ad maturitatē ꝓueniūt. Triſti ſapore. Sapore amaro: qa matureſcūt: & fiūt dulcia. Tenuat dentē aratri. Attenuat uomer. Renouātis terrā. Terrā itez ꝓſcindētis. Sæuas iras. Tpe ēt ira mitigatur. Igitur. Quando ita eſt ꝙ tempore omnia fiant. Tacito pede. Sēſim. Vt patria careo. Poſteaq̄ relegat⁹ ſum ab Auguſto. Bis frugibus area trita eſt. Per duas meſſes: to tidēq; uindemias poeta duos annos elegantiſſime deſignat. Diſſiluit. Saliendo egreſſa eſt. Longo ſpatio. Longo tempore. Patientia. Vt æquo animo ferrem relegationem meam. Habet ſenſum recentis mali. Sentit mala perinde ac recētia & non duorū annorū. Scilicet & ueteres. Dicit malum uetus ſibi ita recens uideri: quēadmodū iugū plærunq; & frenum iuuencis: & equis: qui quanuis diu illis aſſueti fuerint: tamen tanquam nouam moleſtiam plærunq; reiiciunt. Præſens erumna. Præſens malum & infortunium. Priore. Priorem erumnam eam intelligit: qua primo relegatus fuit Vt ſit enim ſibi par. Quāuis & præſens & prior erumna idem malum attulerint: in hoc tamen differunt: ꝙ præſens tempus diuturnitate magis aucta: maiorem etiam attulit dolorem. Quam ſunt. Subaudi nota. Magis grauāt. Maiori me afficiunt moleſtia. Quo ſunt cognitiora. Quo ſunt magis probata. Eſt quoq; non minimū. Oſtendit Ouidius nouum dolorem minus nocere q̄ ueterem. Vires afferre recentes. Ille dicitur afferre uires recentes alicui malo: qm is primuz & nunquam antea læſus afficitur aliqua inſigni clade: quod melius ſequenti uerſu declarat. Præconſumptum. Aliquem ante conſumptum & affectum. Malis tēporis. Malis uetuſtatis. Fortior in fulua. Exemplis arguit multo magis grauare mala uetera q̄ recentia. Luctator. Qui lucta ludit & palæſtra. Fuere autem tria athletica certamina: in quibus certabant corporibus ſuis. Curſores: Pugiles: & Luctatores: ut Homerus in Patrocli funere declarat. Inducit autem Neſtorem ita Achilli reſpondentem. Vici enim Enopi filium Clitomeden pugnis. Antheum Pleuronium lucta: fortem Ipiclum pedum uelocitate. Quomodo autem palæſtra luderent: docet Homerus his uerbis. Tum magnus Aiax Thelamoni⁹ & Vlyſſes uir ſumma prudentia præditus prodidere: manuſq; ualidas conſeruere: ut bonus architectus tigna in alta domo uentorum impetus cauens, humeri ualidis manibus acti concrepare: ſudor defluere toto corpore per latera & humeros uibices ſanguine rubeſcere: uictoriæ pro fabricato tripode omni cura incumbere: neq; alter alterum loco mouere: aut ſternere poterat. Sed qum iam achiuos moræ tederet: prior Aiax Thelamonius genero ſe inquit: & ſapientiſſime Vlyſſes uel tu me: uel ego te tollam: reliquum Ioui curæ erit. Sic dicens eum ſuſtulit. At Vlyſſes haud doli oblitus pone percuſſis eius poplitibus nutantibus genibus reſupinum ſtrauit: ipſe in os pronus incubuit. Luctæ etiam meminit Iuuenalis qum inquit. Luctantur paucæ comedunt coliphia paucæ. Nouus. Nō antea fatigatus. Tarda mora. Diu enim in pugna morantes Athletæ pigriores redduntur: q̄ qui noui in pugnam deſcendunt. Nitidis harenis. In campo harena ſtrato. De gladiatoribus quum alibi multa: tum in primis in enarratione eius uerſus ex primo de arte amādi Sparſaq; ſolicito triſtis harena foro. Quam cui tela. Quam ille qui uulneratus feſſus eſt. Præcipites. Celeres: aut naues præcipitantes. Vetus. Cariosa. Noſtroq; a corpore. Ordo eſt. Et a noſtro corpore parua tempora accedunt: ideſt adduntur malis quantum auguror: hoc eſt corpus meum (q̄tum augurari poſſum) non longo tempore malis cruciabitur: quia cito moriar. In circūſpectu. In conſideratione.

Tempus & ī canas ſemen ꝓducit ariſtas:
Et ne ſint triſti poma ſapore facit.
Hoc dentem tenuat terram renouantis aratri
Hoc rigidos ſilices: hoc adamanta terit.
Hoc etiā ſcæuas paulatim mitigat iras:
Hoc minuit luctus: mœſtaq; corda leuat.
Cūcta poteſt igit᷑ tacito pede lapſa uetuſtas:
Præter quam curas attenuare meas.
Vt patria careo: bis frugibus area trita eſt:
Diſſiluit nudo preſſa bis uua pede.
Nō quæſita tamen ſpatio patientia longo eſt.
Menſq; mali ſenſū noſtra recētis habet:
Scilicet & ueteres fugiunt iuga ſæpe iuuēci.
Et domitus freno ſæpe repugnat equus.
Triſtior eſt etiam præſens erumna priore.
Vt ſit eni ſibi par: creuit: & aucta mora ē.
Nec tā nota mihī: quam ſūt mala nr̄a fuerūt:
Sed magis hæc quo ſūt cognitiora grauāt
Eſt quoq; nō minimum uires afferre recētes:
Nec præcōſumptum temporis eſſe malis
Fortior in fulua nouus eſt luctator harena
Quam cui ſunt tarda brachia feſſa mora.
Integer eſt melior nitidis gladiator harenis:
Quā cui tela ſuo ſanguine tincta rubent.
Fert bene p̄cipites nauis modo facta ꝓcellas
Quamlibet exiguo ſoluitur imbre uetus.
Nos quoq; q̄ ferimus tulimus patiētius ante:
Quæ mala ſunt lōga multiplicata die.
Credite deficio noſtroq; a corpore (quantum
Auguror) accedūt tempora parua malis.
Nā neq; ſunt uires nec q̄ color eſſe ſolebat:
Vix habeo tenuem quæ tegat oſſa cutē.
Corpore ſed mēs ēægro magis ægra: maliq;
Incircunſpectu ſtat ſine fine ſui.

Athletica certamina tria

Periphraſis

Vrbis abeſt facies. Incõmoda enũerat: qbus ſe triſtari oſidit. Brachataq; turba getarũ. De brachis qb⁹ utebãt getæ. abũde dixim⁹ ſupra. Quæ uideo. Barbaros & Scythas itelligit. Nõ uideoq;. Vrbẽ: Sodales: & uxorẽ accipe. Mouẽt. Solicitãt. In Sextam Elegiam Enarratio.

Is me ſol adiit. Mirat̃ poeta: q; biẽnio iam exacto nullas ab amico acceperit lr̃as: qum hi præſertim ad eum ſcripſerint: quibuſcũ amicitiæ uſus non fuerat tam probatus. Subiungit tamẽ malle ſe omnia credere: q̃ illũ nullas ad eũ dediſſe lr̃as: quas interceptas fuiſſe exiſtimat. admonet poſtremo ut ad eũ ſcribat ne ſemp excuſandus ſit. Bis me ſol adiit. Tẽpus (ut antea etiam diximus) a bruma ad brumã dum ſol redit uocatur annus. Bruma autem a breuitate dieꝝ nomẽ accepit: ut eſt autor Pompeius: quia ſol ueluti ſenio confectus: & ad capricornuꝝ atq; iferiores delapſus circulos ad altiores incipit remeare: & quaſi enaſci. Vnde ſol nouus, proprie dicit̃ (ut docet Seruius) octauo calendas Ianuarii Idem etiam ita refert Ouidi⁹ in faſtis. Bruma noui prima eſt: ueteriſq; nouiſſima ſolis: Prĩcipium capiunt phœbus & annus idem. Biſq; ſuum tacto piſce. Hoc dicit qa ſol a Capricorno: Aquario & piſcibus hiemẽ trãſigit. Exiguus uſus. Parua cõſuetudo. Cur quotiens alicui. Ex his duobus uerſibus facile refelli poteſt eorum opinio: qui uolebant nomen ſcribentis & eius ad quem ſcribim⁹ litteris iam ſignatis inſcribi: qum aperte hic poſſimus intueri intus tantum appoſitũ fuiſſe nomen ſcribentis. Tua dextra. Tua manu. Sed e multis. Sed e multis tuis litteris nullas accepi. Quod precor. Quod oro. Vt dii faciãt te ſæpe ad me ſcripſiſſe. Eſſe liquet. Manifeſtũ eſt te ad me ſcripſiſſe. Credam prius. Credam potius quæ poetæ fabulantur: q̃ te non ſcripſiſſe. Ora Meduſæ gorgonis. Meduſæ crines in ſerpentes mutauit Minerua q; cũ Neptuno in eius templo cõcubuit: eiuſq; caput ad terrẽdos hoſtes Aegidi ĩpoſuit: ut ſcribit Ouidius in calce libri quarti met. his uerſibus. Clariſſima forma Multorumq; fuit ſpes inuidioſa proco rum Illa: nec in tota conſpectior ulla capillis Pars fuit: inueni qui ſe uidiſſe referrent. Hanc pelagi rector tẽplo uitiaſſe mineruæ Dicitur: auerſa eſt: & caſtos ægide uultus Nata iouis texit: neue hoc impune fuiſſet: Gorgoneũ crinem turpes mutauit in hydros. Nunc quoq; ut attonitos formidine terreat hoſtes: Pectore in aduerſo: quos fecit: ſuſtinet angues. Vergilius in octauo. Aegidaq; horrificam turbatæ palladis arma Certatim ſquammis ſerpentum auroq; polibant. Connexoſq; angues: ipſamq; in pectore diuæ Gorgona deſecto uertentem lumina collo. Gorgona autem Meduſam appellant poetæ a gente. Scribit enim Diodorus plures mulierum nationes fuiſſe in Libya pugnaces ac ualidis uiribus. Nam Gorgonum gens fuit ad uerſus quas earumq; reginam Meduſam Perſeus haud paruo certamine bellum geſſiſſe fertur uir fortitudine eximia: Iouiſq; filius: & græcorum ſuæ ætatis optimus. Sitæ autem fuerunt occidentem uerſus in extremis orbis finibus. Eas poſtmodum penitus deleuit Hercules: quo tempore ad occiduas partes tranſiẽs columnam in Libya poſuit: indignum ratus: qum pro ſalute hominum certaret: aliquibus gentibus fœminas imperare. Scribit etiam Plynius libro ſexto: ac etiam Solinus contra promontorium Heſperioncras Gorgones inſulas eſſe Gorgonum quondam domus bidui nauigatione diſtantes a continente: penetrauit in eas Hanno pœnorum imperator: prodiditq; fœminarum hirta corpora uiros pernicitate euaſiſſe. Duarumq; gorgonum cutes argumenti & miraculi gratia in Iunonis templo poſuit ſpectatas uſq; ad Carthaginem captam. Sunt qui Gorgones ab agilitate dictas putant: γοργον enim agilem ſignificat: ut diximus in enarratione eius uerſus Ouidii de arte amandi. Lumina Gorgoneo ſæuius angue micant. Gorgones quoq; Amazones appellatæ ſũt ab a priuatiua particula & μαζὸν. i. mamillis: ut uoluit Euſtathius theſſalonicenſis in commentario: quod in Dionyſiũ conſcripſit: q; alteram adurerent tenellæ mamillã: uel ab a priuatiua particula και μαζηὸ. i. pulte uel pane: quaſi ſine pane: eo q; nõ pane ueſcerẽtur: ſed carnibus ferarũ. Fuere & aliæ Amazones in Aſia: de quibus ſcripſere Herodotus: Strabo: Plutarchus: Curtius: ac ẽt Iuſtinus. Eſſe canes utero. Scyllæ fabulã & formam dixim⁹ in ultimo de remedio amoris. Eſſe chimæram. De Chimæræ forma Homerus libro ſexto Iliados ita ſcribit. Principio imperat: ut Chimæram expugnet: atq; occidat: animal indomabile: inexpugnabile: neq; humano: ſed diuĩo genere ortum. Anterius quidẽ leonẽ: poſterius uero draconẽ: medio autem capram: atq; terribiles ex ore flam-

Annus Bruma

Meduſæ crines i ſerpentes

Gorgonũ gens

Gorgões ab agilitate dictæ

Amazões unde appellatæ

Amazões duplices

Chimæræ forma

Vrbis abeſt facies: abſunt mea cura ſodales:
Et qua nulla mihi charior uxor abeſt.
Vulgꝰ adeſt ſcythicũ bracataq; turba getarũ:
Sic me quæ uideo non uideoque mouẽt.
Vna tamen ſpes eſt: quæ me ſolatur in iſtis:
Hæc fore morte mea nõ diuturna mala.
Is me ſol adiit gelidæ poſt frigora brũæ
Biſq; ſuum tacto piſce peregit iter.
Tempore tã lõgo cur non tua dextera uerſus
Quamlibet in paucos officioſa fuit?
Cur tua ceſſauit pietas ſcribentibus illis
Exiguus nobis cũ quibus uſus erat?
Cur quotiẽs alicui chartæ dũ uincula dempſi
Illam ſperaui nomen habere tuum?
Dii faciãt ut ſæpe tua ſit epiſtola dextra
Scripta: ſed e multis reddita nulla mihi.
Quod p̃cor eẽ liquet: credã priꝰ ora meduſæ
Gorgonis anguineis cincta fuiſſe comis
Eſſe canes utero ſub uirginis: eſſe chimærã:
A truce quæ flammis ſeparat angue leã.

magꝝ globos cũ ſpiritu effundẽtẽ: Scribit ẽt Seruius Chimærã ore fuiſſe leonẽ: poſtremis partibꝰ Dracõnẽ media caprã ſecũdũ fabulas. Vñ in Odis Oratius chimærã triformẽ appellauit. Re uera aũt eẽ mõtẽ lyciæ cuius hodieq; ardet cacumẽ: iuxta qđ ſũt leones. Media aũt paſcua ſũt: ima uero mõtis ſerpẽtibus plena: hũc Bellerophõ habitabilẽ fecit: uñ Chimærã dr occidiſſe: Scribit ẽt Solinus: Quod ĩ Cãpania Veſuuiũ: In Sicilia Aetnã: hoc ĩ lycia mõtẽ eẽ Chimærã: mõtẽq; hũc aſſerit nocturnis æſtibꝰ fumidũ exhalaꝛ: Vñ fabulã Triformis mõſtri ĩ uulgũ datã eẽ: ꝙ Chimærã aĩal putauerũt. Quadrupedeſq; hoĩes. Cẽtauros ĩtelligit: eq erãt hoĩſq; natura: de quoꝝ origĩe hæc Diodorꝰ: Ex oceano ac Tethy plures filii fuere: ĩter quos Peneus: q ex nympha creuſa liberos ſuſcepit Ipſeũ: ac Stylbiaꝫ: ex q̃ Apollo Lapithũ: ac Cẽtaurũ genuit. Lapithus ex Eurione Arſinoi Phorbãtẽ: ac Periphãtẽ filios ſuſcepit: populi a lapitho Lapithæ appellati ſũt. Phorbas filios habuit Aegeum: Actorẽq;. Periphas uero ex Aſtiagea uxore Ipſei filia octo gẽuit liberos: quoꝝ natu maior Antiõ: & Melate Amythõi ſuſcepit Ixionẽ: Hic dona prima Eſioneo pollicitus ab eo filiã Cliã uxorẽ duxit: ex qua genuit Pirithoũ. Veꝝ qũ Ixion nequaq̃ ꝓmiſſa tradidiſſet. Eſioneus ꝓ his equos illius cepit. Tũc Ixion pollicitus ſe q̃ ꝓmiſerat daturũ: accerſitũ ad ſe Eſioneũ in foueã ardẽtẽ cõiecit: q̃ crudẽlitate qũ nullus eã cædẽ purgare uellet: a Ioue demũ purificatus. Iunonẽ ſtupri ĩterpellare auſus ẽ: qua re cognita Iupiter nubẽ ĩ forma Iunonis qũ ĩterpoſuiſſet: Ixiõ eo cõcubitu cẽtauros gẽuit. Tradũt tãdẽ Ixionẽ ſceleꝝ magnitudĩe ab Ioue rotæ alligatũ: ꝑpetua poſt obitũ torq̃ri cruciatus pœna. Cẽtauros nõnulli uolũt ĩ Pelio a nymphis nutritos: poſtmodũ equas ſubagitaſſe: exq; eis Hippocẽtauros natos. Creditũ ꝙ primi eqtare auſi ſint: eoq; natã fabulã ueluti eq eẽnt hoĩſq; natura. Hos ferũt tãq̃ pirithoi cognatos partẽ regni paterni ab eo poſtulaſſe: qđ rẽuẽti bellũ a lapithis illatũ ẽ: Sed eo ceſſante poſtmodũ qũ Pirithous Hippodamiã uxorẽ duxiſſet. Theſeo ad nuptias: ac cẽtauris uocatis: illi uino ebrii fœminis: q̃ nuptiis intererãt: uim afferre conati ſũt. Qua iniuria tũ Theſeus: tũ Lapithæ ꝓmoti multis cẽtauris ꝑemptis: reliquos e ciuitate eiecerũt. Hãc ob cãm centauri una aduerſus lapithas ꝓfecti: plures ĩterfecere: Qui cædẽ ſupfuerũt partim ĩ pholoẽ arcadiæ ꝓfecti ſũt: partim ĩ Maleã habitarũt. Illud notãdũ a doctiſſimis græcis ꝓferri Lapithas: nõ Laphitas ut qdã ꝓcipiũt: & ita a nr̃is quoq; obſeruãdũ cẽſeo. Cũ pectore pectora iũctos. Cẽtauroꝝ. n. pectora humãis pectoribꝰ ĩũcta fuere: habuere. n. partẽ pectoris humanã: partẽ eqnã. Sũt q hoc ĩ loco Hermaphroditos ĩtelligãt: qđ nõ placet: qm̃ eos gigni nõ eẽ fabuloſũ docet Plynius. Tergeminũq; uirũ. Herilũ aut Gerionẽ ĩtelligit: quos tergeminos fuiſſe docet Vergilius. Iuſtinus ſcribit Gerionẽ nõ triplicis naturæ (ut fabulis ꝓdit̃) fuiſſe: ſed tres fratres tãtæ cõcordiæ extitiſſe: ut uno aĩo oẽs regi uiderent̃: Alii dicũt tres fratres ĩ hiberia fuiſſe Chryſei filios: q a diuitiis nomẽ id traxerat. Vniuerſæ. n. hiberiæ ĩpabat: habebatq; tres ꝓpugnatores filios: cũ robore corporis: tũ armis egregios. Exercitus ꝑterea cuilibet fortiſſimoꝝ militũ erat: quos demũ tribus magnis exercitibꝰ fidẽtes: ſingulari ꝓuocatione Hercules ſuſtulit: gregeſq; boũ ſecũ abduxit. Diodorus quoq; libro. v. ita ſcribit. Finxere ãt poetæ Gerionẽ eẽ tricorporẽ. Illiuſq; umbrã apud ĩferos eẽ. Oratius. Qui ter amplũ gerionẽ Tityonq; triſti Cõpeſcit unda. Gerionẽ ſcribit Heſiodus filiũ fuiſſe pegaſi alati eq. Ter geminũq; canẽ. Cerbeꝝ tricipitẽ ita appellatũ: ꝙ carnẽ uoret: corpora. n. humana fingit̃ a poetis cõſumere: Lucanus. Qui uiſcera ſæuo Spargis nr̃a cani. Ponit̃ aũt a Vergilio Cerberus ꝓ eo qđ in nobis terrenũ ac ꝓpea caducũ ẽ. i. ꝓ ſenſibus corpis. Natꝰ ãt ẽ (ut docet Heſiodus) ex Echidna: & Tiphaone ſimul cum Ortho cane Geriõis & Hydra: & Chimæra: hẽt cẽtũ capita. Ianitor ẽ Plutõis: & cuiq; ueniẽti: cauda atq; auribus blandit̃: ſed exire neminẽ patitur: ſiquidẽ in inſidiis collocatus: quẽcũq; extra ianuã offendit: deuorat. Alii nõ centũ capita: ſed tria dant: ut Maro: & Apuleius libro. vi. met. cuius uerba hæc ſunt. Canis nanq; ꝑgrandis triiugo & ſatis amplo capite præditus: ĩmanis: & formidabilis comãtibus oblatrans faucibus mortuos: quibus iam nihil mali poteſt facere: fruſtra territando ante ipſum limen: & atra atria Proſerpinæ ſemper excubãs: ſeruat uacuã Ditis domũ. Sphyngaq;. Sphynx (autore Plynio) Belua eſt pilo fuſco: geminis mãmis ĩ pectore: quã ſola Aethiopia mittit. Pauſanias ſcribit Athenis fuiſſe Palladis ſimulacrum ex auro & ebore: mediaq; eius galea Sphyngis ſpeciem appoſitam: dextra autem & ſiniſtra Gryphes fuiſſe exculptos. Ferunt Sphyngẽ mõſtrum iuxta thebas hoc ænigma hoſpitibus propoſuiſſe. Quis eẽt qui primũ quattuor pedibus incederet: mox duobus: demum tribus. Soluenti promittebat nuptias Iocaſtæ: & thebarum regnum. Neſcienti ſoluere ex alto præcipitium denuntiabat. Solus Oedipus dixit hominem eſſe: qua interpretatione Sphynx eodem ſe deiecit: unde multos præcipitauerat. Vnde apud Papinium ita inquit. Si ſphyngos iniquæ Callidus ambages te præmonſtrante reſolui. Pauſanias tradit hãc fuiſſe filiam notham Laii: claſſeq; pugnaſſe aduerſum Oedipum. Et harpyias. Heſiodus in Theogonia duas tantum dicit Harpyias fuiſſe ex Thaumante & Electra natas: ſcilicet Aello & Ocypeten. Tertiã addidit Maro Celæno. Quartam nomine Thiellam addit Homerus. Sũt qui eas Neptuni & terræ filias fuiſſe ſcribant. Earum formã ita deſcribit Vergilius. Triſtiꝰ haud illis mõſtrum: nec ſæuior ulla Peſtis & irã deum ſtygiis ſeſe extulit undis. Virginei uolucrum uultus: fœdiſſima uentris Proluuies: uncæq; manus: & pallida ſemper Ora fame. Serpentigeroſq; gigantes. Legitur etiã ſerpẽtipedeſq; gigantes: hoc eſt Gigantes: quoꝝ pedes in ſerpentũ uolumina deſinebant. De quibus ita ſcribit Macrobius libro Sat. prio:

Quadrupedeſq; hoĩes cũ pectore pectora iũ
Tergeminũq; uiꝝ: tergẽinũq; canẽ. (ctos
Sphyngaq; & harpyias ꝓpẽtigeroſq; gigãtes

Centauro rũ ac lapithaꝝ origo

Lapithæ a lapitho appellati

Pirithouſ

Centauri nati ex nube

Hippocẽtauri

Cur cẽtauri bimembres

Cẽtaurorũ: & lapitharum pugna

Lapithæ nõ laphitæ

Gerioñ ter geminus

Chryſeus

Cur geryon dicit̃ fuiſſe triſ corpor

Cerberus

Sphynx

Harpyiæ

Gigantes

Gigantes aguipedes

Gigantes autem quid aliud fuiſſe credendum eſt: q̃ hominum quandam impiam gentem deos negantẽ: & ideo exiſtimatam deos pellere de cœleſti ſede uoluiſſe: horum pedes in draconum uolumina deſinebãt quod ſignificat nihil eos rectum: nihil ſuperum excogitaſſe: totius uitæ eorum greſſu atq; proceſſu in inferna mergente. Varro tamen (autore Seruio) dixit gigantum in diluuio aliquos confugiſſe in montes cũ utenſilibus: qui bello poſtea laceſſiti ab his: qui de aliis ueniebant montibus: facile ex locis ſuperioribus uicerunt: unde fictum eſt ut dii ſuperiores dicerentur. Inferiores uero terrigenæ. Et quia de humillimis ad ſumma reptabant: dicti ſunt pro pedibus habuiſſe ſerpentes. Ouidius libro triſtium. v. Terra feros partus immania monſtra gigantes Edidit: auſuros in Iouis ire domum: Mille manus illis dedit: & pro cruribus angues. Atq; ait in magnos arma mouete deos: & in primo met. Anguipedes gigantes appellat qum ait. Qua centum quiſq; parabãt Iniicere anguipedum captiuo brachia cœlo.

Gyges

Cẽtimanumq; Gygen. Gyges (autore Heſiodo) cœli & terræ filius fuit: fraterq; Briarei & Cotti: quoꝝ ſingulum centum manus habuiſſe dixit: & capita quinquaginta: fueruntq; omnium fortiſſimi atq; pulcherrimi.

Titanes

Hi Titanes dicti ſunt: ac decennale bellum cum Saturni filiis geſſerunt: illi quidẽ ab Othry: hi ab Olympo monte impetum fecerunt. Tandem a diis uicti in tartara ſunt detruſi. Oratius. Nec ſi reſurgat centimanus gyges. Semibouemq; uirum. Minotaurus denotat natura dupli ci: nam uſq; ad humeros taurus: cætera homo fuit: de quo multa Diodorus & Seruius. Hec cũcta. Hæc omnia fabuloſa. Mille poteſt cauſis. Ordo eſt. Littera quæ ſæpe miſſa ſit a te mille cauſis poteſt rara uenire in noſtras manus.

Centimanumq; gygen: ſemibouẽq; uirũ.
Hæc ego cũcta priꝰ: quã te chariſſime credã
Mutatum curam depoſuiſſe mei.
Innumeri mõtes inter me teque uiæque:
Fluminaq; & cãpi: nec freta pauca iacent.
Mille poteſt cauſis a te quæ littera ſæpe
Miſſa ſit: in noſtras rara uenire manus.
Mille tamẽ cauſas ſcribẽdo uince frequenter:
Excuſem ne te ſemper amice mihi.
Am mea cygneas imitãt tẽpora plũas.
Inficit & nigras alba ſenecta comas.
Iam ſubeunt anni fragiles & inertior ætas
Iamq; parũ firmo me mihi ferre graue ẽ.
Nunc erat ut poſito deberem fine laborum
Viuere me nullo ſollicitante metu.
Quæq; meæ ſemper placuerunt ocia menti
Carpere: & in ſtudiis molliter eſſe meis.
Et paruã celebrare domũ: patrioſq; penates:
Et quæ nunc domino rura paterna carẽt.
Inq; ſinu dominæ chariſque ſodalibus. inq;
Securus patria conſenuiſſe mea.
Hæc mea ſic quondã peragi ſperauerat ætas
Hos ego ſic annos ponere dignus eram.
Nõ ira diis uiſum eſt: qui me terraq; mariq;
Actum ſarmaticis expoſuere locis.
In caua ducuntur quaſſæ naualia puppes:
Ne temere in mediis diſſoluantur aquis.
Ne cadat & multas palmas ihõeſtet adeptas
Lãguidus in pratis gramia carpit equus.
Miles ut emeritis non eſt ſatis utilis armis

In Septimam Elegiam Enarratio.

Am mea cygneas. Quinquagenarius poeta queritur ſe iam caneſcere i infœliciſſima regiõe eo tempore: quo frui debuiſſet patria: chariſſima coniuge: amicis: patrimonio: aliiſq; rebus id genus: quæ ſi olim a delphico oraculo: aut dodonæa columba futura accepiſſet: uana dicit ſe ea reſponſa exiſtimaturum fuiſſe: clariſſimaq; ſententia docet nihil tã ualidum eſſe: quod non ſubiaceat diuinæ uolun tati ac potẽtiæ. Poſtremo cæteros admonet: ut eiꝰ caſibus moniti Auguſtum: cuius potentia par eſt diis immortalibus demereantur.

Canicies homini & quo' Cur canicies a priori parte Canicies unde Cur cani albi

Cygneas plumas. Candidas plumas: quales ſunt cygnorum: ſe autem fatetur iam caneſcere. Sane ſciendum Canicie (autore Plynio) homini tantum & equis eſſe: ſed homini ſemper a priore parte capitis: tum ab auerſa. Eſt autem caniciei cauſa inopia caloris: ſicut Caluitii inopia humoris calidi: ut docet Ariſtoteles libro quinto de generatione: & Albertus magnus in. xviii. de animalibus. Scribit etiam Diſarius apud Macrobium q̃ pars anterior capitis humidior occipitio eſt. Qui capite ſicciore ſunt: tarde caneſcunt: cito tamen in caluitiem tranſeunt. Contra illis fit cita canicies: quorum capilli nutriuntur humore: quod φλεγμα uocitatur: nam ideo albi ſunt cani: quia colorem humoris quo nutriuntur: imitantur. Mea tempora. Meum caput. Inficit. Tingit. Alba ſenecta. Senecta quæ facit homines canos. Ferre me. Ire incedere. Mihi parum firmo. Mihi debili: quum propter ætatem: tum in primis propter mala in quibus uerſor aſſidue. Dominæ. Vxoris. In caua ducuntur. Nauium exemplo: quæ longa nauigatione procellis agitatæ in naualibus reponuntur: ſe ſenem dicit placida quiete uti debuiſſe. Diſſoluantur. Notanda eſt Diæreſis figura: qua frequẽter utuntur poetæ. Ne cadat. Equm quoq; dicit olim multas uictorias in curuli certamine adeptum ſenem finem labori imponere: & languidum in pratis depaſci & quieſcere: quam rem etiam Oratius in epiſtolis ita ſcribit. Solue ſeneſcentem mature ſanus equm: ne Peccet ad extremum ridendus: & ilia ducat. Emeritis armis. Armis eorum qui militia perfuncti ſunt.

Ponit ad antiquos. Milites singuli perfuncti militia donabantur septenis: pluribusue aliquando iugeribus terræ: quo possent reliquum uitæ tuto agere. Lucanus. Quæ rura dabuntur: Quæ noster ueteranus aret quæ mœnia fessis. Solebant autem qum a militia discederent: arma alicui deo suspendere: quam rem nonnius armis Herculis ad postem fixis latet abditus agro. Ad antiquos lares. Ad ueteres deos. Tarda senecta. Tardam ab effectu senectutem appellat: q̃ reddat homines tardos. Donari iam rude. Rudis (autore Priscião libro. vii.) uirga erat: qua donati gladiatores a gladiatura cessabant. Nam ingraueſcente ætate non cogebantur amplius pugnare: sed donati rude quiescebant: ut docet Oratius: & Iuuenalis. Martialis. Vt nondum credas me meruisse rudem. Peregrinum ducere cœlum. Viuere in peregrina regione. Siccam sitim. Sitim quæ sitientes siccos facit. Getico fonte. Getica aqua. Vacuos. Spatiosos: uel certe carentes me dño. Fata repugnarunt. Dii noluerunt: ut senex quiescerem.

Emerito. Emeritorum militũ p̃mia

Emerito rũ militũ mos

Rudis

Ponit ad antiquos quæ tulit arma lares.
Sic igitur tarda uires adimente senecta
Me quoq; donari iã rude tempus erat.
Tempus erat nec me peregrinũ ducere cælũ
Nec siccã getico fonte leuare sitim.
Sed mõ quos habui uacuos secedere ĩ hortos
Nũc hominum uisu rursus & urbe frui.
Sic animo quondã non diuinante futura
Optabam placide uiuere posse senex.
Fata repugnarũt: quæ cũ mihi tẽpora prima
Mollia præbuerint posteriora grauant.
Iamq; decem lustris oĩ sine labe peractis
Parte premor uitæ deteriore meæ.
Nec procul a metis quas pene tenere uidebar
Curriculo grauis est facta ruina meo.
Ergo illum demens in me sæuire coegi:
Mitius immensus quo nihil orbis habet.
Ipsaq; delictis uicta est clementia nostris:
Nec tamen errori uita negata meo est.
Vita ꝑcul patria pagenda sub axe boreo ẽ
Qua maris euxini terra siniſtra iacet.

Grauant posteriora. Grauia & molesta faciunt tẽpora hæc: quæ illa prima mollia subsecuta sũt.

Decem lustris. Quinquaginta annis. Lustrum autem (ut docet Varro) nominatum est tempus qnquennale: a luendo. i. soluendo. q̃ qnto quoq; anno uectigalia: & ultro tributa per censores persoluebantur. Scribit Pompeius. Lustra esse in siluis aprorum cubilia: a qua similitudine hi qui in locis abditis & sordidis uentri & desidiæ operam dant: dicuntur in lustris uitam agere. Lustrum etiam significat nunc tempus quinquennale: nũc populi lustrationem. Seruius scribit lustrum quinq̃nium esse: sic dictum q̃ post quinquennium una quæq; ciuitas lustrabatur. Scribit etiam Censorinus a Seruio institutuꝫ: ut quinto quoq; anno cẽsu ciuium habito lustrum conderetur. Parte premor uitæ deteriore meæ. Aetas enim post annum quinquagesimum solet esse deterior ea ratione: q̃ cor in homine per singulos annos ad binas drachmas ponderis ad quinquagesimum annum accedit: ab eo detrahitur tantundem: & ideo non uiuere hominem ultra centesimum annum defectu cordis ægyptii existimant: autor Plynius. Rettulit etiam Varro (quod Dioscorides astrologus scripsit) Alexandriæ inter eos qui mortuos solent conseruare: hominem plus centum annis uiuere nõ posse: Id cor humanum declarare eorum qui integri perierint sine corporis tabe. Ideo q̃ multis annis pependit cor hominis incrementa ætatis & diminutiones conseruent: & anniculi pendere duas drachmas: Bini quattuor: & sic in annos singulos usq; ad. l. accedere binas: ab his. c. drachmis atq; anno. l. Item decedere in unoquoq; binas: ex quo perspicuum sit centesimo anno redire ad anni primi pondus: nec longius posse producere.

Lustrum

Cur homo nõ uiuit ultra. c annum

Nec procul a metis. Nec longe a senectute mea: & a tempore quo sperabam quietem. Curriculo meo Meo cursu ad ipsas metas. Est autem sumpta metaphora a curuli certamine. Illũ. Augustũ. s. Est uicta. Quia mai⁹ fuit scel⁹ meũ: q̃ Augusti clemẽtia. Sub axe boreo. Sub septẽtrionali plaga. uñ flat boreas Legit̃ ẽt sub axe bootes. Qua maris euxini. Nã ex Aegæo mari in Euxinũ ueniẽtibus: siniſtra ꝑte est geticum littus: ubi erat Ouidius. Hæc mihi si delphos. Templum Apollinis delphis positum fuit in monte Parnaso in rupe undiq; impendente. Ibi ciuitatem frequentia hominum facit: qui ad affirmationẽ maiestatis undiq; concurrentes in eo saxo consedere: atq; ita templum ciuitatemq; non muri: sed præcipitia: nec manufacta: sed naturalia præsidia defendunt: prorsus ut incertum sit: utrum munimentũ loci an maiestas dei plus his admirationis habeat: Media saxi rupes in formam theatri recessit: quamobrem & hominum clamor & si ipsi accidit tubarum sonus personantibus & resonantibus inter se rupibus: & multiplex audiri: ampliorq; q̃ editur resonare solet: quæ res maiorem maiestatis terrorem ignaris rei admirationem stupentibus plærunq; affert. In hoc rupis anfractu media ferme rupis altitudine planicies exigua est: atq; in ea profundum terræ foramen: quod in oracula patet. Ex quo frigidus spiritus in quodam uelut uento in sublime expulsus mentes uatum in uecordiam uertit: impletasq; deo responsa consulentibus dare cogit. Multa igitur & opulenta regum populorumq; uisuntur munera: quæq; magnificentia sui reddentiũ uota gratam uoluntatem: & deorum responsa manifestant. Hæc Iustinus libro uigesimo quarto. De oraculo Apollinis Delphici: de quo hic poeta intelligit.

Templũ apollinis de⁹phici

Dodonaq; diceret ipſa. De Dodoneo oraculo abunde diximus in enarratione eius uerſus ex ſecundo libro de arte amandi. Hæc tibi non hominẽ ſed quercus crede pelaſgas Dicere. Repete quæ illic ſcripſimus. Eſſe uanus. Eſſe mendax. Rapido igne iouis. Rapido fulmine telo & ira Auguſti. Supraq; pericula. Altius omnibus periculis: adeo ut nulli eorum ſubiectum uideatur. Vitio. Proprio crimine. Eſt contracta. Eſt accepta: acquiſita. Emeruiſſe. Pro demeruiſſe: ideſt conciliaſſe: hoc eſt Auguſtum diis parem: ne uobis noceat meo exemplo conciliate aliquo officio: uel emeruiſſe ſcilicet ut ſuperos æquaret: uel certe tanqnam milites emeriti militiam relinqũt: ſic uos Auguſtum relinquite: nam dixit plus tam exitii numinis ira dedit.

In Octauam Elegiam Enarratio.

Hæc mihi ſi delphos dodonaq; diceret ipſa:
Eſſe uideretur uanus uterq; locus.
Nil adeo ualidum ẽ: adamas licet alliget illud
Vt maneat rapido firmius igne iouis.
Nil ita ſublime eſt: ſupraq; pericula tendit:
Non ſit ut inferius ſuppoſitumq; deo.
Nam quanq̃ uitio pars eſt contracta malor;
Plus tamen exitii numinis ira dedit.
At uos admoniti noſtris quoq; caſibus eſte.
Aequantem ſuperos emeruiſſe uirum.
Licet & pateris nomẽ facinuſq; tacebo
Et tua lethæis facta dabuntur aquis.
Noſtraq; uincetur lachrymis clementia ſeris
Fac modo te pateat pœnituiſſe tui.
Fac modo te damnes: cupiaſq; eradere uitæ
Tempora ſi poſſis tiſiphonea tuæ
Si minus & flagrant odio tua pectora nro
Induet infœlix arma coacta dolor.
Sim licet extremũ: ſicut ſum: miſſus in orbẽ
Noſtra ſuas iſto porriget ira manus.
Omnia ſi neſcis cæſar mihi iura reliquit.
Et ſola eſt patria pœna carere mea.
Et patriã: modo ſit ſoſpes ſperamus ab illo.
Sæpe iouis telo quercus aduſta uiret.
Deniq; uindictæ ſi ſit mihi nulla facultas:
Pierides uires & ſua tela dabunt.
Vt ſcythicis habitem lõge ſummotus i oris:
Siccaq; ſint oculis proxima ſigna meis.
Noſtra per immenſas ibunt præconia gẽtes.
Quodue q̃rar notũ qua patet orbis erit.
Ibit in occaſum quicquid dicetur ab ortu.
Teſtis & heſperiæ uocis eous erit.
Trans ego telluren trans altas audiar undas
Et gemitus uox eſt magna futura mei.

Si licet & pateris. Inimico minatur poeta ſe in eum ſcripturum: ni eum pœnituerit inimicitiarum. Si licet. Si fas eſt per te. Et pateris. Et fuſtines inimicitias. Nomen facinuſq;. Duo dicit ſe ſilentio præteriturum: nomen ſcilicet eius: q̃ eum læſit: & ſcelus admiſſum. Hunc autem eum eſſe opinor: de quo etiam ſuppreſſo nomine queſtus eſt ſuperius: Poetam enim relegatum inſequebatur non modo conuitio & maledicẽtia: ſed (ut arbitror) etiam uolebat adimi eius bona ab Auguſto: ut exulibus fieri ſolebat: ſolicitabatq; etiam eius uxorem: in quem tandem carminis acerbitate uſus eſt: & Callimachi imitatione eum Ibim appellauit. Lethæis aquis. Obliuioni. Eſt enim Lethe obliuiõis fluuius inferni. Omnia enim illa flumina: quæ illic eſſe dicunt poetæ: in nobis ſunt: nihil enim aliud Lethæus præter errorem animæ obliuiſcentis maieſtatem uitæ prioris: quam anteq̃ ĩ corpus truderetur: potita eſt. Similiter phlegethõta ardores irarum & cupiditatum putarunt. Acherontem quicquid feciſſe: dixiſſeq; uſq; ad triſtitiã humanæ uarietatis more nos pœnitet. Cocytum quicquid homines in luctum lachrymaſq; compellit: Stygem quicquid inter ſe humãos animos in gurgite mergit odiorum: autor Macrobius.

Lethe Flumina inferni in nobis

Phlegetõ Acheron Cocytus Styx

Tua facta. Tui in me conatus. Seris lachrymis. Dolore tuo quanuis tardo. Pœnituiſſe tui Pœnituiſſe eius: quod in me feciſti. Eradere. Delere. Tempora tiſiphonea. Tempora flagitioſa furialia & nocentia: ideſt cupias non dici meo uerſu ſemper flagitiis operam dediſſe: & nocuiſſe: ut Tiſiphone furia: quam ita in met. deſcribit Ouidius. Nec mora Tiſiphone madefactam ſanguĩe ſumit Importuna facem: fluidoq; cruore rubentẽ Induitur pallam: tutoq; accingitur angue Egreditur q; domo: luctus comitatur euntem Et pauor: & terror trepidoq; inſania uultu. Et Statius. Suffuſa ueneno Tenditur: ac ſanie gliſcit cutis: igneus atro Ore uapor: quo lõga ſitis: morbiq;: fameſq; Et populis mors una uenit. Tiſiphone autem dicta eſt quaſi mortis ultio: quæ dicitur græce τῖσι-φονοῦ.

Tiſipho-ne

Si minus. Subaudi te damnaueris: aut tui pœnituerit. Odio noſtro. Odio quo nos inſequeris. Arma coacta. Arma hominis coacti ad propulſandam iniuriam. Omnia iura. Omnia iura quibus exules puniebantur. Vindictæ. Vt te ulciſcar. Siccaq; ſint oculis proxima ſigna. Per ſigna intelligit Vrſam maiorem & minorem: quibus ſeptentrionem deſignat. Sicca autem appellantur propter aquilonem. Noſtra præconia. Noſtra carmina quibus aliquem laudamus. Quod querar. Quod carmine inſectabor. Ibit ab ortu in occaſum. Ab oriente in occidentem penetrabit. Vocis heſperiæ. Carminis latini. Et uox mei gemitus. Et uox meæ querelæ & doloris.

Te fontem. Te nocentem. Eris crimẽ. Eris criminatio: ſeu criminoſus. Cornua. Arma: uires. Circus adhuc ceſſat. Nondum taurus in circo iritatur. Effigies enim hominũ (autore Pediano) ex fœno fieri ſolebãt: quibus obiectis ad ſpectaculũ præbendũ tauri iritarent̃: poſtea ita luxus inoleuit: ut phœniciis ueſtibus poſtea uſi fuerĩt: id qđ ita docet Ouidius ĩ met. Haud ſecus exarſit q̃ circo taurus aperto: Qum ſua terribili petit iritamina cornu Phœnicias ueſtes eluſaq; uulnera ſentit. & Martialis: Qui modo per totam flãmis ſtimulatus harenã Suſtulerat raptas taurus in aſtra pilas. Spargit tamẽ acer harenã Taurus. Tamen ſeſe taurus paulatim ad pugnã accendit: quibus uerbis inimico idem minatur ſe facere. Hoc quoq; q̃ uolui plus eſt. Pluribus inqt q̃ uolebam minatus ſum. Cane muſa receptus. Recept⁹ ſeu receptui canere dicimus: qũ tubæ ſigno exercitus e prælio reuocat̃a recipio uerbo quod eſt reduco declinatũ: Poeta quoq; p ſimilitudinẽ dicitur canere receptus: qum deſinit ſcribere: quaſi ingenii uires: & muſas domum reducat. Dum licet huic Quouſq; maledico licet eius nomen diſſimulare non lædendo me ulterius.

Effigies quib⁹ tauri iritabãtur

Receptui canere

Neu tua te fontẽ tantũmodo ſæcula norint:
Perpetuæ crimen poſteritatis eris.
Iam ferox in pugnas & nõdum cornua ſũpſi:
Nec mihi ſumendi cauſa ſit ulla uelim.
Circus adhuc ceſſat: ſpargit tamẽ acer arenã
Taurus & infeſto iam pede pulſat humũ.
Hoc quoq; q̃ uolui plus ẽ cane muſa recept⁹
Dum licet huic nomen diſſimulare ſuũ.
Lle ego: q fuerã tenerorũ luſor amorũ
Quem legis ut noris accipe poſteritas
Sulmo mihi patria ẽ gelidis uberrim⁹ undis
Milia qui nouies diſtat ab urbe decem.
Editus hĩc ego ſum: nec nõ ut tẽpora noris:
Cum cecidit fato conſul uterq; pari.
Si qs & a proauis uſq; ẽ uetus ordinis hæres
Non modo fortunæ munere factus eques
Nec ſtirps prima fui genito ſũ fratre creatus
Qui tribus ante quater mẽſibus ort⁹ erat.
Lucifer amborum natalibus affuit idem.
Vna celebrata eſt per duo liba dies.

In nonam Elegiam Enarratio.

Lle ego qui fueram. Lectorẽ docet qua patria: quibus cõſulibus natus ſit: Deniq; totam eius uitã paucis pſcribit: Poſtremo eius exilii mala commemorat: quorũ magnitudinẽ dicit ſe muſis conſolari: & illis acqeſcere. Ille ego. Subaudi ſum. Qui fueram luſor. Qui fuerã ſcriptor. Ludere eniz ſcribere eſt. Vergilius. Ludere quæ uellem calamo permiſit agreſti. Tenerorũ amorũ. Tenerorũ cupidinũ. Nam Venerẽ nõ modo Cupido ſed alii etiam eius uernæ comitant̃: qui oẽs cupidines appellant̃: & amores. Catullus. Lugete o ueneres cupidineſq;. Et Papinius. Ipſi erraretis amores. Et Venus apud Apuleiũ ita cupidinẽ alloquit̃. Immo ut cõtumeliã magis ſentias: ſcias aliquem de meis adoptaturũ uernulis: eiq; donaturũ iſtas pinnas: & flãmas & arcũ: & ipſas ſagittas: & omnẽ meam ſupellectilẽ: aut certe intellige duos illos cupidines. Alterũ ex Mercurio & Venere ſecũda: alterũ ex Marte: & Venere tertia natum: Nã tertius cupido: quẽ Cicero in tertio de natura deorum primũ appellat: Mercurio & Diana prima natus dicit̃: Hic aũt Ouidius ſignificat ſe ſcripſiſſe qum alia: tum in primis libros de amoribus & præcepta amatoria. Quẽ legis. Ordo eſt o poſteritas accipe: ideſt intellige: ut noris quẽ legis. Sulmo mihi patria eſt. Sulmo oppidũ fuit pelignæ regionis diſtans ab urbe milibus paſſuũ. xc. ea aũt urbs nomen accepit a Solymo troiano Aeneæ comite: q illam fundaſſe dicitur. Ouidius in faſtis. Huius erat Solymus phrygia comes unus ab Ida. A quo Sulmonis mœnia nomen habent. Sulmonis gelidi patriæ germanicæ noſtræ. Me miſerũ ſcythico q̃ ꝑcul illa ſolo eſt. Et Silius libro nono. Huic domus & gemini fuerant ſulmone relicti Matris in uberibus nati mancinus: & una Homine rhœteo ſolymus. nã dardana origo: Et phrygio genus a proauo: qui ſceptra ſecutus Aeneæ clarã muris fundauerat urbẽ Ex ſeſe dictã ſolymon. celebrata colonis Mox italis paulatim attrito nomine ſulmo. Gelidis undis. Frigidiſſimis aquis. Nouies decẽ milia. Nonaginta milia paſſuum. Nec non. Inſup ſubaudi ſum editus. Qum cecidit fato cõſul uterq; pari. Hirtium: & Panſam conſules deſignat: qui apud Mutinã pugnantes cõtra Antoniũ po. ro. hoſtẽ iudicatum ceciderunt. Nam Panſa in prælio ſagitta ꝑ ilia confoſſus Bononiã delatus eſt: quo ex uulnere periit. At Hircius in Antonii exercitũ ulterius progreſſus: dum ad prætoria caſtra depugnaret: tandem cõfoſſus in bello cecidit: quorũ corpora funereis adornata donis Auguſtus romã: ut humarent̃: deferri iuſſit: Autor Appianus. Si qd & a proauis. Ordo eſt. Et ſum factus eques nõ modo munere fortunæ. Si uetus hæres ordinis uſq; a ꝑauis eſt aliqd: Legit̃ & Siquis & a ꝑauis. Non modo munere fortunæ. Nõ modo diuitiis: quæ ſũt bona fortunæ: q enim quadringenta ſeſtertia poſſidebãt: equeſtri dignitate donabant̃: & in. xiiii. ordinibus in theatro ſpectandi gratia ſedebant. Martialis libro quinto. Quadringẽta tibi non ſunt chereſtrate ſurge. Et Iuuenalis. Sed qnq; tabernæ Quadringẽta parãt. In Liuii ẽt Epitomate libro nonageſimo nono ita legimus. L. Roſcius Trib. plæb. legem tulit ut equitibus romanis in theatro. xiiii. gradus proximi aſſignarent̃. Oſtẽdit ergo Ouidius ſe ab equeſtri familia oriundũ: equitẽ quoq; eẽ: qũ cenſum equeſtrẽ poſſideat.

Cupidines

Cupidines tres

Sulmo

Hirtius & Panſa

Equitum cenſus

Genito fratre. Fratre ante me nato. Quater trib⁹ mẽſibus añ. Duodecim mẽſib⁹ hoc ẽ anno añ me. Idẽ lucifer. Idẽ dies. Per duo liba. Per duos natalitios dies: de Libis diximꝰ ſupra. Hæc. Scilicet dies.

Quinquatria minerue

Armigeræ festis de quinq; Mineruæ. Secundum diem ex quinq; Mineruæ consecratis designat. Prima enim die ludi gladiatorii ut sequentibus diebus non exhibebantur. Ouidius in fastis. Vna dies media est: fiunt qum sacra Mineruæ Nomina quæ a iunctis quinq; diebus habent. Sanguine prima uacat: nec fas concurrere ferro. Causa q; est illa nata minerua die. Altera tresq; super strata celebrantur harena Ensibus exertis bellica læta dea est. Fuere autem quinquatria Mineruæ festa. xiii. calendas aprilis hoc est. xx. die Martii dicta (autore Pompeio) a quinquatro die q; post diem quintum celebrentur: ut Triatrus: Sexatrus: & similia. Primus enim dies quinquatruum quint⁹ post idus inuenitur. Varro etiam ita scribit. Quinquatrus hic dies unus ab nominis errore obseruatur. Proinde ut sint quinq; dictus: ut ab Tusculanis post diem quintum quinquatrus. Alii a qnq; & atro Quinquatrus uolunt nomen accepisse: q; primum quinq; festorum Mineruæ Quintus; ab atro die sit: qui post idus inuenitur: quorum opiniones refellit Gelius scribens dictas Quinquatr⁹: q; quinq; ab idibus dierum numerus sit. Atr⁹ uero nihil significare: esse tantum nominis supplementum. Alii a quinq; dierum numero dici putant: q; Pallas a romanis hoc tempore non uno tã tum die colebatur: sed quinq; cõiunctis. Illud notandum Quinquatres quinquatrium uirili genere dici: ut docet Priscianus: & Quinquatrus fœmi nino genere: & Quinquatria neutro. Excolimur teneri. Ornamur puerilibus studiis & grammatica in patria. Ad insignes uiros urbis. Ad claros homines qui Romæ docebant. Ab arte. Post p̃cepta artis grammaticæ. Sunt qui legant ab arce: hoc est a patria Sulmone. Ad arma fortia. Ad magnas disceptationes causarum iudicialium.

Hæc est armigeræ festis de quinq; mineruæ
Quæ fieri pugnâ prima cruenta solet.
Protinus excolimur teneri: curaq; parentis:
Imus ad insignes urbis ab arte uiros.
Frarer ad eloqum uiridi tendebat ab æuo.
Fortia uerbosi natus ad arma fori.
At mihi iam puero cælestia sacra placebant:
Inque suũ furtim musa trahebat opus.
Sæpe pater dixit. studium quid inutile tẽtas?
Meonides nullas ipse reliquit opes.
Motus eram dictis totoq; helicone relicto
Scribere conabar uerba soluta modis.
Spõte sua carmẽ numeros ueniebat ad aptos
Et quod tentabam scribere uersus erat.
Interea tacito passu labẽtibus annis.
Liberior fratri sumpta mihiq; toga est.
Induiturq; humeros cũ lato purpura clauo.

Quinquatres Quinquatrus Quinquatria

Meonides. Homerus. Verba soluta. Prosaicã orationem. Ad aptos numeros. Ad rhythmos carmini conuenientes. Liberior toga. Togam uirilem designat: quam nobiles adolescentes apud romanos sumebant in festo Liberi patris deposita prætexta. Ea ad calceos usq; demittebatur: sicut a græcis Pallium autore Fabio: quanuis Plynius secundus scripserit id Ciceronem facere solitum uelandarum uaricũ gratia eius mẽsuram iustam sex ulnarum fuisse docet Porphyrio. Maro (autore Seruio) Virilem togam induit: qum esset annorum. xvii. Illud notandum pueros anteq̃ uirilem sumerent togam: quam a tegẽdo dictam scribit Varro: usos fuisse alios prætexta tantum: atq; hi quorum patres curulem magistratum gessissent: ut est autor Macrobius. Liberiorem autem togam appellat: quia qui eam induissent: non amplius erant sub pædagogorum cura: sed liberius uiuendi erat potestas. Persius. Qum blandi comites: totaq; impune suburra Permisit sparsisse oculos. Papinius. Quem non corrumpit pubes effræna: nouæq; Libertas properata togæ: & Propertius. Ante deos libera sumpta toga es. Su ebant autem pueri uirilem togam in festo Liberi patris ob ætatis conuenientiam: quæ pueris est iam maturis togæ sumendæ cum hoc deo: cuius ætas media dicitur inter pueritiam & iuuentam: uel ut commendarentur a parentibus Libero: quem romani patrem uocant: ut quos pædagogi cura destituit: numinis tutela susciperet: uel q; liberioris uitæ iter ingrederetur: uel ut adolescentium frequentia ludis liberalibus non deesset: qum ad eos multi non religione: sed togæ sumendæ studio conuenirent: ut in fastis elegantissime exequitur Ouidius. Cum lato purpura clauo. Lato clauo ueste utebãtur & nobiliores & senatores: qui ab ea Laticlaui appellabãtur. Vñ Tranquillus scribit Neronem a quodam Laticlauo: cuius uxorem attrectauerat: prope ad necem cæsum. Oratius in primo sermonum per Latum clauum senatorem designat eo uersu. Et latum demisit pectore clauum: & paulo post Ouidius. Claui mensura coacta est. & Martialis. Dum te posse negas nisi lato Gellia clauo Nubere: nupsisti Gellia cistifero. Scribit Plynius Latiore clauo Tullum hostilium e regibus primum usum Hetruscis deuictis. Strabo libro tertio est autor. Baleares primos mortalium Latum clauum induisse. Silius libro tertio scribit Herculis quoq; sacerdotes induisse Latum clauum. Est autem appellat⁹ Latus clauus a textura: uelut quibusdam clauis distinctus. Martialis. Et lato uariata mappa clauo. Et Plynius. Tunicam Lati claui in modum gausape texi cœptam scribit. Hic ergo Ouidius per purpuram cum Lato clauo: idest cum eo genere texturæ non uestem senatoriam designat: sed togam uirilem: quam post prætextam sumebant nobiliores adolescentes: quam enim superius liberiorem togam nominauit: hic Lato clauo tunicam purpuream appellat. Et Liuius scribit patres munera quæ legati ferrent Masanissæ decreuisse Sagula purpurea duo cum fibulis aureis singulis: & Lato clauo tunicis. Scribit etiam Plynius. Purpuræ usum romæ semper fuisse: sed Romulo in Trabea & Tullo Hostilio toga prætexta & latiore clauo

Toga uirilis
Togæ mẽsura
Toga prætexta
Cur toga liberior
Cur toga liberalib⁹ sumebat
Latus clauus
Qui primus usus est lato clauo
Lati claui appellatio unde

Tunica autem a Tunico: idest uestio dicta. Vestimentum erat sine manicis: ut docet Marcellus. Vergili⁹. Et tunicæ manicas: & habent redimicula mitræ: & Varro. Tunicam dimissam habet ad talos. Ennius. Carthaginensium tunicam iuuentutem uoluit dicere. Et studium nobis. Poeticam artem intellígit: cui dixit se a pueritia deditum fuisse. Parte mei. Fratre ipso: frater enim qum fere alter sit iure pars fratris appellatur. Primos honores. Magistratus qui primo adolescentibus dabantur: ut Aedilitas: Quæstura: Triumuiratus: cæteriq; qui minores dicebantur. De tribus uiris. De tribus uiris capitalibus: qui Romæ creabantur: quorum meminit Varro his uerbis. Quæstores a quærendo: q̄ conquirerent publicas pecunias & maleficia: quæ triumuiri capitales nunc conquirunt. Curia restabat. Restabat ut senator fierem. De duorum autem generum curia alibi diximus. Mensura claui. Mensura uestis senatoriæ: per quam senatoriaz designat dignitatem. Est coacta. Est restricta: uel collecta: & cogitatione complexa: hoc est cœpi metiri senatoriã dignitatem. Illud onus. Ille labor senatoriæ dignitatis. Eram fugax. Fugabã. Solicitæ ambitionis. Ambitionis quæ reddit hominem solicitũ. Quæq; nocet serpens. Aemylius Macer poeta ueronensis herbas: serpentes: & uolucres carmine complexus est: qui (ut scribit Eusebius) xxx. Olympiade in Asia periit. Suos ignes. Suos amores: quos carmine decantauit. Ponticus heroo. Ponticus poeta heroico carmine thebanum bellũ scripsit. Clar⁹ fuit Proptii tpe: ad quẽ ille eã elegiam scripsit. Qum tibi cadmeæ dicuntur pontice thebæ: Armaq; fraternæ tristia militiæ. Battus quoq; clarus iambis. De Batto quem poeta iãbos scripsisse dicit: nihil unq̄ legi. Bœthi autem sed mali poetæ meminit Strabo libro. xiiii. Oratius numerosus. Oratius optimus poeta uel a copia: uel ab elegantia numeroz ideſt carminum dictus. Dum ferit. Dum plectro chordas feriẽdo cantat: hoc est dum pariter sonat lyra & cantat carmina. Nec auara fata. Nec deorum uoluntates quas ideo auaras appellat: quoniam celerius Tibullum rapuerunt q̄ fas erat: admodum enim iuuenis periit. Tempus amicitiæ. Quia periit me puero: aut anteq̄ possem eum uidere: qum enĩ Romam e phæacia rediisset: defunctus est. Vnde extat Ouidii de ei⁹ morte elegia. Hic. Tibullus. Propertius illi. Properti⁹ successit Tibullo. Ab his. Post hos. Vtq; ego maiores. Subaudi colui.

Tunica

Quæstores

Triũuiri capitales

Aemilius Macer

Ponticus poeta

Battus poeta

Oratius numerosus

Et studium nobis: quod fuit ante manet.
Iamq; decem uitæ frater geminauerat annos
Cum perit & cœpi parte carere mei.
Cepimus & teneræ primos ætatis honores
Deq; uiris quondã pars tribus una fui.
Curia restabat: clauí mensura coacta est:
Maius erat nostris uiribus illud onus.
Nec patiẽs corpus: nec mẽs fuit apta labori:
Sollícitæq; fugax ambitionis eram.
Et petere aoniæ suadebant tuta sorores
Ocia iudício semper amata meo.
Temporis illius colui fouiq; poetas:
Quotq; aderant uates rebar adesse deos.
Sæpe suas uolucres legit mihi grãdior æuo:
Quæq; nocet serpẽs: q̃ iuuat herba macer
Sæpe suos solitus recitare ꝓpertius ignes.
Iure sodalitií qui mihi iunctus erat.
Põticus heroo: battus quoq; clarus iambis
Dulcia cõuictus membra fuere mei.
Detinuit nostras numerosus horatius aures:
Dum ferit ausonia carmina culta lyra.
Vergilium uidi tantũ: nec auara tibullo
Tempus amicitiæ fata dedere meæ.
Successor fuit hic tibi galle: propertius illi:
Quartus ab his serie temporis ipse fui.
Vtq; ego maiores. sic me coluere minores
Notaq; non tarde facta thalia mea est.
Carmina quũ primũ populo iuuenília legí:
Barba resecta mihi bísue semelue fuit.
Mouerat ingeniũ totam cantata per urbem
Nomine nõ uero dícta corinna mihí.
Multa quidẽ scripsí: sed quæ uitiosa putauí
Emendaturis ignibus ipse dedí.
Tũ quoq; cũ fugerẽ q̃dã placitura cremauí
Iratus studío carminibusq; meis.

Est facta nota. Est facta omnib⁹ cognita. Nõ tarde. Non sero: sed me iuuene. Carmina iuuenilia. Libros de arte amandi a se iam iuuene editos potes intelligere: magis tamen placet: ut dicat libros de amoribus: de quibus fortasse etiam superius intellexit eo carmine: Et mea sunt populo cantata poemata sæpe. Mouerat ingenium. Amor (ut docet Plato) poeta est adeo sapiens: ut alios quoq; poetas possit efficere. Quilibet enim: licet antea rudis poeta euadit: qum primum amor efflauerit: ex quo perspicue cõiectare licet amorem peritum poetam esse: omnesq; summatim musicos poesis numeros continere: ex cuius sententia Ouidius quoq; hic ostendit ab eo se ingeniosum factum. Sic etiam Propertius. Ingenium nobis ipsa puella facit. Nomine nõ uero dicta Corinna mihi: De amica Ouidii: quam ipse Corinnam appellauit: abunde diximus libro tertio de arte amandi in enarratione eius uersus. Et multi quæ sit nostra Corinna rogant. Qum fugerem. Qum in exiliũ ꝓficiscerer.

Amor poetas facit

Molle cupídíneis atq; expugnabile telís
Cor míhí quodq; leuís cã mouereт erat.
Cum tamẽ hic eſſem nimíoq; accẽderer ígní
Nomine ſub noſtro fabula nulla fuit.
Pene míhi puero nec dígna nec utílis uxor
Eſt data; quæ tempus p breue nupta fuít.
Illí ſucceſſit quamuis ſine crímine coniunx;
Non tamen in noſtro firma futura toro.
Vltíma; quæ mecũ ſeros permanſit in annos.
Suſtínuit coniunx exulís eſſe uírí.
Fília me mea bis príma fœcunda iuuenta
Sed non ex uno coniuge fecit auum.
Et iam complerat genitor ſua fata; nouemq;
Addíderat luſtrís altera luſtra nouem.
Non aliter fleuí; q̃ me fleturus ademptum
Ille fuit; matrí proxima buſta tuli.
Fœlíces ambo tempeſtíueque ſepulti
Ante díem pœnæ quod periere meæ.
Me quoq; felícem; quod nõ uíuentibus íllís
Sum míſer: & de me quod doluere níhil.
Sí tamen extínctís alíquid níſi nomína reſtat
Et gracílís ſtructos effugít umbra rogos.
Fama parentales; ſí uos mea cõtigit umbræ
Et ſunt in ſtygío crímina noſtra foro.
Scite p̃cor cauſam; nec uos mihí fallere fas ẽ;
Errorẽ iuſſæ non ſcelus eſſe fugæ.
Manib⁹ hoc ſatís ẽ, ad uos ſtudioſa reuertor
Pectora quæ uitæ quæritís acta meæ.
Iam mihí canícies pulſís melioribus annís
Venerat antíquas míſcueratq; comas.
Poſtq; meos ortus píſæa uinctus oliua
Abſtulerat decies præmía uíctor eques.

Qum tamen hic eſſem. Qum tamen talis eſſem: ut cor meum molle eſſet. Nomine ſub noſtro. Hoc dicit nulla unquam de me fuit fabula: q̃ notatus fuerim infamia. Filia me. Perilla. Bis fœcunda. Bis grauida. Sed non ex uno coniuge. Sed non ex uno marito: duos enim habuit. Genitor. Pater meus. Iam complerat ſua fata. Iam perierat. Nouemq; Addiderat Luſtris altera luſtra nouem. Hoc eſt ad nonageſimum annum peruenerat. Non aliter fleui. Non aliter mortuum patrẽ ploraui. Matri proxima buſta tuli. In eodem matris ſepulchro patrem condidi: Alii legunt matris: ut dicat poſt patrem etiam matrem extuliſſe: quod magis etiã placet. Sanè buſtum ſignificat cadauer iam crematũ. Vergilius. Semiuſtaq; ſeruãt Buſta: idem illud reliquias appellauit. Funus uero eſt cadauer iam ardens: quod dum portatur exequias dicimus. Conditum uero iam ſepultũ: ut Seruius docet. Meæ pœnæ. Mei exilii. Extinctis. Hominibus mortuis. Si tamen extinctis aliquid niſi nomina reſtat. Ordo eſt. Si tamen ſubaudi umbra reſtat. i. remanet extinctis aliquid: hoc eſt habentibus aliqd extinctum ſcilicet corpus ipſum. Eſt autem per Synecdochen dictum niſi nomina. Hoc dicit ſi mortuo corpore reſtat umbra & fama. Eſt autẽ mors (ut docet Plato) rerum duarum animæ ſcilicet: & corporis inuicem diſſolutio: corpus mortale eſt: anima uero immortalis: remanent ergo ex homine duo tantum nomen ſcilicet & anima. Vmbra gracilis. Tenuis umbra hominis. Effugit rogos ſtructos. Effugit ignem paratum: ideſt ſi anima cum corpore non crematur. Vmbræ parentales. O animæ parentum meorum. Sunt in ſtygio foro. Cognoſcuntur hominum ſcelera a iudicibus inferni: ut docet Maro: & Plato in Gorgia. Is enim inducit Iouem Plutoni & curatorib⁹ beatarum inſularum ita reſpondentem. Ego igitur ut pote qui ante uos hæc præuiderem conſtitui iam meos filios iudices: duos quidem ex aſia Minoẽ uidelicet & Rhadamanthum: unum uero ex Europa Aeacum: hi ergo poſteaq̃ mortui fuerint iudicabũt in prato quodam: ibiq; in triuio ex quo geminæ portant uiæ: altera quidem ad tartarum: altera uero ad inſulas beatorum. Et aſiaticos quidem Rhadamanthus. Eos uero qui ab Europa uenient: Aeacus iudicabit: Minoi uero⁹ id munus iniungam: ut ipſe diiudicet ſi quid aliis ambiguũ fuerit: ut iuſtiſſime procedat iudicium: rectęq; fiat tranſmiſſio animarum. Cicero tamen in primo tuſculanarum quæſtionum Triptolemum quartum inferni iudicem ponit. Cauſam. Relegationis meæ originem. Manibus. Parentum umbris: quas hactenus allocutus ſum. Piſæa oliua. Oliua: qua apud Piſas coronabãtur uictores in olympico certamine: ut alibi plura diximus. Victor eques. Olympionices: ideſt qui Olympia uiciſſet.

Decies abſtulerat præmia. Per decem præmia deſignat decem olympiadas: hoc eſt annos quinquagĩta: nam ludi Olympici celebrabantur quinto quoq; anno redeunte: ut docet Cenſorinus: magna hominum frequentia in Iouis Olympici honorem: idq; tempus Olympiada appellabant. Fuit autem Olympia (ut docet Strabo) Lucus oleaſtro ueſtitus iuxta flumen Alpheum in agro Piſano ab Elide ſtadiis minus. ccc. abſens: in quo ſtadium erat: ubi fuit templum Ioui Olympio dicatum: celebratumq; ſcriptorum monumentis ante illud Olympiaca certamina agebantur magna totius græciæ celebritate. Ea Hercules inſtituit: primuſq; palmam reportauit. Herodotus libro octauo ſcribit arcades perfugas interroganti Xerxi quod nam præmium eſſet propoſitum in Olympico certamine: reſpondiſſe oleaginam coronam eſſe: qua donarentur: non enim pecuniarum certamen agitabant: ſed uirtutis. Vitruuius libro nono ſcribit Olympioni-

Buſtum
Funus
Exequiæ
Conditũ
Mors qd
Iudices inferni
Olympionices
Olympici ludi
Olympias
Olympia
Præmia eius qui olympia uiciſſet

eas non modo in conuentu ſtantes cum palma & corona tuliſſe laudes: ſed etiam dum reuerterentur in ſuas ciuitates cum uictoria triumphantes quadrigis inuectos fuiſſe: e req; publica perpetua uita conſtitutis uectigalibus uſos fuiſſe. Vnde a Solone etiam inſtitutum fuiſſe ſcribit Plutarchus ut dragmæ quingentæ darentur ei qui Olympia uiciſſet: Herculem ſcribit Diodorus libro quinto elegiſſe clariſſimum atq; optimum græciæ locum ad ſtatuenda certamina Olympica: concurſuſq; hominum celebrandos: campos ſcilicet iuxta Alpheum flumen ſitos. Olympicum autem certamen (ut refert Herodotus) gymnicum atq; equeſtre fuit. Vnde ſuperius etiam poeta uictorem equitem dixit. Diodorus quoq; docet Herculem inſtituiſſe Olympicum certamen: & equorum: & palæſtræ quod Ioui patri dedicauit coronatus: quoniam & ipſe quoq; de hominum genere: atq; ꝓmio eſſet meritus. Illud ſciendum in Iouis olympici templo fuiſſe eius dei ſimulacrum ſolidum ex auro: picturas quoq; plurimas mirabileſq; : ut Strabo docet: ſed ante omnia ſigna fuit Iouis ſimulacrũ ex ebore Phidiæ athenienſis opus: cuius meminit Plynius libro trigeſimo quarto. Strabo in octauo & Fabius in duodecimo. Ioſephus ſcribit illud nõ potuiſſe in romanam ciuitatem tranſferri architectis dicentibus q; ſi illud moueretur ſimulacrum aliquod malum poſſet accidere. Olympicum autem certamen: quod Hercules in honorem Atauĩ materni pelopis ediderat: intermiſſũ Iphitus Elæus filius eius inſtaurauit. Solinus autor. Scribit Euſebius de temporibus Aeſchylum athenienſiũ iudicem ſecundo anno primam olympiada actã: quod erat Agon gymnicus in qua Choræbus Elienſis extitit uictor: Elioſq; agere quinquennale certamen quattuor annis in medio expletis: in q; bus principes annui conſtituũtur quattuor: quam Olympiadem Iphitus filius Praxonidis: ſiue Aemonis primus conſtituit. Quid referam. Hic relegationis etiam incommoda cõmemorat. Multa tuli. Multa mala paſſus ſum: dum Tomon ꝓficiſcor. Succumbere malis. Malis ſubiacere: ex quo in aduerſis ſe fortem ſemper fuiſſe oſtendit.

Prima olympias inſtituta

Suis uiribus. Propria fortitudine. Oblituſq; mei. Et oblitus priſtinæ meæ tranquillitatis. Cœpi arma temporis. Cœpi tempori cedere & neceſſitati parere: ut uirum fortem decet: quod ſapientis ſemper fuiſſe Cicero eſt autor. Manu inſolita. Quia contra aduerſa pugnare nunq; didici aut aſſueui. Occultum polum. Per occultum polũ Auſtralem: per conſpicuum uero ſeptentrionalem intelligit. Vergilius. Hic uertex nobis ſemper ſublimis at illũ Sub pedibus ſtyx atra uidet: maneſq; profundi. Ora ſarmatis. Ora Sarmatiæ. Getis pharetratis. Getis ſagittiferis. Carmine. Carmina componendo. Leuo. Imminuo. Referantur. Recitentur carmina mea. Obſto. Reſiſto mea patientia. Lucis ſolicitæ. Vitæ quæ me ſolicitum & anxium reddit. Subducis. Remoues.

Ab iſtro. A Tomitana urbe Iſtro flumini finitima. In medio helicone. In locis amœniſſimis.

Quod rarum eſt. Quod raro accidit: ut uiuentes famã cõſequant. Ab exequiis. Poſt mortem. Detractat præſentia. Lacerat uiuentium opera. Iniquo dente. Detractione iniuſta. Fama maligna. Fama anguſta. Non ero tuus. Non ſepeliar: aut obliuioni tradar.

Cum maris euxini poſitos ad leua tomitas
Quærere me læſi principis ira iubet.
Cauſa meæ cũctis nimiũ quoq; nota ruinæ
Indicio non eſt teſtificanda meo.
Quid ferã cõitũq; nephas: famuloſq; nocẽ
Ipſeq; multa tuli nõ leuiora fuga. (teſ:
Indignata malis mens eſt ſuccumbere: ſeq;
Præſtitit inuictam uiribus uſa ſuis.
Oblituſq; mei ductæque per ocia uitæ
Inſolita cepi temporis arma manu.
Totq; tuli pœnas terra pelagoq; quot inter
Occultũ ſtellæ conſpicuumque polum.
Tacta mihi tandem longis erroribus acto
Iuncta pharetratis ſarmatis ora getis
Hic ego finitimis quamuis circũſonor armis
Triſtia quo poſſum carmine fata leuo.
Quod: quãuis nẽo ẽ cuius referat ad aures:
Sic tamen abſumo: decipioq; diem.
Ergo quod uiuo duriſque laboribus obſto:
Nec me ſollicitæ tedia lucis habent.
Gratia muſa tibi: nã tu ſolatia præbes
Tu curæ requies: tu medicina uenis.
Tu dux & cões es: tu nos abducis ab iſtro.
In medioque mihi das helicone locũ.
Tu mihi (quod rarũ ẽ) uiuo ſublime dediſti
Nomẽ ab exequiis quod dare fama ſolet.
Nec q detractat præſentia liuor iniquo
Vllũ de noſtris dente momordit opus.
Nã tulerint magnos cũ ſæcula noſtra poetas
Non fuit ingenio fama maligna meo.
Cũq; ego ꝓponã multos mihi: nõ miꝰ illis
Dicor & in toto plurimus orbe legor.
Si quid habent igitur uatũ præſagia ueri:
Protinus ut moriar non ero terra tuus.
Siue fauore tuli: ſiue hãc ego carmine famã
Iure tibi grates candide lector ago.

BARTHOLOMAEI MERVLAE IN QVINTVM ET VLTIMVM DE TRISTIBVS LIBRVM ENARRATIONES.

HVNC quoq; de getico. Mittens Romam e Scythia hunc ultimum librum Ouidius: sui studiosos monet: ut quattuor prioribus libellis illinc quoq; ab eo missis: hunc etiam addant: excusatq; se non potuisse materiam aliam q̃ tristem: eiusq; rebus miseris & perditis conuenientem sumere: q; si in patriam reuocetur scripturum se iocosa & læta profitetur: quã rem si non optinuerit: exemplis probat se nõ posse in libellis suis alia scribere q̃ tristia, præsertim qum in maximis doloribus & malis uersetur. Simulq; ueniaz petit: si quid triste erit: quod lectorem offendat: & ne uideatur arrogans: fatetur carmen esse malum: huiusq; rei causaz assignat: docetq; postremo: cur qum id ita sit: huiusmodi carmen romam mittat.

De littore gætico. De littore Tomitanæ urbis: quæ littori getico adiacebat. Quattuor meis p̃missis. Quattuor meis libellis de Tristibus antea romam missis. Dulce nihil. Nihil suaue: sed amarum & triste. Suæ materiæ. Materiæ poetæ quæ est tristis. Integer. Non relegatus. Læta & iuuenilia. Libros de arte amandi significat. Vt cecidi. Postq̃ relegatus fui. Perago præconia. Sum præco & scribo. Subiti casus. Subitæ relegationis. Mei argumenti. Materiæ de me ipso.

Cayſtrius ales

Cayſtrius ales. Cygnus ad Cayſtrum fluuium peruolans: ut est autor Homerus libro Iliados secundo. Tantus etiam sonus inquit in Scamãdri campo festinantium: quantum clangorem reddũt plurima gruum: cygnorum: anserum agmina: ultro citroq; uolitantia: ac modo se demittẽtia: modo subuolantia ad Cayſtri fluenta inter cõsitas arboribus ripas petant: lauandoq; gestiunt: circumiunctis pratis ad multiplicem uocem resultantib⁹: & Maro in septimo Aeneidos. Ceu quondam niuei liquida inter nubila cygni Qum sese e pastu referunt: & longa canoros Dant per colla modos: sonat amnis & Asia circum Pulsa palus: & in Ge-

Cayſter

orgicis. Et quæ asia circum Dulcibus in stagnis rimantur prata cayſtri. Cayſter autem fluuius decurrit p̃ximus paludi Asiæ: ut Vibius sequester scripsit. Dionysius refert Cayſtrum fluuium esse in Meonia. Ripa. In ripa. Ore deficiente. Deficiente spiritu uel corpore: ut sit pars pro toto. Dicitur deflere suam necem. Dicitur plorare mortem suam: quod docet etiam Aristoteles de natura animalium libro nono. Olores enim inquit palmipedes sunt: & apud lacus paludesq; uiuunt: nec probitate uictus morum: prolis: senectutis uacant: Aquilam si pugnam cœperit: repugnantes uincunt. Ipsi autem nunquam nisi prouocati inferunt pugnam: canere soliti sunt: & præcipue iam iam morituri. Idem etiam docet Plato in Phedone ita scribens. Cygnos quoq; falso criminantur: q; lugentes mortem ob dolorem cantum emittant: profecto haud animaduertunt nullam esse auem: quæ cantet qum esuriat: aut rigeat: aut quouis alio afficiatur incommodo. non ita Philomena: nec Hirundo: nec Epops: quas ferunt per querimoniam cantare lugentes. At mihi neq; hæ aues præ dolore uidentur canere: neq; cygni: sed quia Phœbo sacri sunt (ut arbitror) diuinatione præditi: præsagiunt alterius uitæ bona: ideoq; cantant alacrius: gestiuntq; ea die: q̃ superiori tempore. Idem Plynius etiam refert: cuius uerba hæc sunt. Olorum morte narratur flebilis cantus falsis (ut arbitror) aliquot experimentis: quæ uerba a doctis quibusdam scio parum fuisse intellecta: credentib⁹

Cygni morituri canunt

Plynii locus

Plynium negare cygnorum in morte esse flebilem cantum. Immo ille Platonem secutus dicit falsum esse existimari cygnos flebiliter cantare propter mortem: qum potius illi Apollini dicati: q; ab eo diuinationẽ habere uideantur prouidentes quid in morte boni sit cum cantu & uoluptate moriantur: ut in primo Tusculanarum quæstionum etiam Cicero opinatus est. Cygnus autem uir fuit: qui post Phaetontis casum i auem sui nois mutat⁹ est: ut docet Ouidi⁹ in met. & Vergilius in decimo. Pausanias scribit ultra Eridanũ in Gallia Cygnum uirum musicæ peritum Ligurum regem fuisse: & locum esse datum fabulæ eum post obitum Apollinis uoluntate in Cygnum auem conuersum. Cygnus latine Olor appellatur: ut Higin⁹ scribit. Illud notandum Cygnum a græcis cum c ante n: a latinis cum g litterarum similitudine scribi: ut Gobio: & alia nomina: ut docet Priscianus.

Cygni fabula

Cygnus quomodo scribit

PVBLII OVIDII NASONIS DE TRISTIBVS LIBER QVINTVS.

VNC quoq; d̃ getico
nr̃i studiose libellũ
Littore p̃missis q̃ttuor adde meis.
Hic quoq; talis erit:
q̃lis fortuna poetæ.
Inuenies toto carmine dulce nihil.
Flebilis ut nr̃ status est: ira flebile carmen:
Materiæ scripto conueniente suæ.
Integer & lætus læta & iuuenilia lusi:
Illa tamen nunc me composuisse piget.
Vt cecidi: perago subiti præconia casus:
Sumq; argumenti conditor ipse mei.
Vtq; iacens ripa deflere cayſtrius ales
Dicitur ore suam deficiente necem:
Sic ego sarmaticas longe proiectus i oras

Ne funus. Ne relegatio mea. Eat mihi tacitum. A me ſcilentio prætereatur. In illo numero. In numero illorum equi iocoſa: & amatoria ſcripſere. Ille luſor. Ille ſcriptor: hoc eſt ego Ouidius: hoc autem dicit: quia ſcripſit præcepta amatoria. Quod ſupereſt. Quod reliquum eſt. Socios ad publica carmina flexi. Admonui ſocios poetas ad conſideranda diligentius poemata: quæ ab eis publice edũtur: ne forte ea ſcribant: quibus damnẽtur: ut mihi accidit: uel (quod magis placet) hoc dicit: poſteaquã eiectus fui in exilium: reſtabat: ut amicos flecterem ad legẽda hæc carmina: quæ edita a me omnibus patebant: & rogarem eos: ut mei nominis memoriam ſeruarent: mihiq; ſi poſſent: opem ferrent. & ideo triſtia ſcribenda erant potiuſquam iocoſa.

Efficio tacitum ne mihi funus eat.
Delitias ſi quis laſciuaq; carmina quærit
Præmoneo nũquã ſcripta quod iſta legat.
Aptior huic gallus blandiq; propertius oris:
Et plures quorũ nomina magna uigent.
Atq; utinam numero nos nõ eſſemus in illo:
Hei mihi: cur unquã muſa locuta mea ẽ?
Sed dedimus pœnas: ſcythiciq; in finibus iſtri
Ille pharetrati luſor amoris abeſt.
Quod ſupeſt ſocios ad publica carmina flexi
Et memores iuſſi nominis eſſe mei.
Si tamen ex uobis aliqs tam multa requiret
Vnde dolẽda canam: multa dolenda tuli.
Nõ hæc ingenio: nõ hæc componimus arte:
Materia eſt propriis ingenioſa malis.
Et quota fortunæ pars ẽ in carmine noſtræ?
Fœlix qui patitur quæ numerare poteſt.
Quot frutices ſiluæ: quot flauas tybris hare
Mollia quot martis gramia cãp⁹ hẽt. (nas
Tot mala ptulimus: quoq; medicina quieſq;
Nulla niſi in ſtudio eſt: pieridumq; mora.
Quis tibi naſo mod⁹ lachrymoſi carmis iqs
Idem fortunæ qui modus huius erit.
Quod q̃rar illa mihi plẽo de fonte miniſtrat
Nec mea ſunt fati uerba ſed iſta mei.
At mihi ſi chara patriam cum cõiuge reddas.
Sint uultus hilares: ſimq; quod ante fui.
Lenior & uicti ſi ſit mihi cæſaris ira:
Carmina lætitiæ iam tibi plena dabo.
Non tamen ut luſit rurſus mea littera ludet.
Sit ſemel illa meo luxuriata ioco.
Quod pbet ipe canã: pœnæ mõ parte leuata
Barbariam rigidos effugiamq; getas.
Interea noſtri qd agant niſi triſte libelli?
Tibia funeribus conuenit iſta meis.
At poteras inqs melius mala ferre ſilendo.
Et tacitus caſus diſſimulare tuos.
Exigis ut nulli gemitus tormenta ſequantur.
Acceptoq; graui uulnere flere uetas.
Ipſe perilleo phalaris permiſit in ære
Edere mugitus: & bouis ora queri.
Quũ priami lachrymis offenſus ñ ſit achilles
Tu fletus inhibes durior hoſte meos.

Ad publica carmina. Ad uerſus meos de triſtibus: quos amicis legendos mitto. Multa dolẽda tuli. Quia multa etiã triſtia pertuli. Et quota pars. Et rara: uel nulla pars. Noſtræ fortunæ Noſtri infortunii: quaſi dicat pauca ſcripſim⁹ eorum: quæ paſſi ſuimus. Fœlix qui patitur. Fœlicem ſe innuit futurum fuiſſe: ſi poſſet mala propria numerare: ſed quia ſunt innumerabilia: ideo ſe infœlicem putat. Campus martis. Campus Martius. Illa miniſtrat. Illa fortuna mea ſuggerit. Sed iſta. Subaudi eſt. Hoc eſt: iſta mea fortuna eſt: quæ queritur & loquitur hæc uerba mei infortunii: nõ ego. Eſt autem ordo. Verba mea mei fati nec ſunt ſcilicet quæ queruntur: ſed eſt fortuna mea quæ queritur. Vt luſit. Vt olim ſcripſit. Intelligit autem tres libros de arte amandi. Quod probet ipſe. Quod ipſe Cæſar laudet. Iſta tibia. Iſte ſonus funeſtus: ideſt hoc triſte ſcribendi genus Solebant autem maiores funera ad tibiam efferre Statius. Tibia cui teneros ſolitum deducere mães Idem docet Plynius in funere eius corui: qui Tiberium: deinde Germanicum: & Druſum Cæſares nominatim ſalutabat. Exigis ut nulli. Petis inquit: ut qui torquetur: non gemat: quod ipoſſibile eſſe colligit. Ipſe perilleo. De Perilli æneo tauro diximus ſupra. Non ſit offenſus. Non ſit læſus: immo eius lachrymis uictus ilico Hectorem reddidit: ut in ſecundo Aeneidos docet Maro: plenius uero Homerus in ultimo Iliados libro. Inhibes fletus. Vetas me flere. Durior hoſte. Durior Achille Priami hoſte.

Funera ad tibiam

Niobes fabula

Qum faceret Nioben orbam. Niobe Tantali ſuia fuit ex Taygete Atlantis: ſoror Pelopis: & Amphionis uxor: quæ (ut eſt autor Diodorus) ſeptē filios & totidem filias peperit ſummo decore præſtantes. Tali prole ſuperbiens admodum gloriabat̄ ſe Latonæ præferens numero filioꝝ. Itaq; ira motam Fabulæ latonam ferūt. Apollini: ut Niobes Filios: Dianæ ut filias arcu interficerēt mandaſſe: q̄bus matri obtēperātibus cōtigit eodem tēpore & abundare filiis: & carere: De Niobe hæc Homerus in ultimo Iliados: Naꝫ & pulcherrima Niobe poſt. xii. in atrio liberos interemptos cibi recordata eſt. Erant ei nanq; filiæ ſex: & totidem adoleſcētes filii. hos argenteo arcu Apollo: illos Diana cōfecerunt Niobe irati: q̄ ſe pulchræ Latonæ æquiparauerat: Illa enim duos duntaxat filios: ſe multos peperiſſe iactarat: Hi autem duo illos omnes interemerūt: quos nouē dies inſepultos reliquerūt: Decima aūt die dii ſuperi humari mādauerūt. Illa igit̄ poſt lachrymas cibum cepit, nunc aūt deſertis in mōtibus apud Sypilū lapidea uiſitur: ubi nymphaꝝ: quæ circū Achelo um choris oblectant̄: toros eſſe ferūt. Ibiq; licet ī

Niobes lachrymæ

ſapidē obdurata deoꝝ flagella ꝓpetitur nā lachrymas ſemper emittit dicente Ouidio libro met. vi. Flet tamē: & ualidi circūdata turbine uēti In patriā rapta eſt: ubi fixa cacumine montis liquit̄: & lachrymis etiā nunc marmora manāt: De numero filiorum Niobes maria eſt ꝓpinio: Homerus

Cum faceret nioben orbam latonia proles:
Nō tamen hāc ſiccas iuſſit habere genas.
Eſt aliq̄d fatale malū per uerba leuare.
Hoc querulā prognen alcyonaſq; facit.
Hoc erat in gelido quare pæantius antro
Voce fatigaret lemnia ſaxa ſua.
Strāgulat incluſus dolor: atq; cor æſtuat ītus
Cogitur & uires multiplicare ſuas.
Da ueniam potius: uel totos tolle libellos:
Si mihi quod ꝓdeſt; hoc tibi lector obeſt.

Filiorum niobes numerus & nomina

enim pueros: puellaſq; ſenos fuiſſe dicit. Euripides biſſeptenos: ſcilicet Archemorum. Antegonum. Tantalum. Phœdimum: Sypilum. Xenarchum. Opuntū: Ouidius tamen aliquos aliter nominat. Filiæ hæ fuer̄ Aſticratea. Pelopea. Chloris. Cleodexe. Ogine. Pythia: & Neæra. Sappho bis nouēos filios fuiſſe ſcripſit. Bacchilides & Pindarus biſdenos. Quidā alii ſcriptores tres fuiſſe ſolos dixerunt ut docet Gelius libro. xviiii. Qum faceret Nioben orbā. Qum Nioben liberis priuaret. Latonia ꝓles. Apollo: & Diana. Gēas ſiccas. Genas minime lachymis madefactas. Leuare fatale malum. Imminuere fatum malo illatum. Per uerba. Per queſtus: & lamentationes. Hoc facit querulam prognen. Hæc cauſa facit: ut ꝓgne querulo cantu doloré leuet: nota eſt Fabula. Sane de Tereo Pauſanias hæc refert. Tereus regnauit (ut Megarenſes affirmant) circa fontes: qui Megaridis dicuntur. ut uero ego ſentio: & ueſtigia adhuc extant: in Daulide quæ ſupra cheroniam eſt: regnum tenuit: Nam eam quæ nunc græcia appellatur: barbari multis in locis tenuerunt. Eos uero Tereus in ditionem redigere non potuit ob ea: quæ & ipſe in Philomelam: & mulieres aduerſus Itym ægerant: iccirco megaris necem ſibi ipſe conſciuit: cui tumulum ſtatim eduxerunt: perſoluuntq; ſingulis annis ſacra. Ibi Vpupam auem primum uiſam referunt. Mulieres autem athenas ueniſſe lugentes: quid paſſæ eſſent: quid item contra intulerint teſtantes: lachrymis (ut aiunt) miſerabiliter ſeſe confecerunt. Inde aſſerunt creditas earum in luſciniam̄: & hirundinem tranſformationes: ea (ut puto) occaſione: q̄ hæ aues neſcio quid miſerabile: & luctui ſimile canunt. Halcyonaſq;. Cæyx (ut ſcribit Seruius) filius Luciferi habuit coniugem Halcyonen: a qua qum prohibitus iuiſſet ad conſulendum Apollinem ſuper ſtatu regni ſui: naufragio periit: cuius corpus qum ad uxorem Halcyonen delatum fuiſſet: illa ſe præcipitauit in pelagus: Poſtea Thetidis: & Luciferi miſeratione: conuerſi ſunt ambo in aues marinas: quæ Halcyones uocantur. Fabulam etiam narrat Ouidius libro. xi. met. ubi Halcyones querelam ita deſcribit. Percutiensq; leuem modo natis aera pennis Stringebat ſummas ales miſerabilis undas. Dumq; uolat mœſto ſimilem plenumq; querelæ ora dedere ſonum tenui crepitantia roſtro. De Halcyonibus legito Ariſtotelem de animalium natura: & Plynium libro. xi. Illud ſciendum autore Seruio q̄ qum de muliere dicimus hæc Halcyone facit: qum de auibus hic & hæc Halcyon: hi & hæ halcyones.

Terei exitus Daulis

Vpupa primū uiſa

Halcyōes fabula

Philoctetes

Pæantius. Philoctetes Pæantis filius: qui qum a græcis ad bellum troianum duceretur. q̄ Herculis ſepulchrum græcis contra iuſturandum oſtendiſſet ſagitta immedicabili uulnere confectus eſt: cuius fetor qum a græcis ſuſtineri non poſſet: in Lemno relictus eſt: dicente Aiace apud Ouidium libro. xiii. met. Non te pæantia proles Expoſitum lemnos noſtro cum carmine haberet: Qui nunc (ut memorant) ſilueſtribus abditus antris Saxa mouens gemitu mala laertiadæq; precaris: Et nunc ille eadem nobis iuratus in arma Heu pars una ducum: quo ſucceſſore ſagittæ Herculis utuntur fractus morboq; fameq; Venatuq; aliturq; auib̄: Cicero ī libro de fato ſcribit Philoctetē ſerpētis morſu uulneratū: Nōdū. n. inqt ulcerato ſerpentis morſu philocteta: quæ cauſa ī rerum natura cōtinebatur: fore ut is in lemno inſula linqueretur. De Philoctete plura diximus in enarrationibus in primum Ouidii de remedio amoris. Sua uoce. Suis queſtibus. Strangulat incluſus dolor. Oſtendit dolorem compreſſum: grauiter hominem conficere. Strangulat. Suffocat. Cogitur multiplicare. Cogitur augere ipſe dolor. Da ueniam potius. Potius mihi triſtia ſcribenti ignoſcas hanc ob cauſam: q̄ damnes. Vel tolle. Vel remoue: nec lege. Totos libellos. Hæc de Triſtibus uolumina. Si mihi quod prodeſt. Si quod mihi conducit hoc eſt triſtia ſcribere: & fletu dolorem leuare.

Suo autori. Mihi Ouidio: qui pœnas fero propter scripta amatoria. At mala sunt. Negauit hæc scripta ulli obesse: hic obiectioni respõdens ea mala esse profitetur. Deceptum. Quod crediderit ea esse bona: qum mala sint. Ponere. Deponere: hinc fit Repono pro reiicio. Ouidius libro quarto met. Telasq; & calathos infectaq; pensa reponit: In qua significatione Iuuenalis illud accipiendum esse existimo. Nũq̃ ne reponam? ut qum ille semper se auditorem fuisse designauerit: nunq̃ se audiendi consuetudinem reiecturum dicat: non me tamen fugit aliter ab aliis uerbum illud exponi: sed hæc nostra interpretatio Iuuenalis sensui magis uidetur quadrare: quam etiam placuisse uideo quum aliquot doctissimis uiris: tum ĩ primis Pyrrho Pincio meo ingenuis artibus excellenti: mihiq; tanta familiaritate coniuncto ob eius elegantissimos mores: ingenium: summamq; doctrinam: ut apud neminem studia mea & arcana pectoris libentius unq̃ deposuerim ea tẽpestate: qua Venetiis agebam. Ipse nec hæc mãdo. Non iubeo ut aut sumas mea hæc mala uolumina: aut sumpta non deponas. Sunt qui hũc locum ita legant. Ipse nec emendo: ut sit hæc ego nõ corrigo. Sed ut hinc deducta legantur. Sed mãdo ut ea legantur tanq̃ composita inter barbaros scythas: & inde romam missa. Deducta. Aut cõposita. Deduci enim carmina dicuntur: ut antea diximꝰ: aut certe istinc romã missa. Nulla mihi captatur gloria. Non scribo hæc gloriæ comparãdæ gratia. Quæq; ingenii stimulos. Ordo ẽ. Et nulla captatur fama quæ solet: & reliqua. Subdere stimulos ingenio. Stimulare ingeniũ. Nolumus assiduis. Alia causa cur scribit. Scribo inquit ne uerser in assiduis curis cogitãdo mala quibus conficior. Tabescere. Angi. Quæ tamen irrumpunt. Quanuis coner scribendo curas leuare: non tamen possum. Quoq; uetantur eunt. Me adeunt: qum id fieri nollem. Cur scribam docui. Causam assignaui cur tristia componã. Cur mittam istos. Cur libellos istos ad uos mittam. Quolibet modo. Versibus. quandoquidem non licet corpore.

Repono Iuuenalis locus

Pyrrhus pincius

Sed nec obesse potest ulli nec scripta fuerũt
Nostra nisi auctori pernicioſa ſuo.
At mala sũt: fateor: qs te mala sumere cogit?
Aut quis deceptũ ponere sumpta uetat?
Ipse nec emẽdo: sed ut hinc deducta legãtur
Non sunt illa suo barbariora loco.
Nec me roma suis debet conferre poetis:
Inter sauromatas ingeniosus eram.
Deniq; nulla mihi captatur gloria: quæq;
Ingenio stimulos subdere fama solet.
Nolumus assiduis animum tabescere curis:
Quæ tamen irrũpunt: quoq; uetant eũt.
Cur scribã docui: cur mittam quæritis istos:
Vobiscum cupio quolibet esse modo.
Cqd ut e põto noua uẽit epistola palles
Et tibi sollicita soluitur illa manu?
Pone metũ: ualeo: corpusq; quod ante labor;
Impatiens nobis inualidum: que fuit.
Sufficit: atque ipso uexatum induruit usu:
En magis infirmo non uacat esse mihi.
Mens tñ ægra iacet nec tẽpore robora sũpsit
Affectusq; animi qui fuit ante manet.
Quæq; mora spatioq; suo coitura putaui:
Vulnera nõ aliter q̃ modo facta dolent.
Scilicet exiguis prodest annosa uetustas:
Grandibus accedunt tẽpore damna malis
Pene decem totis aluit pæantius annis
Pestiferum tumido uirus ab angue datũ.
Telephus æterna consumptus tabe periſſet.
Si nõ quæ nocuit dextra tulisset opem.
Et mea si facinus nullum commisimus: opto
Vulnera qui fecit facta leuare uelit.

In Secundam Elegiam Enarratio.

Non mihi: qui pœnã fateor meruiſſe: ſed illi
Parcite: quæ nullo digna dolore dolet.
V quoque nr̃aꝫ quondã fiducia rerũ:
Q ui mihi cõfugiũ: q mihi portꝰ eras.
Tu quoq; ſuſcepti curã dimittis amici:
Officiiq; pium tam cito ponis onus.
Sarcina ſum fateor: quam ſi tu tpe duro
Depoſiturus eras: non ſubeunda fuit.
Fluctibus in mediis nauem palinure relinqs:
Ne fuge: neue tua ſit minor arte fides.
Nunquid achilleos inter fera prælia fidi
Deſeruit leuitas automedontis equos?
Q uã ſemel excepit nunquã podalirius ægro
Promiſſam medicæ non tulit artis opem.
Turpius eiicitur: quam non admittiť hoſpes
Q uæ patuit dextræ firma ſit ara meæ.
Nil niſi me ſolũ primo tutatus es: at nunc
Me pariter ſerua iudiciumq; tuum.
Si mõ non aliqua eſt ĩ me noua culpa: tuãq;
Mutarunt ſubito crimina noſtra fidem.
Spiritꝰ hic ſcythica quẽ nõ bñ ducimꝰ aura
Q uod cupio mẽbris exeat ante meis.
Q uã tua delicto ſtringanť pectora noſtro.
Et uidear merito uilior eſſe tibi.
Non adeo toti fatis urgemur iniquis:
Vt mea ſit lõgis mẽs quoq; mota malis.
Finge tñ motã: quotiẽs agamemnone natũ
Dixiſſe in piladen uerba proterua putas?
Nec procul a uero ẽ: qd uel pulſarit amicũ:
Manſit ĩ officiis non minus ille ſuis.
Hoc ẽ cũ miſeris ſolũ cõmune beatis:
Ambobus tribui quod ſolet obſequium:
Ceditur & cæcis: & quos prætexta uerendos
Virgaque cum uerbis imperioſa facit.

Si mihi non parcis: fortunæ parcere debes:
Non habet in nobis ullius ira locum.
Elige nostrorũ minimum de parte laborum:
Isto quod quereris grandius illud erit.
Quam multæ madida celãt arundine fossæ
Florida quã multas hybla tuetur apes.
Quã multæ gracili terrena sub horrea ferre
Limite formicæ grana reperta solent.
Tam me circunstat densorum turba malorũ:
Crede mihi: uero est nostra querela mior.
His qui contentus non est in littus harenas:
In segetem spicas: in mare fundat aquas.
Intempestiuos igitur cõpesce furores:
Vela neq; in medio desere nostra mari.
Vã legis ex illa tibi uenit epistola terra:
Latus ubi æquoreis ister aditur aqs.
Si tibi cõtigit cum dulci uita salute:
Candida fortunæ pars manet una meæ.
Scilicet ut semp quid agã charissime quæris:
Quamuis hoc uel me scire tacente potes.
Sũ miser: hæc breuis ẽ nr̃or̃ summa laborũ:
Quisq; & offenso cæsare uiuet: erit.
Turba tomitanæ quæ sit regionis: & inter
Quos habitem mores discere cura tibi ẽ.
Mixta sit hæc quamuis iter græcosq; getasq;
A male pacatis plus trahit ora getis.
Sarmaticæ maior geticæq; frequentia gentis
Per medias in equis itq; reditq; uias.
In qbus est nemo: q non choriton & arcum:
Telaq; uipereo lurida felle gerat.
Vox fera: trux uultus: ueriss̃ima mortis iago:
Non coma: nõ ulla barba resecta manu.
Dextera nõ segnis fixo dare uulnera cultro:
Quẽ uinctum lateri barbarus omnis hẽt.
Viuit in his igitur tenerorũ lusor amorum.
Hos uidet: hos uates audit amice tuus.
Atq; utinam uiuat: & nõ moriatur in illis: Pleonasm.
Absit ab inuisis hæc tamẽ umbra locis.
Carmina qd pleno saltari nostra theatro:
Versibus & plaudi scribis amice meis.
Nil eqdem feci (tu scis hoc ipse) theatris.
Musa nec in plausus ambitiosa mea est.
Non tamẽ ingratũ est quodcũq; obliuia nr̃i
Impedit & pfugi nomen in urbe refert.
Quamuis interdũ quæ me læsisse recordor
Carmina deuoueo: pierideſq; meas.
Cũ bene deuoui nequeo tamẽ esse sine illis:

Si mihi non parcis. Si te mei tanq̃ amici non miseret. Fortunæ parcere debes. Debes misereri fortunæ meæ infœlicis. Nõ habet in nobis. Solet enim usu uenire: ut quos iniuriæ inuisos faciunt: gratiosos miseriæ reddãt ut est apud Valerium. Isto quod quereris. Isto malo quod mihi obiicis. Illud. Scilicet minimũ de parte nostrorũ laborum. Hybla florida. Hybla urbs fuit Siciliæ, quam (ut Strabo scribit) Dorienses cõdidere: ea urbs etiã Megara appellata fuit. Hyblam ab Hyblone rege Siculo: qui eã icoluit nominatam docet Thucydides libro sexto: eius ager floribus abũdabat. Martialis. Florida p uarios ut spargit hybla colores. Qum breue sicaniæ uer populant apes: ibi autem erat optimi mellis copia: Silius libro. xiiii. Tum quæ nectareis uocat ad certamẽ hymeton Audax hybla sauis. Et maro in bucolicis Apes hyblæas appellauit. Gracili limite. Angusto calle. Est minor uero. Minor est ipsa ueritate. His. Scilicet excusationibus: quas adduxi. In littus harenas. Qui me plura mala posse existimat: aut uellet habere: his quæ patior: ille maximo cumulo malorũ meorum: maiorẽ etiã addit: & cupit quasi impossibilia. Intempestiuos furores. Iram immaturam. Igitur. Quando premor tot malis.

Hybla Megara

Mel hyblæum

Apes hyblææ

In Octauam Elegiam Enarratio.

QVam legis. Amico quærẽti quid ageret in Scythia respondet breuiter Quidius se miserũ esse: Postmodũ Tomitanæ regionis icolaq; mores describit: Deinde dicit studiis poeticis animum detineri: ac pasci: & se carminibus mala sua obliuisci. Latus Ister. Spatiosus ille fluuius: de quo superius abũde diximus. Vita cum dulci salute. Vita cũ ipsa incolumitate: hoc est si uiuis: & uales. Cãdida. Fœlix: pspera. Vt semper. Subaudi quæris. Erit. Scilicet miser. Inter græcosq;. Græcorũ. n. colonia fuit Tomus: ut diximus supra.

Plus trahit. Similior est getis: q̃ græcis. Sarmaticæ maior. Rationẽ assignat eius rei quaq; dixit: eam scilicet regionem habere plus barbariei: q̃ græcitatis. Choryton. Chorytos (ut docet Lactantius grãmaticus) Theca arcus solius dicitur: sicut Pharetra sagittarũ. Hic uero Choryton pro pharetra posuit: ut etiã Silius eo uersu. Chorytiq; fratq; ex humeris: calamiq; paterni Pendebãt. Et Statius Cœlestib⁹ iplet Chorytõ telis. Felle uipeo. Felle serpẽtis. Eo. n. sagittas inficiũt getæ: ut docuimus. Lurida tela. Tela supramodũ pallida fellis aspgine: Vergili⁹. Lurida terribiles miscẽt aconita nouercæ. Vinctũ lateri. Alligatũ lateri.

Chorytos

Pleno theatro. Magna hoĩum frequẽtia: q recitationi meorũ carminũ interĩunt ĩ theatro. Nil feci theatris. Nulla mihi re ĩ theatro aurã paraui: uel nullo carmĩe theatrũ læsi: quemadmodũ Augustũ pceptis amatoriis. In plausus. Vt recitationi meorum carminum plaudatur: quod fieri solebat: qum opus recitatũ placuisset. In ora refert Legitur etiam in urbe.

Fluctibus euboicis. Vndis maris ægei: quod Euboiá insulã alluit. Capharea aqua. Aqua eiusdem maris ægei: quasi dicat: audet iterum nauigare per illud mare: in quo semel naufragium fecit. Est autem Caphareus mons Euboicæ insulæ ad hellespontum uersus. Vergilius. Et euboicæ cautes: ultorq; caphareus. Caphareꝰ

Siue homines. Subaudi specto. Quãq; lupi. Scilicet habeant. Pellibus. Rhenonibus: & brachis. Qui forte latine. Qui possit esse interpres inter latinum: & Tomitanum. Fiat tuta. Conseruetur incorrupta: melius tamẽ legitur nõ tuta: sed muta in alio codice. Vox mea. Mea uerba. Sono patrio. Latino sermone. Desueta uerba. Verba iamdiu a me intermissa. Sic animum tempusq; traho. Eo modo animus quiescit: & fallitur: & tempus ita producitur. Reduco. Remoueo.

In Nonam Elegiam Enarratio.

NOn adeo cecidi. Inimicum sibi insultantem monet: ut memor fortunæ uarietatis minime lætetur eius exilio: & ruina: quandoquidem possit accidere ut in patriam redeat: illumq; uideat grauiore aliqua causa fugatũ. Cecidi. Prostratus sum. In ferius. Vilius: & magis abiectum. In orbe dubio. In orbe ubi omnia incerta sunt. Fortunæ numen. Fortuna enim non modo cæca existimata fuit: sed etiam uaga: inconstãs: incerta: & uaria.

Vltrix rhamnusia. Rhamnusia: quã græci Nemesin uocant dea ab antiquis indignationis credebatur. Indignabatur enim cõtra superbos & elatos: ut in quada; nostra Apologia autoritate Plynii & Strabonis docuimus. Et nunquam dixi. Quasi dicat nunq̃ malo alieno gauisus fui. Rhãnusia Nemesis

Vulneribusq; meis tela cruenta sequor.
Quæq; mõ euboicis lacerata ẽ fluctibus: au-
Graia capharea currere puppis aq̃. (det
Nõ tamen ut lauder uigilo: curamq; futuri
Nominis: utilius quod latuisset: ago.
Detineo ſtudiis animum: falloq; labores:
Experior curis & dare uerba meis.
Quid potius faciã desertis solus in oris?
Quamue malis aliã quærere coner opẽ?
Siue locũ specto: locus est inamabilis: & quo
Esse nihil toto tristius orbe potest.
Siue hoies: uix sũt hoies hoc nomine digni:
Quamq; lupi sæue plus feritatis habent.
Non metuũt leges: sed cedit uiribus æquũ.
Victaq; pugnaci iura sub ense iacent.
Pellibus & laxis arcent mala frigora brachis.
Oraq; sunt longis horrida tecta comis.
In paucis extant græcæ uestigia linguæ:
Hæc quoq; iã getico barbara fcã sono ẽ.
Vnus in hoc nõ est populo q forte latine
Quælibet e medio reddere uerba queat.
Ipse ego romanus uates (ignoscite musæ)
Sarmatico cogor plurima more loqui.
Et pudet: & fateor: iam desuetudine longa
Vix subeunt ipsi uerba latina mihi.
Nec dubito: qn sint & i hoc nõ pauca libello
Barbara: nõ hominis culpa sed ista loci ẽ.
Ne tamen ausoniæ ꝑdam cõmercia linguæ:
Et fiat patrio uox mea muta sono.
Ipse loquor mecũ: desuetaq; uerba retracto:
Et studii repeto signa siniſtra mei.
Sic animum tẽpusq; traho: meq; ipse reduco
A cõtemplatu semoueoq; mali.
Carminibus quæro miserarũ obliuia rerum:
Præmia si studio consequar ista: sat est.
On adeo cecidi: q̃is abiectus: ut ifra
Te quoq; sim iferius quo nihil ee põt:
Quæ tibi res aios i me facit improbe: curue
Casibus insultas: quos potes ipse pati?
Nec mala te reddũt mitem placidũq; iacenti
Nostra: qbus possunt illachrymare feræ.
Nec metuis dubio fortunæ stantis in orbe
Numen: & exosæ uerba superba deæ.
Exiget at dignas ultrix rhamnusia pœnas:
Impoſito calcas qui mea fata pede.
Vidi ego naufragiũq; uiros & i æquor mergi
Et nunquã dixi iustior unda fuit.

Vilia quí quõdam míseris alimenta negarat:
Nunc mendícato pascítur ille cíbo.
Passibus ambiguis fortuna uolubilis errat:
Et manet in nullo certa tenaxq; loco.
Sed mõ læta mãet: uultus mõ sumit acerbos:
Et tantum constans in leuitate sua est.
Nos quoq; floruím9: sed flos fuit ille caduc9:
Flammaq; de stípula nostra breuisq; fuit.
Neue tamen tota capias fera gaudia mente:
Non est placandi spes mihi nulla dei.
Vel qa peccaui citra scelus: utq; pudore
Nõ caret: inuídia sic mea culpa caret.
Vel quia níl ingens ad finem solis ab ortu
Illo cui paret mitius orbis habet.
Scílicet ut per uim non est superabilis ullí:
Molle cor ad timídas sic habet ille preces.
Exemploq; deũ quibus accessurus & ipse est
Cum pœnæ uenía plura roganda petam.
Sí numeres anno soles & nubila toto:
Inueníes nitídum sæpius esse díem.
Ergo ne nimium nostra lætere ruína:
Restítuí quõdam me quoq; posse puta.
Posse puta fieri lenito príncipe: uultus
Vt uídeas media tristis in urbe meos.
Vtq; ego te uídeam causa graúiore fugatũ:
Hec sũt a primis proxima uota meis.
Tua si sineres in nostris nomina poní
Carmínib9: posítus q̃ mihi sæpe fores.
Te canerẽ solum meriti memor: inq; libellis
Creuísset sine te pagina nulla meis.
Quid tíbi deberẽ tota sciretur in urbe:
Exul ĩ amissa sí tamen urbe legor.
Te præsens mitẽ nosset: te serior ætas:
Scripta uetustatẽ si modo nostra ferunt.
Nec tibi cessaret doctus benedicere lector:
Hic te seruato uate maneret honor.
Cæsaris est primũ munus: qd̃ ducímus auras
Gratia post magnos est tibí habẽda deos.
Ille dedit uitã. tu quam dedít ipse tueris:
Et facis accepto munere posse frui.
Cumq; phorreret casus pars maxima nostros
Pars etiã credí pertimuisse uelit.
Naufragiũq; meũ tumulo spectaret ab alto:
Nec dederit nantí per freta sæua manũ.
Seminecẽ stygia rouocasti solus ab unda:
Hoc quoq; qd̃ mẽores possum9 eẽ tuũ ẽ.
Dii tibi se tribuãt cũ cæsare semper amicos:

Vilia qui quondam. Vidi etiam inquit diuitẽ redactum ad id inopiæ ut mẽdicaret. Passibus ambiguis. Incerto gressu: Fortuna enim incerta ẽ quam rem etiam docuit Maro eo uersu. Multa dies uariusq; labor mutabilis æui Rettulit in melius: multos alterna reuisens Lusit: & in solido rursus fortuna locauit: Et Ausonii de fortuna tale extat epigramma. Fortuna nunquam sistit in eodẽ statu. Semper mouetur: uariat ac mutat uices. Et summa in imum uertit: ac uersa erigit. De fortuna plura ẽt legito apud Plyniũ. Tenaxq;. Et firma. Et tm̃ cõstans. Et tm̃ inquit firma manet in ipsa leuitate. Nõ ẽ nulla. Est aliq̃. Dei. Cæsaris. Vel qa peccaui. Rationẽ assignat quare speret Cæsarem leniri posse. Citra scelus. Sine scelere: sed errore: & iprudentia. Vtq; pudore Non caret. Et ut meum crimen non caret ignominia: Vel certe. Vt me inqt non pudet Cæsaris: sic apud illum odio careo. Inuidia enim hoc in loco pro odio accipitur: ut apud Terentium. Vt sine inuidia laudem inuenias & amicos pares. Vel quia nil ingens. Ordo est. Vel quia Ingens orbis habet nil mitius: & reliqua. Illo. Scilicet Cæsare. Cui paret. Cui ipse orbis subiectus est. Molle cor. Cor facile & placabile. Ad preces timidas. Ad humiles preces. Exemplo deum. Deorum exẽplo: qui solent ueniam mortalibus cõcedere. Aut qui magis prosunt: q̃ obsint. Et ipse. Etiam ipse Augustus. Est accessurus. Est puenturus in numerum deorum. Cum uenia pœnæ. Vt mihi ignoscant. Plura roganda. Plura q̃ ab eo petiturus sum: hoc ẽ petam ab eo ut mihi ignoscat & alia quædam. Si numeres. Ostẽdit deos plus de mortalibus bene mereri. Vtq; ego te uideaz Subaudi: Et puta posse fieri. Fugatum. In exilium pulsum. Hæc uota. Scilicet ut uideaz te graúiore causa fugatum. Sunt proxima. Sunt secunda. A meis primis. Post prima mea uota: quæ sunt ut primo reducar. Secũda ut tu exules.

Fortuna incerta

Inuidia pro odio

In. x. Elegiam Enarratio.

QTua si sineres. Laudat amici fidem: fateturq; eius beneficio se uitã ducere simulq; gratias agit: Postremo dicit se libenter eius beneficia nota omnibus facturum fuisse: si ille suis scriptis nominari pateretur. Ferunt uetustatem. Sunt ad posteros peruentura. Seruato uate. Me Ouidio a te conseruato. Quod ducimus auras. Quod uiuimus. Post magnos deos. Post Iouem: & Augustum. Vel deos appellat Augustum: & eius liberos. Accepto munere. Accepta uita. Perhorreret nostros casus. Perhorreret ne mecum relegaretur. Pars etiam credi. Qum etiam quidã non ueri amici simularent timere: qum tamen nihil timerent. Tuum est. Quia si nõ uiueremus non possemus esse memores.

Coputa

Melium

Careeres

Plenius esse. Quam precari ut dii cum Cæsare tibi sint amici. Hæc. Beneficia. Dura copula. Copula hic pro eo fune accipit: quo canes a uenatoribus alligati ducunt: uulgo Lassum appellat: Ouidius i met. Copula detrahitur canibus. Cingulũ uero circũ collũ Meliũ appellat Varro in re rustica libro secundo cuius uerba hæc sunt. Ne uulnerent a bestiis imponunt his collaria: quæ uocant Melium: ideſt cingulũ circum collũ ex corio firmo cum clauibus capitatis. Nondum reserati carceris. Nondũ aperti termini: ut de equi incipiũt currere: quem locũ hic licẽtia poetica in singulari protulit: qũ numero multitudinis usum legamus ut ẽ autor Seruius. Vincta. Ligata. Nõ meminisse. Me nõ recordari tui. Lumen solare. Lucem solis. i. uitã: Legit & lumen uitale hoc est lumẽ hoc quo uiuimus. Sic etiam Vergilius Vitales auras appellauit.

In. xi. Elegiam Enarratio.

VT sumus in ponto. Tres annos se ægisse scribit poeta: eos tamen sibi decẽ uideri: idq; loci asperitate & difficultatibus quas deinde subiungit. Ter frigore cõstitit. Ter frigore cõcreuit: qbus uerbis tertiam hiemẽ: hoc ẽ tertiũ annũ designat. Ter est facta dura. Nõ modo p Istri glaciẽ tertiũ annum denotat: sed etiã p glaciem maris Euxini: quod ẽt nimio rigore congelascit: qđ ideo accidit: qm̃ pontus in lacus speciẽ ꝑpemodũ transit: eo q; multi i eũ fluuii effluunt. Dardana quot graio. Decem annos designat: qbus græci troiam oppugnarũt. Stare putes. Credas tempora nõ labi. Nec mihi solstitium dicit quasi solis statio: qum sol ultra non progreditur: sed retrocedere incipit: Sũt autẽ duo Solstitia: Alterũ æstiuũ: de quo hic intelligit Ouidius Id est. viii. calendas Iulii: qum sol remeare ad inferiores incipit circulos: & noctes fiunt breuiores. Alterũ hiemale. viii. calẽdas Ianuarii autore Seruio. Scribit Columella Hiparco placuisse bruma le solstitiũ esse. xvi. calendas Ianuarii Sole in Capricornum transitũ faciẽte. Chaldæos id obseruare. ix. calendas Ianuarii. De Solstitio plura Plynius libro .xviii. Vitruuius: ac etiam Higinus.

Cur Euxinus congelascit

Solstitiũ

Solstitiũ æstiuum

Solstitiũ hiemale

Quicquam de noctibus aufert. Quãuis enim noctes eo tempore sint breuiores: Longiores tamen Ouidio uidebantur: quod his accidit: q; graui aliqua cura conficiuntur. Bruma. Solstitiũ hiemale. Angustos dies. Breues dies eo enim tempore & noctes sunt longæ: & dies breues.

Nouata est. Quia omnia mihi uidentur mutata: & se aliter q̃ prius habere. Quem tenet euxini. Incommoda commemorat: ut probet tempora ita sibi uideri propter uitæ infœlicitatẽ. Quẽ Scilicet me. Mendax cognomine. Quia potius est inhospitabilis. Quid Euxinus significet diximus supra. Vere terra siniſtra. Vere terra ut in siniſtra parte sita: sic etiam infœlix. Læua enim pontum ingredientibus erat Tomos. Quæ sibi nõ rapto uiuere turpe putant. Legitur etiam ita. Quæ nisi de rapto uiuere turpe putant. Herodotus in recensendis thracum moribus docet eos e bello: atque rapto uiuere pulcherrimum ducere. Legimus. Colligimus.

Non potuit uotũ plenius esse meum.
Hæc meus arguis: si tu paterere: libellis
Poneret in multa luce uidenda labor.
Nũc quoq; iã quanuis ẽ iussa quiescere: qn te
Nominet inuitum uix mea musa tenet.
Vtq; canem timidæ nactum uestigia ceruæ
Luctantem frustra copula dura tenet.
Vtq; fores nondum reserati carceris acer
Nunc pede nũc ipsa fronte lacessit equus.
Sic mea lege data uincta atq; inclusa thalia
Per titulum uetiti nominis ire cupit.
Ne tamẽ officio memoris lædaris amici:
Parebo iussis: parce timere: tuis.
At nõ parerẽ: si nõ meminisse putares.
Hoc qđ non prohibet uox tua: gratus ero.
Dũq; (quod o breue sit) lumẽ solare tenebo
Seruiet officio spiritus iste tuo.
T sum9 i põto: ter frigore cõstitit ister
Facta ẽ euxini dura ter unda maris.
At mihi iã uideor patria ꝑcul esse tot annis
Dardana quot graio troia sub hoste fuit.
Stare putes: adeo procedunt tempora tarde
Et peragit lentis passibus annus iter.
Nec mihi solstitiũ q; quã de noctibus aufert
Efficit angustos nec mihi bruma dies.
Scilicet in nobis rerum natura nouata est:
Cumq; meis curis omnia longa facit:
An peragũt solitos cõmunia tẽpora motus:
Suntq; magis uitæ tempora dura meæ:
Quẽ tenet euxini mendax cognomine põtus
Et scythici uere terra siniſtra freti.
Innumeræ gẽtes circum fera bella mināt̃r:
Quæ sibi nõ rapto uiuere turpe putant.
Nil extra tutum ẽ: tumulus defenditur ægre
Mœnibus exiguis: ingenioq; loci.
Quũ minime credas ut aues desisſimus hostis
Aduolat: & prædã uix bene uisus agit.
Sæpe intra muros clausis uenientia portis
Per medias legimus noxia tela uias.
Est igitur rarus qui iã colere audeat: isq;
Hac arat infœlix: hac tenet arma manu.

Sub galea paſtor iunctis pice cantat auenis
Proq; lupo pauidæ bella uerẽtur oues.
Vix ope caſtelli defendimur: & tamen ítus
Mixta facit graiis barbara turba metum.
Quippe ſimul nobiſcũ hítat diſcrímie nullo
Barbarus: & tecti plus quoq; parte tenet.
Quos ut nõ timeas: poſſis odiſſe: uidẽdo
Pellíbus & longa corpora tecta coma.
Hos quoq; qui geniti gráia credũtur ab urbe
Pro patrío cultu perſica bracha tegit.
Exercẽt illí ſociæ commercia línguæ:
Per geſtũ res eſt ſignificanda mihí.
Barbarus hic ego ſum: qa nõ itelligor'ullí:
Et rídẽt ſtolidí uerba latína getæ.
Meq; palã tuto de me male ſæpe loquũtur:
Forſitã obiiciũt exilíũq; mihí.
Vtq; fit ĩ me aliquid ſi qd dicẽtibus illís
Abnuerím quotiẽs annuerimq; putãt.
Adde: quod íniuſtũ rígido ius dícitur enſe:
Dãtur & in medío uulnera ſæpe foro.
O durã lacheſin: quæ tã graue ſydus habẽti
Fíla dedit uitæ nõ breuiora meæ.
Quod patriæ uultu: ueſtroq; caremus amici
Atq; hæc ĩ ſcythicís gẽtibus eſſe queror.
Vtraq; pœna grauis: merui tamẽ urbe carẽ:
Nõ merui talí forſitan eſſe loco.
Quíd loquor ah demẽs: ipſã quoq; pdẽ uitã
Cæſaris offenſo numíne dignus eram.
Vod te neſcio qs per iurgia díxerit eſſe
Exulís uxorẽ líttera queſta tua eſt.
Indolui: nõ tã mea quod fortuna male audit
Quí iã conſueuí fortiter eſſe míſer.
Quã qa cui uellem míníme: ſũ cauſa doloris
Teq; reor noſtrís erubuiſſe malís.
Perfer & obdura: multo grauíora tuliſtí:
Erípuit cum me príncipís ira tibí.
Fallitur íſte tamẽ: quo iudice nomínor exul:
Mollíor eſt culpam pœna ſecuta meam.
Maxíma pœna mihí ẽ ipſũ offendiſſe, priuſq;
Veníſſet mallem funeris hora míhi.
Quaſſa tñ nr̃a ẽ: nõ fracta nec obruta nauís:
Vtq; caret portu: ſic tamen exrat aquís.
Nec uitã: nec opes nec ius míhí ciuís ademit:
Quí meruí uitio perdere cuncta meo.
Sed quia peccato facinus nõ affuit ullum:
Nil niſi me patríis iuſſit abeſſe focís.
Vtq; alíis quorũ numerũ cõprehẽdere nõ eſt
Barbara turba, Getæ qui una cum græcis to-
mon habitant. Quippe ſimul nobiſcum. Do-
let non modo q; ſecum barbarus ĩ eadem domo
ſed q; etiam maiorem domus partem habitet.
Quos ut non timeas. Quos q̃uis non metuas.
Pellibus. Rhenonibus. Bracha perſica. Ve-
ſtis illa qua utuntur etiam perſæ. Illi. Gæte &
græci. Per geſtum. Vt faciũt muti. Vtq; fit in
me aliquid. Ordo eſt. Et quoties putant q; abnue
rim: & annuerim ſi ſubaudi abnuerim: & annue-
rim quid illis dicentibus aliquid in me ut fit. Il
lis dicentibus aliquid ĩ me. Illis barbaris aliquid
per riſum obiicientibus. Abnuerim. Capite ne
gauerim. Annuerim. Affirmauerim. Eſſe.
Viuere. Vtraq; pœna grauis. Et carere ſcilicet
amicorum conſuetudine: & in Scythia uiuere.

In. xii. Elegiam Enarratio.

QVod te neſcio quis. Dolet poeta uxo-
rem ab inimico iurgiis laceſſitam exu
liſq; uxorem appellatam: eamq; hor-
tatur: ut omnia patiatur: quandoqui-
dem Auguſtus ſe non exulem: ſed relegatum no-
minauit: Demum illum hortatur: ne in poſterum
uelit ita falſo eum appellando: eius fortunam gra
uare. Per iurgia. Inter iurgia. Mollior. Placi-
dior. Ipſum. Inimicum. Offendiſſe. Læſiſſe
tẽ. Prius. Quam ille offendiſſet te. Ademit.
Remouit Cæſar. Vitio meo. Meo errore. Nil
iuſſit. Nulla me alia pœna affecit. Vtq; aliis.
Subaudi fuit mite.

Tuta eſt. Non poteſt perire. Suo iudice. Auguſto iudice. Is enim iudicauit me nō exulem: ſed relegatum: quæ pœna mollior erat. Teq; uelit. Ideſt uelint eſſe deum non apud ipſos in cœlo: ſed nobiſcum. Sed ut in mare flumina. Hoc dicit. Ita meæ ut populi preces ad deos perueniunt quē admodum & parua flumina mare ita ingrediunt ut parua. At tu fortunam. Nunc uertit ſermonem ad inimicum.

In. xiii. Elegiam Enarratio.

CRibis ut oblectem. Amico hortanti ut aliquid ſcriberet: reſpondet poeta: cauſaſq; aſſignat cur id ſibi facere non liceat. Demum oſtendit ſe non poſſe teneri: quin ſemper aliquid componat: compoſita uero igni comburat. Vt oblectem ſtudio. Vt ſtudio mulceam. Lachrymabile tempus. Tempus hoc mei exilii. Turpi ſitu. Turpi ignauia.

Feſtos choros. Chorus multorum uocibus cōſtat: ut docet Seneca & Macrobius. Eſt enim multitudo cantorum ad muſicum concentum confici endu; parata. Chorus apud priſcos ex ſeruis ſymphoniacis comparabatur. Rei anyti. Socratis: quem Anytus accuſauit. Tres enim fuere Socratis accuſatores. Melitus. Anytus: & Lycon. Melitus q dem ob poetas ei infeſtus. Anytus ob artifices: atq; rei. p. gubernatores: Lycon deniq; gratia rhetorum. Accuſatio autem habuit ſe ferme in hūc modum. Socrates iniuſte agit: iuuentutem deprauās ac deos quos ciuitas putat: ipſe nō putās: ſed alia quædam noua Dæmonia: Autor Plato in Apologia Socratis: ubi eum docet tanta fuiſſe ſapientia: & fortitudine: ut noluerit pro ſe: aut cauſam dicere aut quenq̄ precari. Ille ſenex. Ille Socrates.

Socratis accuſatores

Accuſatio ſocratis

Dictus ſapiens ab apolline. Quomodo: & cur ab Apolline Socrates omnium ſapientiſſimus appellatus fuerit dictum eſt ſuperius. Vt ueniant. Quanuis ueniant. At timor. Timorem hoſtilē ſignificat: quam rem ſtatim declarat. Longa rubigine. Longa componendi deſuetudine. Vacabit. Dabit operam quieſcendo. Contudit ingenium. Ingenium fregit. Patientia longa malorum. Diu enim mala paſſus ſum.

Cæſareum numen ſic mihi mite fuit.
Ipſe relegati non exulis utitur in me
Nomine: tuta ſuo iudice cauſa mea eſt.
Iure igitur laudes cæſar pro parte uirili
Carmina noſtra tuas qualiacunq; canūt.
Iure deos ut adhuc cœli tibi limina claudāt:
Teq; uelint ſine ſe comprecor eſſe deum.
Optat idē populꝰ: ſed utī mare flumia uaſtū
Sic ſolet exiguæ currere riuus aquæ.
At tu fortunam cuius uocor exul ab ore
Nomine mendaci parce grauare meam.
Cribis ut oblectē ſtudio lachrymabile
Ne peant turpi pectora nra ſitu. Ctps
Difficile eſt: qđ amice mones: qa carmia lætū
Sunt opus: & pacē mentis habere uolūt.
Noſtra per aduerſas agitur fortuna ꝓcellas:
Sorte nec ulla mea triſtior eſſe poteſt.
Exigis: ut priamus natorum funere plaudāt:
Et niobe feſtos ducat ut orba choros.
Luctibus an ſtudio uideor debere teneri
Solus in extremos iuſſus abire getas?
Des licet inualido pectus mihi robore fultū:
Fama refert anyti quale fuiſſe rei.
Fracta cadet tantæ ſapientia mole ruinæ.
Plus ualet humanis uiribus ira dei.
Ille ſenex dictus ſapiēs ab apolline: nullum
Scribere in hoc caſu ſuſtinuiſſet opus.
Vt ueniāt patriæ: ueniant obliuia noſtri:
Omnis & amiſſi ſenſus abeſſe queat.
At timor officio fungi uetat ipſe quieto:
Cinctus ab innumero me tenet hoſte locꝰ.
Adde: quod ingeniū longa rubigine læſum
Torpet: & eſt multo q̄ fuit ante minus.
Fertilis aſſiduo ſi non renouetur aratro:
Nil niſi cū ſpinis gramen habebit ager.
Tēpore qui lōgo ſteterit male currit: & inter
Carceribus miſſos ultimus ibit equus.
Vertitur in teneram cariē: rimiſq; dehiſcit:
Si qua diu ſolitis cymba uacabit aquis.
Me quoq; deſpera (fuerim cū paruꝰ & ante)
Illi quī fueram poſſe redire parem.
Cōtudit ingeniū patiētia longa malorum:
Et pars antiqui nulla uigoris adeſt.
Sæpe in nobis: ut nūc quoq; ſūpta tabella eſt
Inq; ſuos uolui cogere uerba pedes.
Carmia ſcripta mihi fūt nulla: aut ālia cernis
Digna ſui domini tempore: digna loco.

Deniq; non paruas animo dat gloria uires:
Et facunda facit pectora laudis amor.
Nominis & famæ quondã fulgore trahebar:
Dum tulit antẽnas aura secunda meas.
Non adeo bene nunc: ut sit mihi gloria curæ:
Si liceat: nulli cognitus esse uelim.
An quia cesserũt primo bene carmina: suades
Scribere successus ut sequar ipse meos?
Pace nouem liceat uestra dixisse sorores:
Vos estis nostræ maxima causa fugæ.
Vtq; dedit iustas tauri fabricator aheni:
Sic ego do pœnas artibus ipse meis.
Nil mihi debebat cum uersibus amplius eẽ:
Sic fugerem merito naufrag9 omne fretũ.
At puto si demens studium fatale retentem:
Hic mihi præbebit carminis arma locus.
Non liber hic ullus: nõ q mihi cõmodet aurẽ:
Verbaq; significent quid mea norit adest
Omnia barbariæ loca sunt uociferq; ferinæ:
Omnia quæ possunt plena timore sonant.
Ipse mihi uideor iam dedidicisse latine.
Iam didici getice sarmaticeque loqui.
Nec tamen (ut ueꝝ fatear tibi) nostra teneri
A componendo carmine musa potest.
Scribim9. & scriptos ablumim9 igne libellos
Exitus est studii parua fauilla mei.
Nec possum: & cupio ñ ullos ducer uersus:
Ponitur iccirco noster in igne labor.
Hinc nisi pars casu flammis erepta doloue
Ad uos ingenii non uenit ulla mei.
Sic utinam quæ nil metuẽtem tale magistrũ
Perdidit: in cineres ars mea uersa foret.
Anc tuus e getico mittit tibi naso salutẽ
Mittere si quisq̃ quo caret ipse: potest:
Aeger eni traxi cõtagia corpore mentis.
Libera tormento pars mihi nequa uacet.
Perque dies multos lateris cruciatibus uror:
Sed qdi immodico frigore læsit hyems.
Si tamen ipse uales: aliqua nos parte ualemus
Quippe mea est humeris fulta ruina tuis
Qui mihi cum dederis igentia pignora: cũq;
Per numeros omnes hoc tueare caput:
Quod tua me raro solatur epistola: peccas.
Remq; piã præstas: & mihi uerba negas.
Hoc precor emenda: quod si correxeris unũ:
Nullus in egregio corpore neuus erit.
Pluribus accusem: fieri nisi posset: ut ad me

Et facunda. Legitur etiam fœcunda.. Non adeo bene nunc. Subaudi est. Successus. Quia mihi male successit propter carmina. Nostræ fugæ. Nostri exilii. Tauri fabricator aheni. Perilaus de quo iam dictum est. Retentem. Repetam Arma carminis. Libros denotat: & ea quæ subiungit. Parua fauilla. Paruus ignis. Iccirco. Hanc ob causam. quia cupio uersus facere nec possum. Magistrum. Me Ouidium..

In decimamquartam elegiam Enarratio.

Anc tuus e getico. Amicum hortatur ut quãdoquidem amoris multa olim pignora sibi præstiterit: nunc uerbis & litteris ne parcat. quod si emendarit dicit nihil ab eius amicitia amplius desiderandum eẽ: Illum postmodum excusat non potuisse fieri dicẽs quin ille scripserit: qum præsertim norit eius animi robur immutabile. E getico. Subaudi littore. Quo caret ipse. Salutem ipam denotat. Aeger. Tristis. Traxi contagia mentis corpe, Idest ipm corpus p nimio mẽtis dolor cœpit maleualere. Tormento. Cruciatu. Lateris cruciatibus. Stomachus laterib9 cingitur: atq; in his quoq; uehementes dolores eẽ consueuerũt: & initiũ uel ex frigore ut ex ictu uel ex nimio cursu. uel ex morbo est: isq; modo tarde. modo celeriter soluitur: Interdum ad perniciem quoq; procedit: oriturq; acutus morbus: qui pleuretic9 a græcis nominatur. Remedia docet Celsus lib. quarto & a Plynio pleuritis lateꝝ compunctio uocatur: Interdum lateralis dolor. Sed. Subaudi uror.

Laterum dolor

Pleuretic9 morbus

Pleuritis

Lateralis dolor

Ingentia pignora. Magnas significationes amoris. Per numeros omnes. Per omnes modos.

Remq; piam præstas. Opus pium facis tuendo me per oẽs numeros. Verba. Litteras tuas. Hoc Ne neges mihi uerba. Nullus neuus. Neu9 macula est: quæ in homine nascitur: Plynius. Signa quædam neuosq; & cicatrices etiam regenerari. Et Cicero libro primo de diuinatione. Neuus in artisulo pueri delectat Alcæum: At est corporis macula Neuus. illi tamen hoc lumen uidebatur: hic uero per translationem pro macula amicitiæ ponit.

Neuus

Pluribus accusem. Pluribus uerbis officiũ tuũ accusarem. Fieri nisi posset. Nisi posset accidere

Littera, Epistola tua. Quod precor. Vt falso de te querar. Robur tui pectoris. Mentis tuæ constãtiam in me amando. Absinthia cana. Absinthii (autore Plynio) genera sunt plura: inter quæ est ponticus a ponto appellatum: ubi pecora pinguescunt: & ob id sine felle reperiuntur: neq; aliquod præstãtius: multumq; italico amarius: Sed medulla pontici dulcis. eius herbæ usus inter paucas utilissimus est: & ea in sacris populi Ro. celebrata fuit peculiariter: Siquidem latinarum feriis: quadrigæ certabant in capitolio. uictorq; Absinthium bibebat: credo sanitatem præmio dari honorifice arbitratis maioribus: De eo ita etiã scribit Dioscorides: Absinthium notum est: cuius probabilius est ponticum & cappadociũ nascens in montibus: unde nomen accepit a terra: Cana ãt ideo appellat: qm̃ eius folia sunt cana ut uulgo uideri licet. Ponto gelido. Ponticæ regioni frigidæ Est enim in Septentrione: pontus autem proprie Mare ipsum per excellentiam: sicuti per poetã Homerum intelligimus: Nam (ut docet Strabo) maiores simpliciter ponticum pelagus uti quendam oceanum arbitrati sunt. Hybla trinacris. Hybla ciuitas Siciliæ. Trinacria autem Sicilia dicta ẽ ab eius forma ut docet Diodorus. Non sunt ita nigra. Non sunt ita infœlicia aut obscura ut sit immemor amici. Crimina falsæ culpæ. Vt falso dicaris amici immemor. Peragãt uices linguæ. Munus linguæ obeant: quod epistola solet efficere.

Abſinthii genera

Pontus

Trinacria

Vt. Ideſt utinam.

Littera non ueniat missa sit illa tamen.
Dii faciant: ut sit temeraria nostra querela:
Teq; putem falso non meminisse mei.
Q d̃ p̃cor esse liquet: neq; eni mutabile robur
Credere me fas est pectoris esse tui.
Cana prius gelido desint absynthia ponto.
Et careat dulci trinacris hybla thymo:
Immemorem quam te quisq̃ cõuincat amici.
Non ita sunt fati stamina nigra mei
Tu tamẽ: ut falsæ possis quoq; tollere culpæ
Crimina: quod non es: ne uideare caue:
Vtq; solebamus consumere longa loquẽdo
Tempora sermoni deficiente die.
Sic ferat ac referat tacitas nunc littera uoces:
Et peragant linguæ charta manusq; uices:
Q uod tibi ne nimium uidear diffidere: sitq;
Versibus hoc paucis admonuisse satis.
Accipe quo semper finitur epistola uerbo:
Atq; meis distent: ut tua fata: uale.

In. xv. & ultimam Elegiam Enarratio.

Quanta tibi dederiz. In hac ultima Elegia uxori immortalitatem pollicetur poeta: dicitq; multas fore: quæ quanuis eam miseram esse existiment: illi tamen inuideant. & fœlicem appellẽt simulq; ostẽdit nihil ab eo maius præstari potuisse: Quod qum ita sit eam hortatur: ut in fide permaneat ne a quoq̃ iure accusari queat: exemplisq; etiam probat eiusmodi fidem erga maritos nullo unq̃ æuo taceri solitam: Demum ne uideat uxori diffidere: dicit se ea scribẽ. ut monẽdo magis uxorem optimam & quæ ea faciat quæ sãctissimæ uxori cõueniãt. Detrahat autori. Imminuat mihi. Nõ potes abire in mœstos rogos. Nõ potest fama tua penitus deleri: quemadmodum corpus absumit̃ rogo. Nostrorum laborum. Meæ calamitatis: Plura. Quã dedi. Intelligit autẽ famæ immortalitatem. Vmbra diuitis. Anima locupletis: ex quo ostendit pluriſſaciẽdam esse immortalitatẽ q̃ diuitias. Mearum rerum. mearum fortunarum Es sola tutela. Sola es gubernatrix. Onus nõ parui honoris. Quasi dicat q̃uis sit onus & labor rẽs meas tueri: tamen ideſt magno honori. Nũ q̃ est muta. Semper loquitur in laudem tuã. Superba. Nobilis. uel re uera plena fastus. Quæ. Scilicet iudicia. Persta. Perseuera in amore coniugali. Dum stetimus. Dum in urbe uiximus & floruimus.

Q uod dare nil potui munere maius habes
Adde quod & rerum sola es tutela mearum:
Ad te non parui uenit honoris onus.
Q uod nunq̃ uox est de te mea muta: tuiq;
Iudiciis debes esse superba uiri.
Q uæ ne quis possit temeraria dicere: persta:
Epariter serua meq; piamq; fidem.
Nã tua dum stetimus: turpi sine crimine mãsit
Et tandem probitas irreprehensa fuit.

Par eadem noſtra nũc eſt tibi facta ruina:
Conſpicuum uirtus hic tua ponat opus.
Eſſe bonã facile eſt: ubi qđ uetet eẽ remotũ ẽ
Et nihil officio nupta quod obſtet: habet.
Cum deus intonuit: nõ ſe ſubducere nimbo:
Id demũ eſt pietas: id ſocialis amor.
Rara qdẽ ẽ uirtus. quã nõ fortuna gubernat:
Quæ maneat ſtabili: cum fugit illa: pede.
Si qua tamen pretii ſibi merces ipa petiti eſt.
Inq; parum lætis ardua rebus adeſt.
Si tempus numeres per ſæcula nulla tacetur
Et loca mirant'. qua patet orbis iter.
Aſpicis: ut longo teneat laudabilis æuo
Nomen ĩextinctũ penelopea fides?
Cernis ut admeti cantetur: & hectoris uxor?
Auſaq; ĩ accenſos hiphias ire rogos?
Vt uiuat fama coniuux phylaceia? cuius
Iliacã celeri uix pede preſſit humũ?
Nil opus eſt morte pro me ſed amore fideq;:
Non ex difficili fama petenda tibi eſt.
Nec te crediderís: qa non facís iſta moneri.
Vela damus q̃uis remige puppis eat.
Q ui mõet: ut faeías qđ' iã facís: ille monẽdo
Laudat: & hortatu comprobat acta ſuo.

Noſtra. Propter noſtram ruinam. Virtus tua. Tua fides cõiugalis. Ponat hic. Statuat in hac diſficultate & ruina. Bonam. Fœminam & uxorem. Vbi. Quando. Quod uetat eſſe. Illud quod ꝓhibet eſſe bonam uxorem quaſi dicat. nihil prohibet te quo minus ſis mihi fida: Eſt remotum: Eſt ademptum: Facile inquit nupta poteſt eſſe bona: quando id ei remouetur: quod eam bonam eſſe prohibet.

Et nupta. Et quando uxor. Qum deus intonuit. Qum aduerſi aliquid marito accidit. Quã non fortuna gubernet. Quaſi dicat rari ſunt: qui non ſequantur fortunam potiuſq̃ uirtutem: ex quo deſignat eſſe difficile uxori in fide permanere. & fortunam mariti aduerſam non deſerere: Solet enim uſu uenire: ut quo ſe fortuna eo & fauor hominum inclinet. Quæ maneant ſtabili pede. Et uirtus quæ permaneat immutabilis eſt rara. Qum fugit illa. Qum fortuna aliquem deſerit. Siqua tamẽ Subaudi eſt uirtus. hoc eſt ſi quis bonus inueniẽ quem non gubernet fortuna: ſed uirtus ipſa. Pretium ſibi merces ipſa petiti eſt. Ipſa uirtus eſt pretium ſui meriti: quia uir bonus non ducitur fortuna: nec aliud præmium quærit: q̃ uirtutem. Virt⁹ enim per ſe appetitur: quibus uerbis denotat optimam uxorem non debere mariti fortunam ſequi: ſed ſemper conſtanter in fide perſiſtere etiam in rebus illi aduerſis. In parum lætis. In rebus aduerſis. Ardua. Celſa. erecta non ad fortunam inclinata. Tacetur. Siletur. uirtus ipſa: Ea enim ſẽ per uiuit uigetq;. Mirantur. Eam uirtutẽ admiratione proſequuntur: Legitur etiam Et loca tranſgreditur. Qua patet orbis iter. Quocunq; põt penetrare in toto orbe. Nomen inextinctũ. Immortalem famam. Penelopea fides. Fides penelopes erga ulyſſem. Admeti uxor. Alceſtis de cuius & aliarum amore erga maritos abunde diximus libro tertio enarrationum noſtrarum in Ouidium de arte amandi. Et Hectoris. Andromachen ĩtellige Eetionis thebarum in Cilicia regis filiam. Iphias. Euadne Iphiæ filia. Cõiũx phylaceia. Laodomia ſic dicta a phylace phthioticæ regionis theſſaliæ urbe. quæ ſub eius mariti protheſilai imperio fuit: ut docet Strabo libro nono: uel a protheſilai auo phylace Iphicli patre: De laodomia & Protheſilao & utriuſq; amore plura diximꝰ alibi. Vela damꝰ Quaſi dicat Spõte ẽt currẽtẽ equũ calcaribus incitamꝰ. Laudat. Te laude ꝓſequit'. Et hortat'. Et hortãdo laudat qcqd agis

FINIS



Habes Mi Marce Generose In Ouidium de Triſtibus Enarrationes noſtras: qbus facile poteris per te op" præclariſſimum intelligere: Habebunt etiam tua cauſa alii quum interpretationem: tum opus q̃ emendatiſſimum: Reliqum eſt ut diligenti operaquod facis & Dialecticis pariter & noſtratibus ſtudiis incumbas Diligentia enim (ut in Oratore docet Cicero) in rebus omnibus plurimum ualet: hæc præcipue colenda eſt nobis hæc ſemper adhibenda, hæc nihil ẽ quod non aſſequatur: Sed quia facilius eſt currentẽ (ut aiũt) incitare: q̃ commouere languẽtem: hanc adhortationis partem prætermittam: ſe ut prius monuero ut Merula tuo inrebus omnibus iure peculii utaris: Vale & me ama.

Enarrationes in Ouidiũ de Triſtibus diligẽter & accurate cõpoſitas ab Eruditiſſimo uiro Bartholomæo Merula ipreſſit Venetiis Vir diligentiſſimus & induſtrius Ioannes de Cereto de Tridino, alias Tacuinus: Anno ſalutis. M. cccc. lxxxxix. die xxvi. Martii, Auguſtino Barbadico duce iclyto ac fœliciſſimo regnãte

1499

COmparens coram Sereniſſimo principe & Excellentiſſimo Dominio doctus & Eruditus uir Bartholomæus Merula expoſuit ſe magna cura & diligẽtia compoſuiſſe Enarratiões ĩ Ouidium de Triſtibus & de Ponto uelleq; eas edere ad communem omnium utilitatem: cupiens igitur illas emendate imprimi: Petiit ut uni ſoli impreſſori hoc facere liceat: quem tanq̃ idoneum ipſe elegerit: nec alii cuiq̃: ne forte eius labores deprauarentur: ſimul ne id cum damno fiat eius q hãc prouinciam ſuſceperit: Quamobrem Infraſcripti Domini conſiliarii audita humili & honeſta ipſius ſupplicatione mandarunt & decreuerunt: ne quis per decenniũ audeat imprimere, aut alibi impreſſas uendere ſine conſenſu dicti Bartholomæi Merulæ non modo eius Enarrationes: ſed ne quidem aliquid in eis contentũ confundendo miſcendo, aut aliis uerbis idem mutando non tam Venetiis q̃ in omnibus locis & ciuitatibus præfati excellentiſſimi Dominii ſub pœna immediatæ & irremiſſibilis amiſſionis omnium ſimilium librorum & ducatorum uiginti pro uno quoq; uolumine impreſſo aut uendito contra hoc Sereniſſimi Dominii edictum: Quæ Mulcta diſpenſetur in uſum naualis Veneti exigenda per eiuſdem loci clariſſimos magiſtratus.

.D. Conſiliarii.
D. Franciſcus Marcellus.
D. Dominicus Marinus.
D. Franciſcus Fuſcarus.
D. Hieronymus Maripetrus.

Pyrrhi pincii Mantuani Carmen

Dũ gemit auſonia naſo ꝑcul exul ab urbe:
Triſtia qui getico littore fata tulit.
Edidit hæc mœſtis lachrymoſa uoluia charis
Sed latio raris cognita tpibus.
Nũc merula interps andinæ gloria gentis.
Qui mihi theſea eſt iũctus amicitia:
Obſcuras pandit ſalebras: uatiſq; latebras:
Et latiũ ſcythica uendicat urbe decus.
Hos igit lector Merulæ cape culte labores
Cui merito grates uſq; referre potes.

Andreæ nauagerii Patritii Veneti carmẽ

Dũ caderent miſeræ neptunia ꝑgama troiæ
Et ruerent falſi laomedontis opes:
Oſtendit phrygiæ mediis in uallibus idæ
Dardanidis certas aurea flãma uias.
At tu dũ naſo ſilua foret abditus atra:
Atq; itex ĩ ſcythicos pulſus ab urbe locos:
Traxiſti e tenebris uatem ſiluaq; latentẽ:
Qui duce te latio clarius orbe micat.

Regiſtrum huius operis.

a
Prima alba
Bartholomæi
Ingeniiq;
b
(autore pauſania)
Formaq;
Natæ. Filiæ
c
Detur
Tonitrus
naui alligatus
d
Quod ſi
ad æſtimationem
nationibus
e
Fecit amor
Herculis uirtute
Sic ſua
f
Aedem Veſtæ
Ergo erat
Ecqd. Nũquid
g
Pro poetice
ſuo æternum
Dum trepidant
h
Indocili
bius ſcribit)
Ore fauet
i
& inde a
tontẽ tradũt
Idq; deus
k
Ponit ad
Te ſontem
Tunica aũt
l
Pax tamen
gulis hominibus
Vmbra pentheos
m
Barbara turba
Et facunda
FINIS.

BIBLIOTHECA VNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS

Epitheta ꝓria

Cerulea aqua
Cresta fraba
obscure latebre
latentem siluam
Dira grex
Cirrhida bēma
alba senecta
Canus sodalis
admirate vires senecte
Cana, sitis
Cani ruina
miseg ozbis
Rapidus ignis
infelix dolor
alta vorago
gelida
Armigera minerua
Cruenta pugna
verbosum forum
Labilis anus
Solicitus amor
amata opa
Sueus labor
Amosa vetustas
pestifera vinus
Coporifera papauer
amara pezmola
Cana gelu
Odoratum serta
decolor indus
Aphi campum
Subita clades
Tepida fauilla
miserabile volumen
atra famila
imperiosa virga
Ingnaq ensis
Volubilis fortuna
raduncus flos
Timida rezba
Vastum mare
pia fides
Crispe crines
mitephrusa ybitus

Furor Portunus
vide libro quarto
de tristibus folio
xl vij
De volubilitate
fortune vide li
bro quinto folio
lxxij
Lasciuus ingenuus
artium folio xx
li. ij. artis amatorie
Gabbatu quis sit
folio iiij. li. ij
arte amatorie
Pruina in amo
re li. primo
folio iiij
Descripto ventore
libro pō Tristium
folio v
Vita humana 3b
ūmutatur libro pō
Tristium fō. vij
Alexandrie de
scriptio folio vij
li. pō Tristium
Egipti descriptio
Mill Sarmatis ma
nab; qui nūc vo
cantur Sarmate
li. pō Tristium fo
lio vij, vbi de loco
Ponti Bosphorus
propontis hellu
spontus Meoh
tis Maxotes vij
Appollo Clarius
cur dictus sit
folio xj
cur Bootes
cur Arcturus
hec vide libro
Iii. fo xx
Amicis descriptio
nis thosci et
Pauli Heb folio x
libro pō Tristium
formicarum officina
Amor Pelades et
oreste amor Pylo
dis et achillis li
bro primo Tristium
folio xiij, Eodem
libro nimbus gem
tus folio xij
Accipitrum diuinatio
Celsus obstu
pantur Diuinatores
fulgura Lacus
Cur nubes nasce
rentur aristotelis
sol li. folio xiiij
Eodem loco Pallas
opum dea, Palades
Tritonis et arx
Hirundo Columbia
Penates, Lares
Genius, Genius
Portus Dardania
Psaccus Priapus
Heliotropium mirus modus
Cyzicum Stymphalides, Bezan
tium, Propontides lon
gitudo Bosphori appella
tio Cimerii Symplegades
vide li. fo. xv

BIBLIOTHECA
VNIV. IAGELL.
CRACOVIENSIS